



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

NYPL RESEARCH LIBRARIES



3 3433 06912606 2

3
A



George Baird

CONFIDENTIAL
FBI
LABORATORY

VTC

NOV 21 1964
UNIVERSITY OF MICHIGAN
LIBRARY

BIBLIOTHECA

CLASSICA LATINA

SIVE

COLLECTIO

AUCTORUM CLASSICORUM LATINORUM

CUM NOTIS ET INDICIBUS

On souscrit, à Paris,

- CHEZ N. E. LEMAITRE, Éditeur, rue des Quatre Fils, n° 16, au Marais.
DEBURE frères, libraires du Roi, rue Serpente, n° 7.
TREUTTEL et WURTZ, libraires, rue de Bourbon, n° 17.
F. DIDOT, imprimeur du Roi et de l'Institut, rue Jacob, n° 24.
BOSSANGE père, libraire, rue Richelieu, n° 60.
DONDEY-DUPRÉ, impr.-lib. rue Richelieu, n° 47 bis.
BRUNOT-LABBE, libraire de l'Université, quai des Augustins, n° 33.
JUL. RENOUARD, libraire, rue de Tournon, n° 6.
MONGIE aîné, libraire, boulevard d'Isly, n° 10.
H. VERDIÈRE, libraire, quai des Augustins, n° 25.
ARTHUS-BERTRAND, libraire, rue Hautefeuille, n° 23.

Et chez tous les Libraires de France et des pays étrangers.

**CAII PLINII SECUNDI
HISTORIÆ NATURALIS
LIBRI XXXVII**

EXCUDERAT FIRMINUS DIDOT,
REGIS ET GALLICARUM ACADEMIARUM TYPOGRAPHUS.

CAII PLINII SECUNDI
HISTORIÆ NATURALIS

LIBRI XXXVII

CUM SELECTIS COMMENTARIIS J. HARDUINI AC RECENTIORUM INTERPRETUM
NOVISQUE ADNOTATIONIBUS


PARS SECUNDA CONTINENS GEOGRAPHIAM,

CURANTE F. ANSART

IN REGIO SANCTI LUDOVICI COLLEGIO PROFESSORE

VOLUMEN SECUNDUM

PARS PRIOR



PARISIIS

COLLIGEBAT NICOLAUS ELIGIUS LEMAIRE

POESEOS LATINÆ PROFESSOR

MDCCCXXVIII

JUN



PRÆMONITIO AD LECTOREM.

NON te, lector optime, multis hic moratum volo; sed quum Plinii quatuor de Geographiâ libros in duabus hujus secundi voluminis partibus sis habiturus, specialem laboris mei rationem tibi reddere non duxi supervacuum.

Tribus quatuorve tantum locis Harduini textum immutandum censeo, optimis codicibus ad id inductus; nonnullas etiam typographi, quæ Harduinum fugerant, mendas expunxi. Quod autem ad commentarium attinet facile intelliges, lector humanissime, quam multa in eo immutanda signarentur operibus innumeris, quæ ab Harduini ætate ad nostram de veteri Geographia in lucem prolata sunt. Hanc igitur notarum ejus partem servans, ut plurimum, qua veterum scriptorum testimoniis Plinii auctoritatem confirmare, aut sensum explanare nititur, partem reliquam, qua in numeris explicandis litera quaque abutitur, aut qua male præsentia refert locorum veterum nomina, sæpe ex integro reficiendam judicavi, probatissimorum recentium Geographorum usus auxilio. Quorum quidem, ut labori huic meo illam qua indiget fidem adhibere non recuses, nomina hic habere te volo, quidquid auctoritatis meo desit, in eis inventurum. Solitum ducem habui D'ANVILLE, veteris apud nos Geographiæ, ut aiunt, patrem, atque cum eo Mannertum, cujus immensum opus, cui titulus est *Geographie der Griechen und Römer*, quasi thesaurus esse videtur, in quo omnia quæ ad antiquam Geographiam pertinent congesta fortasse potius quam digesta non diffitebor. Multorum præterea eruditorum virorum nomina occurrent tibi in notis. Quos inter, nominare hic mihi paucos liceat, quorum non opera tantum, sed etiam consilia mihi non defuerunt: celeberrimum GOSSELLIN, cujus peritæ manus orbem, ut ita dicam, antiquum magna ex parte restituerunt; eruditum

BARBIÉ DU BOCAGE, qui non totus geographicæ scientiæ et amicis præreptus, superstes quodam modo sibi vivit in filio non semel de me ad hoc conficiendum opus optime merito; doctum viatorem POUQUEVILLE, qui tot loca in ea saltem Græciæ parte, Epirum dico, cujus accuratiorem descriptionem desiderari tempore suo fatebatur d'ANVILLE, sagaci animo et indefessis laboribus recognovit primus; clarum LAPIE, cujus diligentia nuper in lucem prodiit magnifica illa Græciæ mappa, qua tam multis geographicis operibus suis quasi cumulum imposuit. Neque, quum manibus omnium versentur tot peritissimorum virorum opera, mirum est si mappas, quas ego huic operi aptare primum animo destinaveram, mox ut supervacaneum simul ac temerarium opus aggredi supersederim.

Hi, lector optime, fuerunt duces mei, immo nonnunquam et adjutores. Non tamen nullum invenies locum, præsertim in prioribus libris duobus, quo conjecturas meas, omnibus deficientibus auxiliis, ipse proponere ausus fuerim, ea tamen, ut spero, modestia, quæ, si me errare judicaveris, veniam a te, lector benevole, impetrandi spem mihi facit. Quam ne defraudes precor, tum in hoc, tum si quid aliud reprehendendum offenderis in opere isto, quod totam viri me doctioris vitam facile consumpsisset, et quod tamen intra triennium confeci, non semel etiam infirma valetudine distractus a laboribus. Inter Excursus nonnullos, quibus horum quatuor librorum loca quædam illustrari potuerant, duos tantum selegi*, *de mensibus Ægyptiis, et de Paradisi terrestri situ* tractantes, ne volumen hoc secundum, quod jam in partes geminas resolvere coacti sumus, nimiis disquisitionibus, neque ita necessariis oneratum ultra terminos excresceret. Vale, iterumque vale.

* Vide, si placet, ad calcem libri sexti, pag. 762.

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ

LIBER III.

PROOEMIUM. — Hactenus de situ, et miraculis terræ, 1
aquarumque, et siderum, ac ratione universitatis¹, atque
mensura. Nunc de partibus: quanquam infinitum id
quoque existimatur, nec temere sine aliqua reprehensione
tractatum²; haud ullo in genere venia justiore, si modo
minime mirum est hominem genitum non omnia humana
novisse. Quapropter auctorem neminem unum sequar; sed
ut quemque verissimum in quaque parte arbitror: quo-
niam commune ferme omnibus fuit, ut eos quisque dili-
gentissime situs diceret, in quibus ipse prodebat: ideo
nec culpabo, aut coarguam quemquam. Locorum nuda
nomina, et quanta dabitur brevitate ponentur, claritate
causisque³ dilatis in suas partes: nunc enim sermo de toto

1. *Universitatis.* Hanc rerum universitatem sæpius Cicero de Nat. Deor. lib. I, 43, et lib. II, 65, variis explicat modis; nec Democrito favet «censenti, imagines divinitate præditas inesse universitati rerum; vel principia mentis quæ sunt in eodem universo Deos esse; vel ingentes quasdam imagines, tantasque ut universum mundum complectantur extrinsecus». Ed.

2. *Nec temere sine aliqua repreh. tractatum.* Si cum veteri apud Dal. codice legas *tractandum*, patet sensus *totū temere*, id est, inconsulte:

qui non ita expeditus est, si in vulgata et vera, ut videtur, lectione *tractatum* acquiescas. Ego intelligerem, *vulgo (en général)*, fere semper. Sic lib. XI, 24: «Ictus eorum (crabronum) haud temere sine febrī est;» et XVI, 30: «Non temere in montibus visæ sunt prunus.» Quintil. Instit. Or. I, 3, § 3: «Ilud ingeniorum velut præcox genus, non temere unquam pervenit ad frugem;» ubi quidam *facile* intelligunt, quod et h. l. non absolum foret. Ed.

3. *Claritate causisque.* Causis qui-

3 est. Quare sic accipi velim, ut si vidua fama sua nomina, qualia fuere primordio ante res ulla gestas, nuncupentur; et sit quædam in his nomenclatura quidem, sed mundi rerumque naturæ.

4 Terrarum orbis universus in tres dividitur partes, Europam, Asiam, Africam. Origo⁴ ab occasu solis et Gaditano freto⁵, qua irrumpens Oceanus Atlanticus in maria interiora diffunditur. Hinc intranti⁶ dextra Africa est, læva Europa: inter has Asia est⁷. Termini amnes Tanais et Nilus⁸. Quindecim m. pass. in longitudinem⁹, quas dixi-

bus quisque locus inclaruerit. Sic intelligenda mihi videntur hæc verba, quamvis aliter aliis. Sententiam meam confirmant, ut puto, sequentia verba: « Vidua fama sua nomina, qualia fuere primordio ante res ulla gestas; » in quæ Hard. « Oppidorum, inquit Plinius, ita nunc audienda sunt nomina, tanquam quum primum fuere condita, ut obscura scilicet ingloriaque citentur. » Ed.

4. *Origo.* Pomponius Mela, lib. I, cap. 4 operis de Situ Orbis: « Nunc exactius, inquit, oras situsque dicturo, inde est commodissimum incipere, unde terras Nostrum pelagus ingreditur, etc. » HARD.

5. *Gaditano freto.* Nunc Hispania *Estrecho de Gibraltar*; quod nomen accepit a monte quondam *Calpe*, hodie *Gibraltar* dicto ex arabicis vocabulis *Gebel al Tarik*, quæ *montem Tarik* significant: inditum autem fuisse dicitur monti nomen, quod ad eum castra posuit Mauro- rum dux *Tarik*, postquam in Hispaniam trajecisset. — Ad hæc autem sequentiaque, duarum Hispaniarum mappam adhibeas, lector humanissime, quam in secundo vol.

p. 529 nostri Cæsaris collocavit Cl. BARBIÉ DU BOUAGÉ summa diligentia elaboratam. Ed.

6. *Hinc intranti.* POINSIGNET DE SIVRY huic intranti forsitan haud immerito legendum putat. Ed.

7. *Inter has Asia.* Verius hoc antiquis occidentalem tantum Asiæ partem, quam nobis universam Asiam noscentibus. Ed.

8. *Termini amnes Tanais et Nilus.* Veteribus Tanais et Nilus Asiam ab Europa et Africa determinabant: minus autem recte interno mari termini adscriberentur hæc flumina, quum Pontus Euxinus xxxv leucis et amplius orientem versus porrectior sit quam Tanais fluvii ostia, et internum mare proprie dictum lxxv leucis quam Pelusiacum Nili ostium. Ed.

9. *Quindecim M. pass. in longitudinem.* Vitosæ sunt omnes illæ freti mensuræ, ut id modo demonstrabimus; nisi tamen incipere dicatur fretum in Europa, juxta eum locum ubi hodie est *Tarifa*, quod xvi m. pass. a *Calpe*, hodie *Gibraltar*, distat; et in Africa, a promontorio *Albo*, hodie *Punta del Sainar*,

° , fauces Oceani patent , quinque¹¹ m. in latitudinem ,
co¹² Mellaria Hispaniæ ad promontorium¹³ Africæ

xv m. pass. ab Abila , hodie , distat. Hanc autem Plinio opinionem declarant hæc verba. V. , cap. 1 : « Abest (Tingi) mæ , oppido Bæticæ , proximo tu xxx m. pass. » quæ distantia multum a vero aberrat ; maximam autem freti latitudinem x m. pass. ut modo videbimus , ut facit ; Belonem ergo et Tinfreto positas fuisse non suspicari. A Junonis autem promontorio hodie *Cabo Trafalgar* , ex quo nunc revera incipere manifestum distat Calpe circiter xlii m. et ab *Ampelusia prom.* hodie *Spartel* , xxviii m. pass. distat. ED.

. *Quas diximus.* Plane modo , his supra : *Gaditano fretu* , etc. . *Quinque M. in latitudinem . . . inus VII M. pass. ubi vero plurimum X M.* Hæc paulum a vero distare videtur , qui in mappa sua freti latitudinem vix v m. pass. facit : nos nunc diligenter inspectis probatissimum hispanis , tum gallicis fretis , quas inter inclyti Hispani D. Vincenti Tosiño mappas , 1786 , maxima cura perfectas fecerit , et eam cui titulus : *de du détroit de Gibraltar , d'après les plans levés en 1786 par D. Vincent Tosiño , publié par ordre du ministre de la Marine* , en 1804 ; nusquam iori quam x m. pass. intervallo cum ab Hispanico littore disjunxerimus , scilicet : inter promontoria , quæ in Hispania *Punta de Meses* , in Africa *Punta de Cires*

vocantur , x m. pass. + 200 hexap. Inter *Tarifa* , et proximum Africæ promontorium , veteribus , ut puto , *Album* , Hispanis *Punta del Sainar* vocatum , pæne xii m. pass. tandem inter Calpen et Abilam xv m. pass. Hic ergo , aut errare Nostram , aut in numeris corruptum fuisse necesse est. Restitueretur etiam locus , si pro latitudinis tradiderunt , latitudini addiderunt legeretur , quod tam minime reponendum reor. ED.

12. *Vico Mellaria.* Vicus ille , quem hic Noster juxta fretum ponit , quemque , cap. 3 , ante fretum nominat , in ipso freti aditu , xvi m. pass. a Calpe , ut nota 9 diximus , requirendus est , ut mihi videtur , quo loco hodie est *Tarifa* , 100 stadiis a Belone , ortum solis versus , ut ait Marcian. Peripl. Mannertus tamen in probatissimo opere suo , ad quod sæpius confugiemus , et cui titulus *Geographie der Griechen und Römer* , t. I , p. 301 , illum hodie *Torre de la Pena* vocari vult , quæ turris iv m. pass. ad occasum solis remotior est : minime autem probanda mihi videtur hæc opinio , quum hic fretum jam multo latius sit , atque etiam non jam fretum , ex opinione Plinii , et xvii m. d. pass. a quolibet Africæ littore distet *Torre de la Pena* , proximo intervallo. ED.

13. *Promontorium Africæ Album.* Idem fortasse quod nunc *Punta del Sainar* vocatur , ut superius diximus. Graviter hic errat Harduinus , qui idem promontorium a Nostro *Ampelusiam* vocatum l. V , cap. 1 , dicit. Si enim , ut testantur supra citata

⁵ Album, auctore Turranio Gracili ¹⁴ juxta genito. T. Livius, ac Nepos Cornelius latitudinis tradiderunt, ubi ¹⁵ minus, VII M. pass. ubi vero plurimum, X M. Tam modico ore tam immensa æquorum vastitas panditur. Nec profunda altitudo miraculum minuit. Frequentes ¹⁶ quippe tæniæ candicantis vadi carinas territant. Qua de causa Limen interni maris multi eum locum appellavere. Proximis ¹⁷ autem faucibus utrinque impositi montes coercent claustra: Abila Africæ, Europæ Calpe, laborum Herculis metæ ¹⁸. Quam ob causam indigenæ columnas ejus Dei vocant, creduntque perfossas ¹⁹ exclusa antea admisisse maria, et rerum naturæ mutasse faciem.

Nostri verba: «Tingi abest a Belone, oppido Bæticiæ, proximo trajectu xxx M. pass.» quo modo fieri posset ut promontorium Ampelusia, hodie *Cabo Spartel*, quod V M. pass. distat a Tingi, occidentem versus, V tantum M. pass. distaret a Mellaria, quæ, ut diximus, auctore Marciano, 100 stadiis a Belone, orientem versus, dissita fuit. ED.

14. *Gracili*. Dal. et Elz. *Gracula*.

15. *Ubi minus*. Multa hic verba consumit Harduinus, ut probet cur vocabulum *minus* reponendum censuerit, admonitu codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. et Chifflet. pro *minimum*, quod Frobenius imprudenter, ut ait, obtruserat. Nos autem, quoniam hic errare Plinium, aut saltem corruptum esse locum demonstravimus, illumque nota 11 explanare conati sumus, in istis non morabimur. ED.

16. *Frequentes*. Adeo parum depressi fundi mare ibi esse significat, ut vadum ipsum saxosum appareat, ac per latitudinem freti, ab Europa in Africam instar tæniæ fasciæve

candicantis porrigatur: ταινίαν ὑφαλον appellat Strabo, lib. I, pag. 49.

17. *Proximis autem*. Dalec. et Elz. *Proxima autem*. ED. — Montes, inquit, utrinque impositi faucibus quæ fretum urgent, sibi que propinquant, claustra hujusmodi continent. Pomponius Mela, l. II, c. 6: «Deinde angustissimum pelagus, et proxima inter se Europæ atque Africæ littora, montes efficiunt, ut initio diximus, columnæ Herculis, Abila et Calpe.» HARD.

18. *Metæ*. Chifflet. *metæ*. ED.

19. *Perfossas*. Sic MSS. proxime laudati: rectius tamen fortassis cum Pintiano *perfossos* agnoveris, montes scilicet, non columnas. Capella hoc ipsum agens, loco citato, «*montium prædictorum*, inquit, effossis radicibus evulsoque confinio.» De re ipsa Pomponius, ut solet, pereleganti brevitate, l. I, c. 5: «Hunc Abilam, inquit, illum Calpen vocant: columnas Herculis utrumque. Addit fama nominis fabulam: Herculem ipsum junctos olim perpetuo jugo diremissee colles, atque ita exclusum

CAP. I. (1.) Primum ergo de Europa, altrice victoris
 omnium gentium populi, longèque terrarum pulcherrima,
 quam plerique merito non tertiam portionem fecere, verum
 æquam¹, in duas partes, ab amne Tanai ad Gaditanum
 fretum, universo orbe diviso. Oceanus hoc, quod² dictum
 est, spatio Atlanticum³ mare infundens, et avido meatu
 terras, quæcumque venientem expavere, demergens,
 resistentes quoque flexuoso littorum anfractu lambit, Eu-
 ropam vel maxime recessibus crebris excavans, sed in
 quatuor præcipuos sinus. Quorum primus⁴ a Calpe Hispa-
 niæ extimo, ut dictum est, monte, Locros⁵ et⁶ Brutium
 usque promontorium immenso ambitu flectitur.

antea mole montium Oceanum, ad
 quæ nunc inundat, admissum.»
 Seneca, Natur. quæst. l. VI, c. 29:
 «Sic et Hispanias a contextu Africæ
 mare eripuit.» H. — ΠΟΙΝΣΙΝΕΤ ΔΕ
 ΣΥΡΡΥ duplici vocabulo *per fossas*
 legere vult. ED.

1. *Æquam*. Duabus scilicet cæ-
 teris partibus: ita ut Europa, cujus
 termini sunt Tanais et Gaditanum
 fretum, æqua sit reliquo orbis spatio
 extra fretum et Tanaim. Hæc fuit
 Herodoti opinio, Melpomen. lib.
 IV, § 42, 45; mirum autem vi-
 deri potest adoptatum a Nostro
 fuisse errorem illum jampridem a
 Polybio, Straboni citato, lib. II,
 pag. 107, nonnullisque aliis, qui
 ante Plinium terram descriperant,
 depulsum. De his vide auctorem in
 rebus geographicis eruditissimum
 GOSSELLIN, *Rech. sur la Géographie*
systématique et positive des Anciens,
 t. II, p. 3, et *Géogr. des Grecs analysée*,
 passim. Cf. etiam geographicum
 indicem nostrum; ibi ampliora et
 nomina recentiora invenies. ED.

2. *Hoc quod*. Gaditano freto.

3. *Atlanticum mare infundens*.
 Scribit Dalec. in *Atlanticum mare*
se infundens, quod absurdum est,
 minimeque a Nostro dici potuit.
 Corruptum tamen locum istum,
 aut saltem obscuriorem esse confi-
 tendum est. ED.

4. *Quorum primus*. Is Ibericum
 mare, Sardoum, Gallicum, Ligusti-
 cum Tyrrhenumque complectitur.

5. *Locros*, etc. Pomponius quoque,
 lib. II, cap. 4, prope Brutium pro-
 montorium Locros statuit: «Tertius
 sinus, inquit, inter promontoria Ze-
 phyrium et Brutium, Consilinum,
 Cauloniam, Locrosque circumdat.»
 H.—Illud autem Brutium promon-
 rium ab eo, quod Leucopetra, cap.
 10 vocat, non discernere videtur
 Noster; attamen illud quod nunc
Capo dell' Armi dicitur, Leucopetra,
 quod autem hodie *Capo Spartivento*,
 Brutium fuisse libentius credam.
 Diversum etiam ab utroque est Ze-
 phyrium prom. hodie *Capo di Bruz-
 zano*, a quo Locri Epi-Zephyrii
 cognominati sunt. ED.

6. *Et*. Hæc vox in Chiff. deest.

1 II. In eo prima Hispania terrarum est, ulterior appellata, eadem Bætica. Mox a fine¹ Urgitano citerior, eademque Tarraconensis ad Pyrenæa juga. Ulterior in duas², per longitudinem, provincias dividitur. Siquidem³ Bæticæ latere septentrionali prætenditur Lusitania, amne Ana⁴ discreta. Ortus hic Laminitano⁵ agro citerioris Hispaniæ, et modo se in stagna fundens, modo in angustias resorbens, aut in totum cuniculis condens, et sæpius nasci
2 gaudens, in Atlanticum Oceanum effunditur. Tarraconensis autem hinc⁶ affixa Pyrenæo, totoque ejus latere decurrens, et simul ad Gallicum⁷ Oceanum Iberico⁸ a

II. 1. *Fine Urgitano.* Seu potius *Urcitano*, quum oppidum *Urci* vocet Noster, cap. 4, hujus lib. his verbis: *Oppida ora proxima, Urci*, etc. Ptolem. lib. II, cap. 6, Οὐρκην; et Martianus, l. VI, c. de Hispania: « Ab Urcitano fine, qua citerior meat, Tarraconensis dicitur. » Mela autem, lib. II, cap. 6: « Virgi, in sinu quem Virgitanum vocant. » Hujus oppidi rudera agnosci dicit D'ANVILLE, non longe ab urbe *Vera*. Illud leucis circiter quatuor ab ea urbe ponendum putavi, ad ostium parvi fluminis hodie *Almanzor* dicti, et in Urgitanum sinum influentis, quinque circiter leucis ab urbe Murgi, hodie *Mujacar*, sive *Moxacar*; hæc autem Bæticæ finis est, ut modo dicit Noster, illa Tarraconensis initium. Mannertus *Urci* hodie vicum *Montroy* esse dicit, quod nomen in mappis nullis reperi. ED.

2. *Duas.* Chiffi. *duas partes.* ED.

3. *Siquidem.* Martianus, loc. cit.

4. *Ana.* Nunc *Gaudiana* ex arabicis vocabulis *Wadi Ana*, hoc est, flumen *Anas*. Ἄνας Straboni, lib. III, pag. 139. ED.

5. *Laminitano agro.* Ab oppido quod *Aquívivov* vocat Ptolemæus in Carpetanis, lib. II, c. 6. *Laminium* in Tarraconensi Antoninus, qui id a capite fluminis *Anæ* distare ait VII M. pass. Oppido nomen hodie esse *Montiel* dicit Harduin. Pinetus autem et D'ANVILLE *Alhambra*, quod confirmat Mannertus. Exoritur autem *Anas* ex nonnullis stagnis, quibus hodie nomen est *Lago de Ruidera*, ac se ipse premit subinde angustioribus alveis, tandem L circiter M pass. a fontibus, in totum, ut ait Noster, in cuniculis se condit, per XV circiter M. pass. iterumque ad lucem prodit, in magna sese stagna diffundens, quæ ab incolis *Los oyos de Guadiana*, *Anæ oculi* vocantur; ita sæpius, ut ait Noster, nasci gaudens. ED.

6. *Hinc.* Apud Dalecamp. et Elz. deest. ED.

7. *Ad Gallicum Oceanum.* Qui hic etiam Aquitanicus vocatur, hodie *golfe de Biscaye* vel *de Gascoigne*. ED.

8. *Iberico a mari.* Quod Noster, cap. 9, Hispanum quoque et Balea-

mari transversa⁹ se pandens, Solorio¹⁰ monte, et Oretanis jugis, Carpetanisque, et Asturum, a Bætica atque Lusitania distinguitur.

III. Bætica¹, a flumine eam mediam secante cognominata, cunctas provinciarum diviti cultu, et quodam fertili ac peculiari nitore præcedit. Juridici² conventus ei quatuor, Gaditanus, Cordubensis, Astigitanus³, Hispalensis.

ricum vocari sit, hodie *Canal des Baléares*; orientalem Hispaniæ oram alluit. ED.

9. *Transversa*. Vet. apud Dalec. *transversim*. Item in Elz.

10. *Solorio monte, et Oretanis jugis, Carpetanisque, et Asturum*. Solorius mons, quem *Solorium* vocat Isidor. Orig. l. XIV, c. 80, altissimumque Hispaniæ dicit, agnosci potest in jugis, quibus conjunguntur montes dicti *Sierra-Nevada*, qui revera altissimi Hispaniæ perhibentur, cum eis qui *Sierra-Morena* vocantur. Hæc inter juga animadvertas *la Sierra de Ohanes, la Sierra Filabres, de Oria, de las Vertientes*, etc. Oretana autem juga, non, ut plerique volunt, ea sunt quæ hodie *Sierra de Alcaraz* vocantur, supra Bætis fontes posita: nam hoc pugnaret cum verbis istis, cap. 3: *Bæticiæ primum ab Ossigitania infusus*; sed forsan Marianorum montium, hodie *Sierra-Morena*, pars orientalis — Carpetana hodie *Monte de Toledo* vocantur: Asturum, *la Sierra de las Asturias*. — Pro Asturum, *Vettonum* reponit Sepulveda, lib. III, cap. 45, ad Pintiauum, qui montes *Sierra de Francia*, haud procul ab urbe *Salamanca*, essent. ED.

III. 1. *Bætica*. Hæc provincia Ana flumine a Lusitania discreta, Solorio monte et Oretanis jugis a

Tarraconensi, illam omnem regionem amplectebatur, quæ ab incolis dicitur hodie *Reyno de Sevilla, de Cordoba, de Jaën*, quæ regna etiam Andalusia una nominantur: *Reyno de Granada*, pars maxima; *Provincia de Estremadura*, et *Provincia de la Mancha*, pars australis, citra Anam. ED. — Unde sit autem Andalusis factum nomen, mihi fateori esse incompertum. A Vandalis enim, opinor, Vandalia diceretur. Orientales, quibus ignoti sunt Vandali, inquit D. D'HERBELLOT, in Bibliotheca Orientali, pag. 114, fabulantur ab Andalusio Japheti filio, Noë nepote, Andalusiam nomen accepisse. HARD.

2. *Juridici*. Quo tempore Romani Hispanias tenuere, suos in illis Senatus Judicarios habebant, quos *Conventus Juridicos* suo nomine appellabant. Huc finitimi, tanquam ad Coloniam metropolim, jus petitori, et de controversiis quæ orientur, disceptaturi conveniebant. HARD. — Conventus illos Hispani nunc appellant *Cancillerias*, vel *Audiencias*. Erant autem Gaditanus, *Cadix*; Cordubensis, *Cordoue*; Astigitanus, *Ecija*; Hispalensis, *Séville*. BROU.

3. *Astigitanus*. Chiff. *Asticianus*, sed perperam, quum oppidum Astigi vocetur. ED.

Oppida omnia numero⁴ CLXXV. In iis⁵ coloniæ IX, municipia VIII, Latio⁶ antiquitus donata XXIX, libertate VI, fœdere III, stipendiaria CXX⁷. Ex his digna memoratu,

4. *Numero CLXXV.* Sic Martianus, lib. VI, cap. de Hispania, p. 203, librique omnes.

5. *In iis coloniæ IX.* Numeros ex fide eorundem codicum restitui- mus : *Coloniæ IX et fœdere III*, quum prius octo tantum coloniæ, fœdere donata tantum oppida duo cense- rentur : id quod cum superiore sum- ma oppidorum omnino CLXXV stare nequit. Porro de coloniarum cæte- rorumque jure hæc accipe. Post diturnum bellum Romani Latinos pro sociis et amicis sibi adscivere ; dato jure, ut in bello romanis legi- onibus permixti militarent, et ibi magistratus officiaque gerere, et ho- nores accipere communi jure pos- sent : sed non Romæ tamen petere magistratus, aut gerere iisdem licuit, ut apertissime Plinius docet, l. VII, cap. 43 ; nec repugnat Asconius, de quo Sigonius vide, de antiq. jure Italiæ, lib. I, cap. 4, p. 123. Atque id jus quidem, quia Latinis primum concessum, *jus Latii* appellatum. Post tamen et suffragiï in Urbe ferendi, creandique magistratus da- ri sibi jus postularunt, utque pro civibus romanis pari cum cæteris jure haberentur. Impertitum et illud deinde prærogativa quadam populis aliquot exteris, ægre tamen, voca- tumque *jus civium romanorum*. Vetus vero jus ad discrimen hujusce novi, *jus antiquum Latii*, et Latium anti- quitus dictum est : datumque idem jus longo post tempore universæ Italiæ ; unde italicum jus dici cœ- ptum. Quum cives, militesve alio

deducerent, ut ea incolerent loca, *Coloniam* vocabant : *Municipium* ve- ro, quum loci alicujus indigenis jus illud italicum, vel civium roma- norum, de quo egimus, communi- carent. Ampliabant autem Romani, adstringebantque arbitrato suo jus et immunitates eas, ut auctor est Tacitus, Annal. lib. XI. Quin ipse Plin. coloniis quibusdam jus Italiæ tantum concessum, aliis solam im- munitatem a tributis innuit, cap. hujus libri tertio. Municipia suis vivebant legibus et institutis : *Coloniæ romanis*. Suis quoque oppida libertate donata : sed neque italico, neque civium romanorum jure gaudebant, quorum alterutro mu- nicipia fruebantur : ea vero *libera oppida*, et *liberæ conditionis* voca- bantur. Fœderata erant, quibuscum populus romanus fœdus inierat, quorum cives se fœderatos, socios, fratres populi romani cognomina- bant, ut de Arvernus Galliæ populis, Heduisque dicemus, l. IV, cap. 3a et 33. Denique stipendiaria erant, quæ vectigal penderent, seu tributo solvendo obnoxia forent. HARD. — Vid. etiam in nostra Taciti editione, tom. IV, pag. 473, in excursibus Variorum ad lib. Annal. XI, quid de jure Latii, civitateque romana, jure Quiritium, jure italicico, coloniis, municipiis, populis liberis, fœderatis, immunitibus, stipendiariis dicat Broterius. Ed.

6. *Latio.* Lege *Latio* jure, ut infra cap. 3. DALEC.

7. *CXX.* Dalec. *CCX.* Ed.

aut Latiali sermone dictu facilia , a flumine Ana , littore Oceani, oppidum Onoba⁸ Æstuarium cognominatum : interfluentes⁹, Luxia¹⁰ et Urium. Arenæ¹¹ montes : Bætis

8. *Onoba Æstuarium*. MSS. Reg. et Colb. ac Paris. *Ossonoba Æstuarium*. Parm. edit. *Ossonoba Asturiæ*. Hermolaus, *Ossonoba Lusturia*, quoniam inter amnes Luxiam et Urium sita est. Ptolemæus, lib. II, cap. 4, Ὀνοβαλιτωρία. Nos Ὀνοβαν Αἰστωρίαν, hoc est, Æstuarium, ab Æstuariis etiam nunc eo loci frequentibus, maluimus appellari, vestigia codicum antiquorum summa fide ac religione secuti. Sunt autem æstuarium (Ἀναχόους Straboni, lib. III, pag. 140) loca quæ marinis aquis referta sunt ex inundationibus pelagi, per quas sæpe in mediterranea fluviorum instar navigantes accedunt. HARD. — Quo autem in loco sita fuerit Onoba, inter interpretes non constat : illam *Gibraleon* esse Rodericus Carus, Antiqu. Hispal. l. III, c. 75, et post hunc Pinetus et Harduinus contendunt : Mannertus juxta portum *Palos* eam sitam fuisse ait, cui quidem non assentior, quum Nostro ab Ana venienti citra flumina *Luxiam* et *Urium*, quæ hodie *Odiel* et *Tinto* vocantur, occurrere videatur Onoba, *Palos* autem sita sit ultra flumen *Tinto*. D'ANVILLE, qui in opere, cui titulus est *Géographie ancienne abrégée*, t. I, pag. 36, illam hodie *Moguer* esse vult, ad lævam fluminis *Tinto* ripam, alteram magisque probandam, ut mihi videtur, sequitur opinionem in mappa sua, in qua, inter fluminum *Odiel* et *Tinto* ostia ponitur, quo loco hodie reperitur *Huelba*. Æstuariis autem ita abundat locus

ille, ut minime mirum cuius map-pam insipienti videri possit urbem eo loci sitam Æstuarium cognominatam fuisse. *Ossonoba* autem ejus nomen hic in quibusdam MSS. legitur, ut superius diximus, librorum aut negligentia aut fortasse ignorantia, aliud certe oppidum est in Lusitania, ut lib. IV, cap. 35, dicemus. Ab *Ossonoba* diversam *Onobam* et nomine et situ *Marcianus* *Heracleotes* agnoscit pag. 71 et 37, inquit HARD. ED.

9. *Interfluentes*. Vet. apud Dalec. *interfluunt*. ED.

10. *Luxia et Urium*. Nunc, ut modo in *Onoba* diximus, *Odiel* et *Tinto*, inter *Anam* et *Bætium* fluentes. Ipsum nomen *Urium* hunc fluvium eundem cum *Tinto* esse declarare videtur; hujusenim fluminis undas quidquid injiciatur desiccare atque quodammodo urere, nec pisces pati testantur plurimi; ex quo fortasse *Urium* nomen duxit. Hæc flumina eodem loco in Oceanum influentia æstuarium efficiunt, inter quæ sitam *Onobam* diximus. ED.

11. *Arenæ montes*. Ita Roman. et Parmensis editio vetus, MSS. Reg. I et 2, etc. *Hareni montes*; quidam etiam *Ariani* et *Mariani montes* legunt. Nos autem *Arenæ* cum HARD. legitimus, montesque illos nihil aliud esse putamus præter istos arenæ colles, quos Galli *Dunes* vocant, quique etiam nunc ab incolis *Arenas gordas* appellantur; nulli enim montes toto hoc littore reperiuntur. ED.

fluvius¹² : littus¹³ Corense inflexo sinu ; cujus ex adverso
 2 Gades, inter¹⁴ insulas dicendæ. Promontorium Junonis¹⁵,
 portus Bæsippo¹⁶. Oppida : Belon¹⁷, Mellaria¹⁸ ; fretum ex

12. *Bætis fluvius*. Nunc *Guadalquivir* ex arabicis vocabulis *Wadi-al-quibir*, quæ fluvium magnum significant. ED.

13. *Littus Corense*. MSS. Reg. 1, 2, etc. *Corense*. Chiff. *Curonense*. Littus id, inquit Hard. a Bæti amne ad *Rio Guadalete* porrigitur, ubi oppidum *S. Lucar de Barameda*. Mihi autem illo nomine designatum videtur littus illud quod ab oppido *Roia* ad urbem *Cadiz* porrigitur, sinum illum ambiens, qui veteribus *Menesthei portus*, recentioribus autem *Bahia de Cadiz* vocatur et in quem influit *Rio Guadalete*. Hæc verba *inflexo sinu* sequentiaque *cu- jus ex adverso Gades* sententiam meam, ut puto, confirmant. ED.

14. *Inter insulas*. Lib. IV, c. 36.

15. *Junonis*. Nunc *Cabo de Trafalgar*. Ptolemæo, lib. II, cap. 4 : ἀκρωτήριον, ἐν ᾧ ναὸς Ἥρας.

16. *Portus Bæsippo*. Hodie *Vejer*, juxta æstuarium quod portus efficit et in quod influit parvum flumen *Barbato* dictum. Melæ quoque, lib. II, cap. 6 : *Besippo ad Junonis promont.* ex quo intelligitur hallucinatos esse viros alioqui eruditos. Rodericum Carum, qui lib. III, Antiq. Hispal. cap. 48, portum Bæsippone[m] esse existimat *Puerto de S. Maria*, ad ostium amnis *Guadaletè* : et Hieron. Suritam, qui Basilippone[m], hodie *Cantillana*, supra Hispalim ad boream positum, cum hoc Bæsippone maritimo oppido confundit ; quum disertis verbis Mela Pomponius, Pliniusque,

viri in geographicis rebus supra famam accurati ac diligentes, inter Gades et Calpen, promontorio Junonis Bæsippone[m] affigant. HARD. — Hallucinatur autem ipse Harduinus, quum Bæsippone[m] *Μενεσθείας Λαμὴν* a Ptolemæo vocari ait. Nam hunc portum ante Junonis promontorium nominat, dum infra sitam fuisse Bæsippone[m] manifestum est. Nobis Menesthei portus hodie *Bahia de Cadiz* esse videtur, ut not. 13 diximus. ED.

17. *Belon*. Ptolemæo, lib. II, cap. 4 : Βαίλωνος ποταμοῦ ἰκθολαί, Βαίλων πόλις : Marciano quoque Heracl. pag. 70. Stephano, Βελών, πόλις καὶ ποταμὸς τῆς Βαιτικῆς, etc. post Strabonem, lib. III, pag. 140. HARD. — Belon autem oppidum hodie non *Tarifa*, ut voluerunt Hard. pluresque Plinii interpretes ; sed, ut animadvertit D'ANVILLE, et ipsa nominis similitudo confirmat, *Bolonia*, qui quidem locus hodie desertus est ; flumen autem, de quo Ptolemæus meminit, exiguus est rivulus occidentem versus, per quem in mare se exonerat palus *Laguna de la Janda* hodie dicta, si Mannerto credimus, cujus opinionem confirmant Ptolemæi verba, quæ urbem citra flumen, orientem versus, sitam fuisse indicare videntur. ED.

18. *Mellaria ; fretum ex Atlantico mari*. De illis jam superius fuse diximus. Mellaria Marciano Heracl. p. 70, Ptolemæoque loc. cit. *Μελλαρία* dicitur. ED.

Atlantico mari. Carteia¹⁹, Tartessos²⁰ a Græcis dicta. Mons²¹ Calpe. Dein littore²² interno oppidum²³ Barbesula

19. *Carteia, Tartessos a Græcis dicta.* Alii ex Paus. Appian. Leopard. *Carpessum*; alii *Carpessos*. Καρπηία Ptolemæo, lib. II, cap. 4. Roder. Car. lib. II Antiq. Hispal. cap. 24. Melæ, lib. II, cap. 6: «Carteia (ut quidam putant) aliquando Tartessus.» Pausan. lib. VI Eliac. poster. pag. 378, et Straboni, lib. III, pag. 151: Ἐνιοὶ δὲ Ταρτησσὸν τὴν νῦν Καρπίαν προσαγορεύουσι; Anton. Itiner. *Calpe Carteia XVIII m. pass.* a Mellaria. Inde unam eandemque urbem esse Tartessum, Calpen, Carteiamque merito fortasse dixeris, quæ, si eruditum d'ANVILLE et doctum viatorem Anglum CARTER audimus, extremo sinu *Bahia de Algeziras*, seu *de Gibraltar* dicto, ad amnem *Guadarangue* sita fuit, quo loco rudera multa animadvertit CARTER; Mannertus autem Carteiam sub urbe *Algeziras*, juxta turrin *del Carnero* dictam, sitam fuisse contendit, seu potius ubi est vicus *Villa Vieja* dictus, sub *Algeziras*, in altera rivuli ripa qui *Rio de miel* vocatur; priori tamen opinioni libentius assentiar. Loco autem a Mannerto designato, juxta urbem *Algeziras*, ubi est *Villa Vieja*, quod nomen veterem urbem quamdam hic stetisse indicare videtur, ponit d'ANVILLE urbem Tingenteram, Pomponii Melæ, ut putant, natalibus claram, si tamen in Melæ lib. II, cap. 6, legendum sit, ut perique volunt: *atque unde nos sumus, Tingentera. Tum Mellaria, etc.* non autem, ut malunt alii: *atque unde nos sumus, cingente fretum,*

Mellaria, etc. Mannertus autem hanc urbem Tingenteram ponit, inter Mellariam, quam hodie, ut diximus, *Torre della pena* esse putat, et Transductam urbem Marc. et Ptolem. notam, quam *Tarifa* esse opinatur. ED.

20. *Tartessos.* Gadium insulam Tartessum quoque vocitatam dicemus lib. IV, c. 36. Et in insula ad Bætis ostia tertiam eo nomine urbem Veteres agnovere. Strab. p. 148. H.

21. *Mons Calpe.* Cum oppido cognomine, cujus meminere Strabo, lib. III, pag. 140; Antoninus, et nummus suspectus, C. I. CALPE, hoc est, *Colonia Julia Calpe*, apud Spanhem. pag. 766. Eadem est fortasse cum Carteia superius memorata, diversa tamen esse potuit, et loco, quo situm est oppidum *Gibraltar*, stetitisse. ED.

22. *Littore interno.* Littore interni maris, hoc est, mediterranei. HARD.

23. *Oppidum Barbesula cum fluvio.* Vet. ap. Dalec. *oppida.* Fluvius Barbesula hodie *Rio Guadiaro* est, ut putant Pinetus, Mannertus atque etiam Harduinus, qui hunc fluvium mendose *Guadajara* vocat. Ad ejus ostium turris est quæ eodem nomine *Torre Guadiaro* vocatur, quæque Barbesulæ locum fortasse occupat. Nonnulli tamen flumen hodie *Rio Verde*, oppidumque *Marbella* aut etiam *Estepona* esse contendunt. Fluvii Βαρθησόλα meminere Ptolem. lib. II, cap. 4, et Tzetzes, Chiliad. VIII, v. 712. Urbis etiam meminit Mela lib. II, cap. 6; apud quem plures *Barbesul* legunt. Mar-

cum fluvio; item²⁴ Salduba : oppidum Suel²⁵ : Malaca cum fluvio²⁶, fœderatorum. Dein Mænoba²⁷ cum fluvio.

cianus Heracl. ἀπὸ Καρτηίας εἰς Βαρ-
Ἐησόλαν, etc. ED.

24. *Item Salduba.* Hoc est, ut Barbesula, sic etiam Salduba olim oppidum cum fluvio fuit cognomine: Suel non item. Salduba hodie *Marbella* est, ad amnem olim cognominem qui nunc *Rio Verde* dicitur, inquit Hard. quem hic sequor; Clusius autem Mannertusque Salduba flumen hodie *Rio Gordo*, vel *Guadalquivirejo* vocari contendunt; qui quidem amnis Malacæ vicinior mihi videtur quam ut Salduba flumen sit, sed certe Ptolemæi lib. II, cap. 4, Σαδούχα est. Quidam, quos inter Ortelius et POISSINET, oppidi tantum Saldubæ, non fluvii, hic meminisse Plinium volunt. ED.

25. *Oppidum Suel. Sivel* in Anton. Itiner. vocatum, ex quo sane fluxit *Sive*, quod in Chiff. et in quibusdam aliis MSS. auctore Lætio, legitur, haud dubie mendose, quum hæc oppida referat Mela lib. II, c. 2 : « Abdera, Suel, Hexi, Mænoba, Malaca, Salduba, Lacippo, Barbesula », aut, ut alii legunt *Barbesul*. Quo autem in loco situm fuerit oppidum Suel, non satis constat. Sunt qui illud esse volunt *Castillo de Fuengirola* vicum, non quatuor, ut ait Hard. sed sex leucis a *Malaga* distantem, istamque opinionem in mappa sua sequividetur D'ANVILLE. Inscriptio vetus apud Reines. p. 141, ΜΥΝΙΧΙΡΙΟ ΣΥΛΙΤΑΝΟ, hic reperta erutaque est, sed ficta et recens, auctore Hard. qui Ortelium pluresque alios secutus Suel hoc. *Molina*, aut, ut in mappis reperio, *Castillo*

de Torremolinos esse contendit; quod quidem ego mallet, quum castellum *Fuengirola* situm fuerit ad ostium fluminis de quo certe meminisset Noster. ED.

26. *Malaca cum fluvio, fœderatorum.* Dalec. *Melacha.* Elz. *Malacha.* Scripsimus *Malaca*, Ptolemæum Strabonemque sequentes, in quibus legitur *Μάλαχα*, non autem *Μάλαχα*. ED.—Malaca, inquit, oppidum fœderatorum cum fluvio. Ptolem. II, 4, *Μάλαχα*, qui vicinum amnem, ut diximus, Σαδούχαν vocat. Oppido incolæ nomen fecere *Malaga*. Hæc recte Hard. minus autem recte adducit huc amnem, *Guadalquivirejo*, sive *Fiu grande*: nam inter urbem *Malaga* et amnem *Guadalquivirejo*, aliud flumen non longe a *Malaga* in Internum mare influit, cui nomen *Guadalmedina* est: *Guadalquivirejo* autem amnis duobus ferme leucis a *Malaga* distat. Vino inter omnia præstantissimo hodie nobilis est regio illa. HARD. et ED.

27. *Mænoba cum fluvio.* Dalec. et Elzev. et D'ANVILLE in mappa sua *Menoba*, nos autem Strabonem, cui lib. III, p. 144, Μάινωβα, et Melam loc. cit. Harduinumque secuti sumus. Ptolemæo *Μάινωβα*, mendose. Fluvio, inquit Hard. nomen est hodie *Fiu frio*, seu frigidus amnis: oppido *Torres*, seu rectius *Torrox*; D'ANVILLE urbem *Almuñeçar*, esse contendit haud longe a flumine *Rio Verde* dicto, quod sic Mænobæ fluvius esset; Mannertus autem eam *Velez Malaga* ad fluvium cognominem esse putat; quam quidem opinionem sequimur. ED.

Sexti Firmum²⁸ cognomine Julium, Selambina²⁹, Ab-
dera. Murgis³⁰ Bæticæ finis. Oram eam universam origi-
nis Pœnorum existimavit M. Agrippa. Ab Ana³¹ autem
Atlantico Oceano obversa³² Bastulorum Turdulorumque
est. In universam³³ Hispaniam M. Varro pervenisse Ibe-

28. *Sexti Firmum*. MSS. *Sexifir-
mum*. Mela loco cit. *Hexi* aut, ut
quidam volunt, *Ex* vocat: *Sexita-
num* Antoninus: Σιξ Ptolem. lib. II,
cap. 4, ex quo emendabat Dalec.
Sextifirmium. Hard. secuti sumus
Sexti Firmum scribentes, ne novi
aliquid afferamus; nobis tamen
probabile magis videtur *Hexi*, quod
plures in Mela legunt, aut, ut ΠΟΙ-
ΞΙΝΕΤ: *Sezi*, *Firmum cognomine Ju-
lium*, quod interpretatur: *Sexi co-
gnomine Firmum Julium*. Hinc, inquit
Hard. salsamentis Exitanis, sive
Sexitanis nomen, de quibus Strabo,
lib. III, p. 156, aliique.—Quo autem
loco sita fuerit urbs illa minime
constat. Admonet ipsa series oppi-
dorum, quæ plane eadem est apud
Melam, Plinium, Ptolemæumque,
ut ait Hard. Sexti Firmum prius
Hispaniæ oram legentibus a Calpe
versus septemtrionem occurrere
quam Selambinam: quare Suritam,
Rod. Carum, aliosque falli necesse
est, qui id oppidum nunc *Motril*
esse existimant, quod ultra Selam-
binam est. Idem peccat d'ANVILLE,
qui in mappa sua Sexitanum Selam-
binam inter et Abderam ponit, quo
loco hodie est turris *Baños* vocata;
ante ponenda ergo nobis visa est
Mannerti opinio, qui eam *Almuñe-
car* esse dicit. Ed.

29. *Selambina, Abdera*. Σηλάμβινα
Ptolemæo, loc. cit. et μοξ Ἄβδαρα;
Straboni, loc. cit. Αὔθηρα; Stephano

Ἄβδηρα. Hæc hodie *Salobreña* est,
consentientibus omnibus, præter
Marianam, qui Hist. Hisp. lib. X,
cap. 18, pag. 503, illam *Almeria*
vocat. Aliis, quos inter d'ANVILLE,
et Mannertus, quibuscum ego liben-
ter consentio, Abdera *Adra* esse
videtur, haud adeo abludente ab
Abdera vocabulo, medio fere inter
Salobreña et *Almeria* intervallo.
HARD. et ED.

30. *Murgis*. Antonino *Murgi*, a
Sexitano m. pass. XXXVIII; quod
quidem intervallum LXX et amplius
m. pass. esset, si, ut volunt Men-
doza in Conc. Illib. et d'ANVILLE,
Murgis hodie *Almeria* est; et CXX,
si, ut Mariana et Harduinus et
Mannertus dicunt, *Mujacar*; cui
quidem opinioni libentius assentior.
Alia porro, ut Hard. ait, ab ista
Μούργυς Ptolemæi est, lib. II, cap.
4, in mediterraneis Turdulorum
Bæticorum oppidis. Alia item quæ
hodie *Murcia* vocatur, regni caput,
oppidum et a mari et ab ora hac
quam lustramus longe dissitum. Ed.

31. *Ab Ana*. Ad fretum usque.
Mela, lib. III, cap. 1: «A freto ad
flumen Anam Turduli et Bastuli
habitant.» HARD.

32. *Obversa*. Subintellige, ora.
A Turdulis sive Turdetanis, Bætica
tota olim Turdetania appellata. Vid.
Strab. lib. III, pag. 139. HARD.

33. *In universam*. Ante has voces
Pinetus inserit: «Turduli a Bæti

occasum⁴³, Oceanum Atlanticum provinciam⁴⁴ adoptans petit, modicus primo, sed multorum fluminum capax, quibus ipse famam aquasque aufert. Bæticiæ primum ab Ossigitania⁴⁵ infusus, amœno blandus alveo crebris dextra lævaque accolitur oppidis.

- 5 Celeberrima inter⁴⁶ hunc et Oceani oram in mediterraneo Segeda⁴⁷, quæ Augurina cognominatur: Julia⁴⁸, quæ

Hæc autem verba non ad Taderem fluvium referenda sunt, ut quidam existimavere, sed ad Bætium, qui hic quodam modo Taderi opponitur. Dum enim, inquit Noster, Tader Carthaginensem agrum rigat, Scipionis rogum, Ilorci situm, conspicere sustinens, Bætis illum refugit et versus in occasum, Bæticiam provinciam irrigat petitque Oceanum. Oppidum Ilorci, de quo hic Noster, hodie est *Lorca*, ad amnem *Sangonera avenidas de Lorca* vocatum sita, et xxvii m. pass. a Tadere distans; Scipionisque rogi, etiam nunc *Sepulcro de Scipion* incolis dictus, xx circiter m. pass. ab urbe *Lorca*, meridiem versus, reperitur. Cneum autem Scipionem, post Publ. fratrem occisum, in turrim quamdam Asdrubalis copiam fugientem compulerant: qua incensa, cum omni comitatu misere copcrematus est, ut auctor est Appianus in *Ibericis*, p. 263. Ed.

43. *Versusque in occasum*. Vide notam superiorem. Ed.

44. *Provinciam*. Bæticiæ provinciam, quam mediam secat, suum nomen impertiens.

45. *Ab Ossigitania*. Dalec. *Ossigitania*. Ab Ossigi oppido, de quo mox. Ab ea provincia Bæticiæ initium duci haud obscure innuit: citra versus septemtrionem et ortum,

Tarraconensem esse: quare ad Castulonem oppidum, quod Bæticiæ finis paulo post dicitur, Ossigitania pertinuit. HARD.

46. *Inter hunc*. Inter Bætium, ab Ossigitania, ad fretum Gaditanum, et Atlantici oram Oceani, Cordubensis conventus mediterranea oppida ista sunt: Segeda, etc.

47. *Segeda, quæ Augurina cognominatur*. Alia est ac *Segida*, de qua inferius; quamvis quidem eas urbes plurimi pro una incauti acceperint. Quo autem in loco sita fuerit urbs illa ignoratur; neque enim illis assentiri possum, qui, ut Pinetus, eam *Medina Sidonia* esse volunt, non longe ab Oceano; quum ex oppidorum serie pateat Nostrum ab oriente ad occidentem, id est, ab ortu ad ostium Anæ fluminis procedere. Fortasse Segeda sita fuit juxta *Torre que Bradilla* parvum flumen, quod in Bætium octo leucis supra *Andujar* influit. Ed.

48. *Julia, quæ Fidentia*. Tiberii nummus, in Thesauro Goltzii, COL. IVL. FIDENTIA; sed sunt Goltziana latina numismata pleraque adulterina et ficta. HARD. — Hanc urbem diversam contra Harduini opinionem putat Mannertus ab ea quæ Julia vocatur a Cæsare, Bell. Alex. cap. 61 et 65. Bell. Hispan. incert. auct. cap. 3 et 4. Dio. Cass. lib.

Fidentia : Urgao⁴⁹, quæ Alba : Ebura⁵⁰, quæ Cerealis : Iliberi⁵¹, quod Liberini : Ilipula⁵², quæ Laus : Astigi⁵³,

XLIII, cap. 31. Οὐλία a Ptolem. lib. II, cap. 4. *Ulia*, XVIII M. pass. a Corduba in Itiner. Anton. et *Ιουλία*, haud procul a Corduba, a Strab. lib. III, pag. 141, et quam hodie *Monte-mayor*, haud scio an recte, esse ait d'ANVILLE. Juliam Fidentiam longius a Corduba distantem, ortum inter et meridiem, hodieque vocari *Almodovar*, contendit Mannertus, quocum de situ quidem ego consentio, minime vero de nomine; nullum enim in ea regione locum *Almodovar* dictum reperio præter urbem *Almodovar del rio*, quæ ad flumen *Guadalquivir* sita est, v. circiter leucis a *Cordoba*, meridiem inter et occasum, non vero ortum, ut ait Mannertus; anteponenda igitur visa fuit eruditi viri Pineti opinio, qui eam *Fuentes*, id est, ut ego puto, *Fuente del Rey*, inter *Adujar* et *Jaën*, esse dicit. Ed.

49. *Urgao*, quæ *Alba*. Dalec. et Elz. *Virgao*. XLV M. pass. a Corduba Castulonem versus, secundum Anton. Itiner. unde illam *Arjona* esse dicit d'ANVILLE, aut potius, ut mihi videtur, *Arjonilla*, leucis duabus ab *Adujar*, meridiem versus, quam opinionem sequi videtur Mannertus. Ibi etiam inventa inscriptio: ΜΥΝΙC. ΑΛΒΗΝSΕ URGΑVON. apud Gruter. pag. 233, sed ficta et recens. Ed.

50. *Ebura*. In MSS. quibusdam, *Ebora*. Non est hæc *Ebora* Pomponii Melæ, de qua ille in Bætica littore, lib. III, cap. 1, nec Strabonis Ἐβούρα, quæ eadem cum *Ebora* Pomponii est, lib. III, pag. 140.

— Quinque autem urbes hoc nomine olim in Hispania exstitisse videntur. Hanc *Alcala-la-Réal*, inter *Granada* et *Cordoba* esse retur Harduinus cui ego assentior. Eam Pinetus et Girolamo Ruscelli *Rotta* vocant, quod nomen in mappis non reperi. Ed.

51. *Iliberi*, quod *Liberini*. Loaysas in Conc. Illib. legit, *Eliberi*, quod *Eliberini*. Ptolemæus, loc. cit. Ἰλιβήρις. — Eam Girolamo Ruscelli, Pinetus, multique alii, inconsulte, ut puto, hodie urbem *Granada*, regni cognominis caput esse dicunt; eruditissimos viros Vasæum, Morales, Harduinum et d'ANVILLE sequimur, qui eam in colle, cui nomen est *Sierra de Elvira*, fuisse contendunt, duobus leucis a *Granada* orientem versus; quam opinionem sequi videtur ipse Mannertus. Ed.

52. *Ilipula*, quæ *Laus*. Ptolemæo, loc. cit. Ἰλλίπουλα μεγάλη. Roder. Carus Antiq. Hispal. lib. III, cap. xi, pag. 100, Pinetus et Hard. illam hodie *Granada* esse contendunt; hanc opinionem refert ipse Mannertus, quam tamen Ptolemæo contrariam esse ostendit, ex quo Ilipulam juxta urbem hodie *Montilla* dictam stetisse baud immerito, ut mihi videtur, conjicit. Ed.

53. *Astigi*, quod *Julienses*. Dalec. et Elz. *Artigi*, quod et ego malle; Parmensis editio *Astici*. Ptolem. loc. cit. Ἀστυγίς. Si tamen *Astigi* legendum est, hæc urbs certe alia est ac *Astigi*, una e quatuor urbibus juridicorum conventuum capitibus in

quod Julienses : Vesci⁵⁴, quod Faventia : Singili⁵⁵, Attegua⁵⁶,

Bætica; quod non animadverterunt nonnulli interpretes, quos inter POINSINET DE SIVRY qui eas urbes unam eandemque esse putat, quam *Ecija* vocat, adversam tamen sententiæ suæ opinionem Martini de Roa, in Hist. Astigit. fol. 13, referens, qui hanc urbem hodie esse *Alhama*, inter *Granada* et *Malaga*, haud immerito, ut ego reor, eum docebat. Hanc opinionem sequitur et Mannertus. ED.

54. *Vesci*, quod *Faventia*. Ptolemæo loc. cit. Οὐισκις. Girolamo Ruscelli eam etiam nunc *Faventia* vocari, Niger urbem esse *Velez*, non procul ab interno mari et urbe *Motril*, contendunt; ego autem *Harduinum* sequi malle, qui eam *Archidona*, inter *Antequera* et *Alcala la Real* esse putat. ED.

55. *Singili*. Nonnulli, ut mox in *Attegua* dicemus, *Singilia* legunt, nos autem *Ortelium Harduinum*que sequi maluimus, illis tamen minime assentientes, quum eandem hanc urbem *Antiquariam*, sive *Anticariam* Antonino dictam fuisse volunt. D'ANVILLE, multo rectius, ut opinor, diversas fuisse urbes censet. *Anticaria* in via romana sita fuit, forsitan quo loco hodie est *Antequera*, Singilisque ad ripam fluvii cognominis, nunc *Rio Genil* dicti, quo loco nunc est *Puente de Don Gonzalo*. *Anticariæ* reperta inscriptio apud Grut. exstat, pag. 437, *Municip. Singiliensium*, cujus auctoritate motus D'ANVILLE, *Anticariam Singilis* auctoritati submissam fuisse putat, sed, ut jam non semel diximus, falsæ recentisque sunt Gru-

teri inscriptiones, nullaque illis fides adhibenda. ED.

56. *Attegua*. Prius legebatur *Singilia*, *Hegua*. Scio in hoc Bætica tractu Αἰγούαν a Strabone citari, lib. III, pag. 141, sed quum *Singiliattega* in MSS. scribatur, Reg. 1, 2, etc. *Singili*: *Attegua* haud cunctanter agnosco. Nam de *Attegua* primum Dio meminit lib. XLIII, pag. 230. Ἀττεγούα πόλις, haud procul Corduba, non semel autem Hirtius, l. de bello Hisp. pag. 259, et Atteguenses Pompeianarum partium fuisse scribit Valerius Max. lib. IX, cap. 2, 4. HARD.—Mariana quoque lib. III, Histor. Hispan. cap. 21, *Attegua*, inquit, *decimo sexto ab urbe Corduba lapide sita erat, quo nunc loco ruinæ tantum exstant Tebæ veteris nomine*: addit *Harduinus Teva veja*, sexto fere milliari ab *Anticaria Hispalim* euntibus, non animadvertens hæc cum Marianæ verbis *decimo sexto ab urbe Corduba lapide pugnare*; nam illa de qua loquitur *Teba LXVI M.* pass. a Corduba distat. Forsan hæc *Teba*, juxta quam montes *Sierra de Yeguas* dicti reperiuntur, Strabonis Αἰγούα fuit; *Attegua* autem requirenda est inter *Puente de Don Gonzalo*, quod oppidum, auctore D'ANVILLE, *Singilis* est, et *Cordoba*, fortasse non longe ab *Aguilar*, in ripa fluvii nunc *Cabra* vocati. Longe alia tamen est Mannerti opinio, qui hanc urbem ad septemtrionem Bætis ponit, et illam inter et *Ucubim* fluxisse ait flumen *Salsum*, quod hodiè *Guadiato* vocari dicit. ED.

lunum⁵⁷, Aglaminor, Bæbro, Castra⁵⁸ vinaria,
 orium⁵⁹: Hippo⁶⁰ nova, Illurco⁶¹, Osca⁶², Escua⁶³,

Arialdunum, Aglaminor, Bæ-
SS. Reg. et Colb. *Arialdu-*
1glamin, Urbedo. Hic aliqui
 niscuntur *Avia* seu *Avi*, a
 pido festum Avienum dictum
 sunt; *Eldanum*, quod Pto-
Eldana esset, forsan hodie
van, sex leucis ab urbe *Cor-*
meridiam versus; *Urbedo*
beda in veteribus codicibus
 orosio Morales recognitis *Al-*
scribitur, quam lectionem
 suo comprobare videtur
 nus, quamvis de Ambrosio
 mentionem non faciat,
 dicit *Agabro* legi satius esse,
 num Eliberitana et Astigitana
 1, meminit etiam Agabren-
 cillum Hispalense II, can.
 Idem ille Morales hanc ur-
 die *Cabra* esse ad fluvium
 ninem, undecim a *Cordoba*
 putat, eique assentiri non
 — *Avia*, si Moletio et Gi-
 Ruscelli credimus, hodie
alon. Illud autem nomen et
 s, quod pro Eldano dat Oro-
 t *Zambra* atque *Ubedos*, quæ
 ebrone Pinetus, in mappis
 xeriantur. Ed.

Castra Vinaria. Forte quæ
 Castra Postumiana dicuntur,
 is fere quatuor ab Attegua-
 cubi, lib. de bello Hisp.
 55, quæ Mariana, lib. III,
 ap. 21, pag. 123, nunc
del Fiume ait appellari. HARD.
 x urbs haud dubie eadem
 m *Castro* sive *Castro el Rio*
 tam in mappis reperimus,
 am fluvii *Guadañoz*; illam

Hermolaus *Veria* vocat, quod no-
 men in mappis non occurrit. Ed.

59. *Episibrium.* MSS. R. 2, *Epi-*
simbrium. Reg. 1, et Colb. 2, *Ci-*
simbrium. Fortasse hodie *Espeja*,
 circiter duobus a *Castro* leucis, oc-
 cidentem versus. Ed.

60. *Hippo.* MSS. *Iphonoba.* Hip-
 ponem Livius agnoscit, sed in Car-
 petanis, haud procul Toletu, lib.
 XXXIX, cap. 30. Quo autem loco
 hæc sita fuerit ignoratur. Ed.

61. *Illurco.* Inscriptio apud Gru-
 terum, pag. 406: ORDINIS ILLUR-
 CONENSIS, ex Ant. Augustini schædis,
 reperta in pago *Pinos*, Granaten-
 sis agri. Falsa et recens. HARD. —
 D'ANVILLE tamen hæc urbem hodie
Puente de Pinos, aut, ut in quibus-
 dam mappis reperi, *Pinos puente*,
 sex ab urbe *Granada* leucis, septem-
 trionem versus, esse putat; eam
 autem Villanovus et Morales *Illora*,
 tribus leucis ab *Alcala la Real*,
 meridiem versus, esse contendunt,
 quod ego malle. *Ilurconem* Plinii
 et Ptolemæi *Ilurgim*, unam eadem-
 que urbem fuisse fere apud omnes
 constat. Ed.

62. *Osca.* Hanc urbem, quam
 Velleius Paternus *Eyoscam* vo-
 cat, hodie *Huesca* in confinio regni
 Granatensis et Murciae esse putant
 Jo. Franc. Andrez, lib. de Patria
 S. Laurent. pag. 6, aliique, quos
 sequitur Hard. Hæc tamen urbs
 mihi a cæteris quæ hic nominan-
 tur longius abesse videtur. Forsan
Huector est, ad ripam fluvii hodie
 dicti *Genil*. Ed.

63. *Escua*, quam Ptolemæus

Succubo⁶⁴, Nuditatum⁶⁵, Tuati⁶⁶ vetus; omnia⁶⁷ Bastitanæ⁶⁸ vergentis ad mare, conventus vero Cordubensis. Circa⁶⁹ flumen ipsum, Ossigi⁶⁹, quod cognominatur Laconi-

lib. II, pag. 4. Ἐσκούζαν vocat, hodie *Truelo* sive *Eruelo* Pinetus et Girolamo Ruscelli esse contendunt: mihi hoc nomen frustra in mappis requirenti occurrit *Escuzar*, quinque a *Granada* leucis, occidentem inter et meridiem, quam urbem mira nominis similitudine abreptus Plinii *Escuam* esse libenter credam, etsi affirmare non audeo. Ed.

64. *Succubo*, quæ Hirtio, lib. de bello Hisp. pag. 254, *Ucubis* vocatur prope Atteguam. Capitolinus in M. Antonino pag. 22, Succubitani municipii meminit, quod imperatoris M. Antonini proavus patriam habuit. Hoc Ambr. Morales nunc esse *Sierra la Ronda*, Pinetus vero *Stoponda* esse volunt. Hæc nomina in mappis non reperi, nisi *Sierra la Ronda* sit *La Roda*, octo leucis, aut *Ronda*, una et viginti leucis ab *Ecija*, meridiem versus. Hæc autem urbes mihi Astigitani conventus fuisse videntur; Succubo autem, ut mox dicet Noster, Cordubensis fuit. Ego vero hoc oppidum et sequentia *Nuditatum* scilicet et *Tuati vetus*, quæ pariter ignorantur, inter *Escuzar* et internum mare sita fuisse puto. Ed.

65. *Nuditatum*. MSS. *Unditanum*. Utrumque ignoratur, ut modo diximus. Ed.

66. *Tuati*. Ita MSS. omnes, librique editi ante Frobenium, qui *Tucci vetus* reposuit, in hanc conjecturam inductus nomine coloniarum *Tucci*, Augustæ Gemellæ cognominatæ, de qua paulo inferius Noster

pag. 27. Utriusque situs ignoratur. Ed.

67. *Omnia Bastitanæ vergentis ad mare, conventus vero Cordubensis, circa, etc.* Dalec. et Elz. *Vergentis ad mare. Conventus vero Cordubensis, circa, etc.* Nos vero Harduinum sequi maluimus; nam si recensita hactenus oppida conventus Cordubensis non fuerunt, Carthaginensi adscribenda erunt; Carthaginem enim, ut modo dicet Noster, conveniebant Bastitani, sic ex urbe Basti, hodie *Baza*, dicti. Hic autem indicat Plinius omnia hæc oppida, quamvis Bastitanæ adscripta, Cordubensis tamen conventus fuisse, sive Cordubam convenisse. Ed.

68. *Circa flumen ipsum. Circa Bætium*. Ed.

69. *Ossigi, quod cognominatur Laconicum*. In Hispania Laconicos mores et instituta floruisse auctor est Strabo, lib. III, pag. 154, inde illa fortasse cognomina *Laconicum* et *Laconimurgi*, quæ nunc occurrunt. In MSS. tamen hoc loco *Latonium* scribitur; Chiff. *Laconium*. Castulonem inter et Illiturgi sita fuisse Mannerto videtur, haud longe ab *Ubeda*; sed quum Castulo non sit *Cazorla*, ut Mannertus putat, sed *Cazlona*, ut ait d'ANVILLE, ad Bætium, quo loco amnem *Guadalimar* recipit, hunc locum inter et Illiturgi, quod xx m. pass. a Castulone Cordubam versus dissitum novimus ex Antonini Itinerario, requirendum est *Ossigi*, haud longe ab oppido hodie *Espelui* dicto. Ed.

cum : Illiturgi⁷⁰, quod Forum Julium : Ipasturgi⁷¹, quod Triumphale : Sitia : et XIV M. passuum remotum in mediterraneo Obulco⁷², quod Pontificense appellatur. Mox Ripepora⁷³ foederatorum, Sacili⁷⁴, Martialium⁷⁵ Onoba.

70. *Illiturgi*. Appiano in Ibericis, pag. 272, Ἰλιουργία πολις dicitur, sicuti Ptolemæo lib. II, cap. 4, Ἰλιουργίς. Livius, lib. XXVIII, cap. 20, narrat a Scipione æquatum solo fuisse id oppidum, cujus incolæ tanto ardore se defendunt, ut domitor ille totius Hispaniæ exercitus, inquit, ab unius oppidi juventute sæpe repulsus a muris, haud satis decoro prælio trepidaret. . . . Capta autem urbe, victores et ignem tectis injiciunt, ac diruunt, quæ incendio absumi nequeunt : adeo vestigia quoque urbis exstinguere, ac delere memoriam hostium sedis, cordi est. — Hanc autem urbem XX M. pass. ab Castulone dissitam fuisse nos docet Itiner. Anton., IV, ut puto, M. pass. ab urbe *Baeza*, meridiem versus, ad *Bætium*; non autem, ut vult Mannertus, in ipso *Baezæ* loco, quæ urbs ad dextrum fluvii latus sita est; dum ad lævum fuisse Illiturgi ex Plinii verbis patet. ED.

71. *Ipasturgi*, quod *Triumphale*; *Sitia*. De priore nemo, præter Plinium, meminit : *Sitia* Ptolemæo, loc. cit. Σίτια est. Utrumque ignoratur. ED.

72. *Obulco*. Ὀβουλκων Stephano : Ὀβουλκων Ptolem. lib. II, cap. 4. Hanc urbem hodie *Porcuña* esse, oppidum haud ignobile, quatuor fere leucis ab *Andujar*, meridiem inter et occidentem, plurimi volunt, a quibus non multum dissentio, Obulconem tamen a fluvio paulo

remotiorem putans. Non certe fuit *Ubeda* sive *Ubedos*, quam urbem duobus M. pass. a fluvio dextro latere distantem dant nonnulli, bis in ea errantes, quum ex insequentibus Plinii verbis pateat Obulconem et omnia hic memorata oppida lævo latere sita fuisse. ED.

73. *Ripepora*. Rezzonicus et Brot. *Ripa*, *Epora* legunt ex MS. Reg. I; prioremque urbem nunc *Castro al Rio* vocari subjungit Brot. *Eporam* autem, quæ haud dubio Ἐπόρα Ptolemæi fuit, lib. II, cap. 4, in oppidis Turdulorum mediterraneis, prope Onobam, apud omnes constat hodie esse *Montoro*, ad ripam fluminis, M. passuum XXVIII, leucis circiter novem, supra *Cordubam*, ut Antoninus prodidit et confirmat Roder. Carus lib. III, cap. 22. Adde quod in oppido *Montoro* repertum lapidem vetustum Hier. Surita ait in Anton. Itiner. pag. 553, cum inscript. RESPUB. EPORENSIS. Apud Gruterum inscriptio est : ORDO MUX. EPOR. HARD. et ED.

74. *Sacili*. Σακίλις Ptolem. lib. II, cap. 4, in oppidis Turdulorum mediterraneis. Nunc *Alcorruen* juxta *Perabad*. In Thesouro Goltzii, pag. 244, legitur inscript. MUX. SACILIS. HARD. et ED.

75. *Martialium Onoba*. Vet. ap. Dalec. *Maritalium*. Incertum videtur Harduino utrum scribendum sit *Sacili Martialium*, *Onoba*; an *Sacili, Martialium Onoba*. Nobis autem

Et dextra⁷⁶, Corduba⁷⁷, colonia Patriciæ cognomine : inde primum navigabili Bæti. Oppida : Carbula⁷⁸, Decuma⁷⁹ : fluvius⁸⁰ Singulis, eodem Bætis latere incedens.

7 Oppida Hispalensis conventus : Celti⁸¹, Arua, Canama,

Onoba cognomen Martialium, quo ab Onoba Æstuarium, de qua superius diximus, discerneretur, haud aliter accepisse videtur ac Narbo Martius, in Gallia Narbonensi, a Martia, ut Harduinus ait, legione, quæ eo deducta colonia est. Ignoratur autem hujus oppidi locus, qui ad flumen Guadalquivir, lævo latere, certe requirendus est. Ed.

76. *Et dextra.* In ripa fluvii, quæ septentrionem spectat. Ed.

77. *Corduba, colonia Patriciæ cognomine.* Dalec. et Elz. *colonia Patricia cognominata.* In nummo Augusti COLONIA PATRICIA. Corduba autem ab Hispanis etiam nunc *Cordoba*, regni cognominis caput, a Gallis *Cordoue* vocatur. Ed.

78. *Carbula.* Ita MSS. Reg. 1, 2, etc. et in nummo antiquo ex ære, apud P. Ludovicum LOBERT e Societate nostra, CARBULA, non *Carbulo*. Carulam in Bætica habet Antoninus, sed Ilipam inter et Hispalim : quare non est hujus loci, quanquam aliter Suritæ visum, in Anton. Itiner. pag. 562, et Roder. Caro, lib. III, Ant. Hispal. c. 49. H.

79. *Decuma.* In MSS. R. 1, 2, etc. *Detuma.* Forte *Detunda*, vel *Detunna*. Nam, ut Barbarus adnotavit, in hoc ipso Bæticiæ tractu, inter mediterranea Turdulorum oppida Δηρούδα a Ptolem. nominatur, haud procul Sacili. HARD. — Urbes Carbula et Decuma, quas eodem Bætis latere quo fluvius Singulis ponit No-

ster, inter flumina certe positæ fuerunt ; situs vero ignoratur. Ed.

80. *Fluvius Singulis, eodem Bætis latere incedens.* Dalec. et Elz. *incidens.* Hic autem fluvius, qui lævo seu meridionali Bætis latere, ut ait Noster, incedit, hodie *Genil*, seu *Xenil* vocatur. Ed.

81. *Celti, Arua, Canama, Evia.* Vix ullus est in hoc opere Geographico locus in quo atrocior grassata sit interpolatorum libido, et emendandi prurigo, quæ eruditam viros interdum tenet. In MSS. Reg. 1, 2, Colb. et Paris. *Celtiarava, Camana, Æva.* In edit. Romana, Parm. Froben. Gelen. aliisque ante Dalecampium *Celtiaca, Vacamana, Aeria.* Numerum oppidorum auxil, immutavitque deinde Dalecampius : *Celtica, Axatiara, Arruci, Menoba.* Ecquod in his verbis veteris scripturæ vestigium ? Roder. Carus, lib. III. Antiq. Hispal. cap. 3, 8, et 9 legit, *Celsita, Axati, Arua, Arucci, Menoba, Canama, Aria.* Nostram emendationem potiore[m] his omnibus esse non modo priscorum codicum vestigia ipsa confirmant, vix ullo fere apice immutato, sed et inscriptiones veteres, quas modo allaturi sumus. *Axati*, certe et *Arucci* expunximus, quod de iis libri omnes conditivi silent : etsi non me præterit Municipii Flavii Axatitani, et Civitatis Aruccitanæ, apud Gruterum in Inscript. fieri mentionem, pag. 432, et pag. 238.

Evia, Ilipa⁸² cognomine Ilia : Italica⁸³. Et a læva, Hispalis colonia, cognomine Romulensis⁸⁴. Ex adverso⁸⁵ oppidum

Quin et ipsam Celtim ex hoc albo sustulissem : nisi meminisset Antoninus in itinere ab Hispali Emeritam : ratus Plinium in his oppidis appellandis, non tam situs cujusque loci, quam seriei elementorum habuisse rationem : quamobrem *Alica* priore loco statuissem, quum *Alicensis* oppidi in Provincia Bætica memoria exstet apud Gruterum, pag. 542. Quod vero ad Arvam attinet, apud eundem pag. 476, inscriptio legitur : ORDO MUNICIPII. ARVENSIS, reperta Alcolæ, medio itinere inter Hispalim, et Cordubam. De Canama, p. 345 : CANAMENSIS. LINTHARI. Denique EVIA apud eundem legitur, p. 550, in inscriptione, procul ab hoc situ, sed in Bætica tamen, reperta. H.— Inutile fere videtur oppidorum, quorum vetera adeo corrupta sunt, recentia requirere nomina. Arua tamen videtur esse *Alcolea*, ubi supradicta reperta inscriptio est; Canama, non, ut ait Hard. *Villanova del Rio*, quod nomen in mappis non reperitur, sed forsitan *Cantillana*, dextro, ut *Alcolea*, Bætis latere imposita. ED.

82. *Ilipa cognomine Ilia*. In MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. *Ilipa cognomine Ilia Italica*. Parm. edit. *Ilipa cognomine Ilia Italica*. Voculam *Ilia*, veluti nihili ea foret, Frobenius prior expunxit, legitque, *Ilipa cognomine Italica*, atque ita scribendi cæteris deinde auctor fuit. Atqui Straboni lib. III, pag. 141. Ἰτάλικα καὶ Ἰλιπα, et quod idem est, Ptolemæo Λαίπα μεγάλη et

Ἰτάλικα, civitates sunt duæ disparēs. Et fuit *Ila* sive *Ilia* Ilipæ cognomen genuinum. Apud Gruterum, 351: IMMVNES. ILIENSIS. ILIPONENSIS : unde nosse Reinesius potuit qui Ilienses Iliponenses forent, quod scire se negat, epist. 23. Alias sine cognomine, apud eundem Gruter. pag. 246, legitur ΜΥΝΙCΙPΙΥΜ. ΙΝΙLΙPΕΝSΕ. HΑRΔ. — Addit Hard. hanc urbem hodie *Peñafór* vocari, quo loco Singulis in Bætım influit adverso tamen latere; ab eoque dissentire non videtur d'ANVILLE, qui eam juxta urbem *Lora* ponit, quæ vix leucis duobus inferior est. ED.

83. *Italica*. Omnium consensu hodie est *Sevilla la Vieja* et vulgo *Santi-ponce*, dextro Bætis latere imposita, unaque circiter leuca Hispali superior. Sillii vatis, ut quidem vulgo creditur, necnon imperatorum Trajani, Hadriani et Theodosii natalibus clara. Gruteri inscription. pag. 385 : COLONIA. ITALICENSIS. IN. PROV. BÆT. In nummis Augusti, ITALICA : Tiberii, MUN. ITAL. et MUN. ITALIC. *Municipium Italicense*. Melioris, ut videtur, notæ. ED.

84. *Romulensis*. Huc pertinet vetus inscriptio, apud Gruter. pag. 257 : QUI ILIÆ ROMULÆ. NEGOTIANTES. Hodie *Sevilla*. Juliam Romulam a Julio Cæsare nuncupatam ait Isidor. lib. XV, Orig. cap. 1. H.

85. *Ex adverso*. Dextro igitur Bætis latere, seu septemtrionali, nam lævo sita olim Hispalis fuit. Hodie, ut plurimi volunt, oppidum *Alcala del Rio* dictum. ED.

Osset, quod cognominatur Julia Constantia: Vergentum⁸⁶, quod Julii⁸⁷ Genius: Oripo, Caura, Siarum. Fluvius Menoba⁸⁸, et ipse a dextro latere infusus. At inter æstuaria Bætis, oppidum Nebrissa⁸⁹, cognomine Veneria, et Colo-

86. *Vergentum*. MSS. *Jurgentium*. LÆTIUS.

87. *Julii Genius: Oripo, Caura, Siarum*. Sic locum istum, haud scio an recte, restituit Hard. quum antea in libris omnibus legeretur *Julii Genitor, Hippo Caurasiarum*. Ut Athenienses, inquit, ædem Augusti Genio, Suetonio teste, dedicarunt, sic cæteri omnes libri cum Vergentensés sub Genii Cæsaris tutela ac præsidio collocarunt. — Oripo, ab Antonino memoratur, in itinere a Gadibus Cordubam, ab Hispali ix. m. pass. De illa etiam, nec non de Caura mentio fit apud poetam antiquum, A. Holum nomine, ortu Burdegalensem, quem Tama-yus in Martyr. Hispan. « Hic Caura, Sauros ostentat Oripo colonos. » Præterea in nummo vetere ex ære, apud D. FOUCAULT legitur LRIFFO. — In alio apud P. JOBERT, legitur CAURA. — De Siara denique meminit Gruterus pag. 803, inscriptiones referens in pago, quem *Sarracatim* vocat, erutas, in agro Utre-rensium: ORDO SIARENSIUM. Apud Roder. Carum, lib. III, Antiq. Hispal. cap. 20: SIARENSIUM. MUNICIPIUM. legitur. — Harum autem urbium situs ignoratur; neque enim Harduino assentiri possum qui illas sinistro Bætis latere imponit, quum ex ipsis Plinii verbis *ex adverso etc.* . . . *et ipse a dextro latere* . . . eas dextro sitas fuisse pateat. Dextrum autem latum non meridionale, ut non semel in notis ait

Hard. ob id in pluribus errans, sed septentrionale est. Caura etiam suum nomen servare videtur in *Coria*, ad dextrum Bætis latus, tribus a *Sevilla* leucis. Ed.

88. *Fluvius Menoba et ipse a dextro latere infusus*. Sic locum istum ex editione Romana anni 1470 et Parmensi emendavit Harduinus, quum cæteri omnes libri cum Dalecampio exhiberent: *Fluvius Menoba, Bæti et ipse a dextro latere infusus*, quod ego mallet, quamvis idem Harduinus demonstrare nitatur Plinium hic significare voluisse fluvium hunc Menobam, quem hodie *Rio Guadelete* esse dicit, non Bæti, sed oppido Siaro vel Siariis agris infundi, ut superius dixit de Bæti: *Bæticeæ primum ab Ossigitania infusus*. Sed perpetuo errore laborare Harduinum nemo videre non potest, qui hic etiam, ut jam modo diximus, dextrum Bætis latus pro sinistro sumit incautus, quum fluvium Menobam *Rio Guadelete* hodie esse affirmat. Nobis autem fluvius iste videtur eum esse qui dextro latere in Bætim incidit, quo loco Bætis ipse in duo brachia dividitur, insulam quam hodie *Isla Major* Hispani vocant, amplexurus. Ed.

89. *Nebrissa* hodie *Lebrija*, si Marianam lib. I, Hist. Hisp. cap. 3, et Anton. Nebrissensem audimus; quanquam urbs illa nunc a Bæti m. pass. v et ab ejus ostio xx et amplius distet. Quod vero addit

bona⁹⁰. Coloniam : Asta⁹¹, quæ Regia dicitur : et in mediterraneo Asido⁹², quæ Cæsariana.

Singulis fluvius in Bætin, quo dictum est ordine, irrum-
pens, Astigitanam¹ coloniam alluit, cognomine Augustam
Firmam, ab ea navigabilis. Hujus conventus sunt reliquæ²

Hard. *Altero Bætis ostio nunc obli-
mato*, minime probabile videtur,
quum *Lebrija* montibus a fluvio
dividatur. Hæc verba *inter æstuaria
Bætis* indicare mihi videntur mi-
nori ab ostio Bætis intervallo re-
quirendum esse Nebrissæ locum,
forsan haud longe ab urbe *S. Lucar*.
In nummo Claudii Imp. teste Li-
gorio, sed falso plerumque, apud
Holstenium, pag. 128, legere est :
COLONIA. VENEREA. NABRISSA. AU-
GUSTA. HARD. et ED.

90. *Et Colobona. Colonia. MSS.
Colobana. Dalec. et Elz. et Colo-
bona, colonia. Asta, etc.* Quidam
etiam *Col. Onoba* hic legi jubent,
sed a librorum omnium fide desciscunt
et plures colonias invehunt,
ut Hard. ait, quam quot Plinius
promiserat. Colobonam autem hodie
non, ut Rod. Carus lib. III,
Antiq. Lusit. cap. 22, ait, *Trebu-
jena*, quæ XII m. pass. a Bætis ostio
distat, sed *Bonania*, quæ ad hujus
fluminis ripam sita est, et quam
nomen ipsum indicare videtur, li-
benter esse credam. ED.

91. *Asta. Meminit Mela, lib. III,
cap. 1, Ptolemæus, lib. II, cap. 4,
et Strabo, lib. III, pag. 141, qui
eam centum circiter stadiis a littore
ponit. Urbis hujus rudera inter
Trebujena et Xerez monstrari ait
Rodericus Carus, illam autem Mar-
tini de Roa ipsam urbem Xerez
esse nec sine ratione contendit. ED.*

92. *Asido, quæ Cæsariana. Chiff.
Cæsarina. Postea Asidonia, inquit
Hard. demum Medina Sidonia ap-
pellata, novem circiter leucis a
supra dictis oppidis, meridiem ver-
sus. Addit Hard. illam Ptolemæi
Ἀσιδὼν, lib. II, cap. 4, non esse,
quæ inter Bætim Anamque sita est,
juxta Nertobrigam. ED.*

1. *Astigitanam. Hodie Ecija, in-
ter Hispalim, et Cordubam. Apud
Gruter. pag. 101. COL. AUG. FIR.
Astigi reperta inscriptio. Et apud
Mart. de Roa, in hist. Astig. COL.
JUL. AUG. FIR. In nummo vetere,
COL. AST. AVGUSTA. — Cave autem
coloniam hanc confundas cum op-
pido libero Astigi veteri, de quo
mox Noster. ED.*

2. *Reliquæ coloniam. E coloniis
novem, quas promiserat, jam qua-
tuor appellavit: Cordubam, Hispa-
lim, Astam, Asidonem, nunc Asti-
gitanam coloniam nominat, Tucci;
Itucci, Attubi et Urso, quæ nume-
rum novem conficiunt. Errat autem
Hard. qui in nota 6 pag. 139,
coloniarum numerum incautus au-
get, quum inter illas urbem Gades
nominet quam nusquam Noster
coloniam appellat, sed lib. IV, cap.
36, *Oppidum civium Romanorum*; in
quæ ipse Hard. « Gaditanum oppi-
dum civitatis jure donatum a Julio
Cæsare, quum Hispaniam subegit,
auctor est Dio, etc. » Gades ergo
municipium non colonia fuit. ED.*

Osset, quod cognominatur Julia Constantia: Vergentum⁸⁶, quod Julii⁸⁷ Genius : Oripo, Caura, Siarum. Fluvius Menoba⁸⁸, et ipse a dextro latere infusus. At inter æstuaria Bætis, oppidum Nebrissa⁸⁹, cognomine Veneria, et Colo-

86. *Vergentum*. MSS. *Jurgentium*. LÆTIUS.

87. *Julii Genius : Oripo, Caura, Siarum*. Sic locum istum, haud scio an recte, restituit Hard. quum antea in libris omnibus legeretur *Julii Genitor, Hippo Caurasiarum*. Ut Athenienses, inquit, ædem Augusti Genio, Suetonio teste, dedicarunt, sic cæteri omnes libri cum Vergentensēs sub Genii Cæsaris tutela ac præsidio collocarunt. — Oripo, ab Antonino memoratur, in itinere a Gadibus Cordubam, ab Hispali IX. M. pass. De illa etiam, nec non de Caura mentio fit apud poetam antiquum, A. Holum nomine, ortu Burdegalensem, quem Tamaus in Martyr. Hispan. « Hic Caura, Sauros ostentat Oripo colonos. » Præterea in nummo vetere ex ære, apud D. FOUCAULT legitur IRIPPO. — In alio apud P. JOBERT, legitur CAURA. — De Siara denique meminit Gruterus pag. 803, in inscriptione referens in pago, quem *Sarracatim* vocat, erutas, in agro Utrenci : ORDO. SIARENSIUM. Apud Roder. Carum, lib. III, Antiq. Hispal. cap. 20 : SIARENSIUM. MUNICIPIUM. legitur. — Harum autem urbium situs ignoratur; neque enim Harduino assentiri possum qui illas sinistro Bætis latere imponit, quum ex ipsis Plinii verbis *ex adverso* etc. . . *et ipse a dextro latere* . . . eas dextro sitas fuisse pateat. Dextrum autem latum non meridionale, ut non semel in notis ait

Hard. ob id in pluribus errans, sed septentrionale est. Caura etiam suum nomen servare videtur in *Coria*, ad dextrum Bætis latus, tribus a *Sevilla* leucis. Ed.

88. *Fluvius Menoba et ipse a dextro latere infusus*. Sic locum istum ex editione Romana anni 1470 et Parmensi emendavit Harduinus, quum cæteri omnes libri cum Dalecampio exhiberent : *Fluvius Menoba, Bæti et ipse a dextro latere infusus*, quod ego mallem, quam vis idem Harduinus demonstrare nitatur Plinium hic significare voluisse fluvium hunc Menobam, quem hodie *Rio Guadelete* esse dicit, non Bæti, sed oppido Siaro vel Siariis agris infundi, ut superius dixit de Bæti : *Bætica primum ab Ossigitania infusus*. Sed perpetuo errore laborare Harduinum nemo videre non potest, qui hic etiam, ut jam modo diximus, dextrum Bætis latus pro sinistro sumit incautus, quum fluvium Menobam *Rio Guadelete* hodie esse affirmat. Nobis autem fluvius iste videtur eum esse qui dextro latere in Bætim incidit, quo loco Bæti ipse in duo brachia dividitur, insulam quam hodie *Isla Major* Hispani vocant, amplexurus. Ed.

89. *Nebrissa hodie Lebrija*, si Marianam lib. I, Hist. Hisp. cap. 3, et Anton. Nebrissensem audimus; quanquam urbs illa nunc a Bæti M. pass. v et ab ejus ostio xx et amplius distet. Quod vero addit

bona⁹⁰. Coloniae : Asta⁹¹, quae Regia dicitur : et in mediterraneo Asido⁹², quae Caesariana.

Singulis fluvius in Bætin, quo dictum est ordine, irrum- 8
pens, Astigitanam¹ coloniam alluit, cognomine Augustam Firmam, ab ea navigabilis. Hujus conventus sunt reliquæ²

Hard. *Altero Bætis ostio nunc obli-
mato*, minime probabile videtur,
quum *Lebrija* montibus a fluvio
dividatur. Hæc verba *inter æstuaria
Bætis* indicare mihi videntur mi-
nori ab ostio Bætis intervallo re-
quirendum esse Nebrissæ locum,
forsan haud longe ab urbe *S. Lucar*.
In nummo Claudii Imp. teste Li-
gorio, sed falso plerumque, apud
Holstenium, pag. 128, legere est :
COLONIA. VENEREA. NABRISSA. AU-
GUSTA. HARD. et ED.

90. *Et Colobona. Coloniae. MSS.
Colobana. Dalec. et Elz. et Colo-
bona, coloniae. Asta*, etc. Quidam
etiam *Col. Onoba* hic legi jubent,
sed a librorum omnium fide desciscunt
et plures colonias invehunt,
ut Hard. ait, quam quot Plinius
promiserat. Colobonam autem ho-
die non, ut Rod. Carus lib. III,
Antiq. Lusit. cap. 22, ait, *Trebu-
jena*, quæ XII M. pass. a Bætis ostio
distat, sed *Bonania*, quæ ad hujus
fluminis ripam sita est, et quam
nomen ipsum indicare videtur, li-
benter esse credam. ED.

91. *Asta*. Meminit Mela, lib. III,
cap. 1, Ptolemæus, lib. II, cap. 4,
et Strabo, lib. III, pag. 141, qui
eam centum circiter stadiis a littore
ponit. Urbis hujus rudera inter
Trebutjena et *Xerez* monstrari ait
Rodericus Carus, illam autem Mar-
tini de Roa ipsam urbem *Xerez*
esse nec sine ratione contendit. ED.

92. *Asido, quæ Caesariana*. Chiff.
Cæsarina. Postea Asidonia, inquit
Hard. demum *Medina Sidonia* ap-
pellata, novem circiter leucis a
supra dictis oppidis, meridiem ver-
sus. Addit Hard. illam Ptolemæi
Ἀσιδων, lib. II, cap. 4, non esse,
quæ inter Bætım Anamque sita est,
juxta Nertobrigam. ED.

1. *Astigitanam*. Hodie *Ecija*, in-
ter Hispalim, et Cordubam. Apud
Gruter. pag. 101. COL. AUG. FIR.
Astigi reperta inscriptio. Et apud
Mart. de Roa, in hist. Astig. COL.
JUL. AUG. FIR. In nummo vetere,
COL. AST. AUGUSTA. — Cave autem
coloniam hanc confundas cum op-
pido libero *Astigi vetere*, de quo
mox Noster. ED.

2. *Reliquæ coloniae*. E coloniis
novem, quas promiserat, jam qua-
tuor appellavit : Cordubam, Hispa-
lim, Astam, Asidonem, nunc Asti-
gitanam coloniam nominat, Tucci;
Itucci, Attubi et Urso, quæ nume-
rum novem conficiunt. Errat autem
Hard. qui in nota 6 pag. 139,
coloniarum numerum incautus au-
get, quum inter illas urbem Gades
nominet quam nusquam Noster co-
loniam appellat, sed lib. IV, cap.
36, *Oppidum civium Romanorum*; in
quæ ipse Hard. « Gaditanum oppi-
dum civitatis jure donatum a Julio
Cæsare, quum Hispaniam subegit,
auctor est Dio, etc. » Gades ergo
municipium non colonia fuit. ED.

coloniæ immunes: Tucci³, quæ cognominatur Augusta Gemella: Itucci⁴, quæ Virtus Julia: Attubi⁵, quæ Claritas Julia: Urso⁶, quæ Genua Urbanorum: inter quæ fuit⁷ Munda cum Pompeii filio capta. Oppida libera: Astigi⁸ vetus,

3. *Tucci, quæ cognominatur Augusta Gemella.* Strabo. Lib. III, p. 141, Τοῦκτις. Ptolem. Lib. II, cap. 4, Τοῦκτι. Γέμελλον vocat Appianus, in Iber. pag. 293. Gruteri inscriptio, pag. 323: COLONIÆ. GEMELLÆ. ΤΥΚΚΙΤΑΝΕ. Hujus urbis ignoratur locus, neque enim illis assentiri possum, qui eam *Martos* esse putant; quæ urbs juxta oppidum *Jaën* sita, Cordubensis certe conventus fuisset, non autem, ut Noster ait, Astigitani. Illam ad Bætiam, lævo Singulis latere in mappa sua posuit SANSON. Unde autem illi fuerit Gemellæ nomen dicemus in nota 6. Ed.

4. *Itucci.* Eadem forsitan quam Ptolemæus, loco cit. Πτοῦκτι vocat; Ἰτούκη Appiano in Iber. pag. 292. Eam ad Singulim, hodie *Genil*, supra Astigi, haud longe a *Miragenil* ponit SANSON. Ed.

5. *Attubi, quæ Claritas Julia.* MSS. *Ucubi.* Hirtius, *Ucubis.* In thesauro Goltzii, pag. 238. Neronis nummus COL. CLARITAS. JULIA. Non fuit certe, quamvis id Mariana velit, Hist. lib. III, cap. 21, *Espeja*, quæ Cordubensis conventus fuisset; fortasse, ut vult Hard. *Olivera*, haud longe ab *Estepa*; forsitan etiam *Teba*, sex leucis, meridiem versus. Ed.

6. *Urso, quæ Genua Urbanorum.* Ita libri omnes; tamen erudite suspicatur Anton. Augustinus legi oportere *Gemina Urbanorum*: deductis eo colonis militibus ex aliqua

earum legionum quibus Gemina aut Gemellæ, cognomen fuit, quales erant VII, X, XIII et XIV, quod ex duabus factæ singulæ erant, quæ justum legionum numerum non explerent. Auctor ipse Cæsar, Bell. Civil. lib. III, cap. 4, et Dio, lib. LV. Urbanorum autem cognominatur, quod militum forte ex sola urbe Roma conscriptorum esset. H. — Urso, quam Ὀρσῶνα vocat Appianus in Iber. pag. 291, Hirtius autem in bello Hisp. pag. 264, *Ursaonem*, hodie annuentibus omnibus, *Ossuna* est, quæ latine etiam nunc Urso vocatur, cujusque nomen mendose *Offuna* scribit Harduinus. In Conc. Arelat. I suscribit *Natalis Presbyter de civitate Ursolensium.* Ed.

7. *Fuit Munda.* Hac familiari forma loquendi fuit, excisum deletumque ævo suo oppidum, cui hanc præfigit voculam, innuit. De Cn. Pompeio Magni F. ad Mundam interfecto, vide Livii Epitomen, Hirtium, de Bello Civ. lib. CXV, pag. 264. Velleium, lib. II, n. 56. Florum, lib. IV, cap. 2. Dionem, lib. XLIII, pag. 233. HARD. — Etiam nunc *Monda* vocatur, tribus circiter leucis a mare. Eam tamen *Carter.* III m. pass. occidentem versus sitam fuisse vult. Ed.

8. *Astigi vetus.* Nunc, ut Mart. de Roa in Histor. Astig. nonnullique alii volunt, *Alameda*, leucis octo ab *Ecija*, inter hanc urbem et *Antequera.* Ed.

Ostippo⁹. Stipendiaria : Callet¹⁰, Calucula, Castra gemina, Ilipula minor, Merucra, Sucrana, Obulcula, Oningis. Ab¹¹

9. *Ostippo*. Meminit Anton. XIV M. P. ab Ilipa, in itinere a Gadibus Cordubam. Astapa Livio est, lib. XXVIII, cap. 22. Ἀσταπα, Appiano, in Iber. pag. 273, nunc *Estepa*, sex circiter leucis ab *Ecija*. H. et Ed.

10. *Callet*, etc. In nummo Hispanico, apud Roder. Carum lib. III, cap. 70, pag. 197: CALLET-*Calucula*, Ptolemæo lib. II, cap. 4, Καλίκουλα. — Pro *Merucra*, *Sucrana* MSS. *Macra Sacrana* dant: at vetustæ editiones Romana et Parmensis, ut edidimus. — *Obulcula*, Ὀβούκουλα Appiano est in Iber. pag. 293. Ὀβούκουλα Ptolemæo. — *Oningis* Livio est *Oringis*. Quum sint hæc oppida extra Bæturiam posita, et conventus Astigitani, in eorumdem assignando situ assentiri viris eruditis non possum. Nam quod *Callet* nunc Cala esse censet Jo. Fr. Andrez, lib. de Patria S. Laur. pag. 212, et Rod. Cærus, lib. III, cap. 70, et post illum Holstenius, oppidum scilicet in media Bæturia positum, supra Hispalim inter Bætim et Anam; quam oram Plinius nunc describat, quemve conventum, æstimasse satis non videntur. Ilipula vero minor, si *Niebla* est, ad omnem *Tinto*, fere inter ostia Bætis et Anæ, ut visum est Roder. Caro, lib. III, cap. 81, sane non Astigitani conventus ea esse potuit, sed Hispalensis, Celticis Bæturie populis, in quibus est *Niebla*, ei conventui, ut Plinius mox subjungit, attributis. Denique si Oningis ibi fuit, ubi nunc est *Jaën*, ut

censuit Mariana, lib. II, Hist. Hispan. cap. 21, pag. 78, ad Cordubensem conventum pertinuit, non ad Astigitanum. Et Livius sane, lib. XXVIII, cap. 31, haud procul Gadibus et oceano statuere Oringin videtur, quam solo æquatam a Scipione prodit. H. — Horum igitur oppidorum omnium situm nobis ignotum esse confitendum est. Obulculam tamen Roder. Carus lib. III, cap. 41, hodie *Mancloua* esse dicit, inter *Ecija* et *Carmona*, quod quidem nomen in mappis non reperi. Ed.

11. *Ab ora venienti*, prope *Mænobam*. Ab ora scilicet interni maris: Oceani enim ora Astigitani conventus, de quo hic Noster, certe non fuit. Fluvium quoque huic *Mænobam*, non eum de quo mox Noster *Fluvius Menoba et ipse a dextro latere infusus*, sed illum de quo superius *Mænoba cum fluvio*, libenter esse credam. Priorem enim, qui dextro Bætis latere infunditur, in Bæturia conventuque Hispalensi fuisse superioribus Harduini argumentis demonstrari potest; posterior autem Astigitano conventui, de quo nunc Noster, certe assignandus est. Hanc autem opinionem sequi videtur *SANSON*, qui Alontigicelos et Alostigos, haud longe a *Mænoba* fluvio ponit. Hic igitur, ut supra, *Mænobam*, non autem, ut dat Harduinus, *Menobam* scribendum putavimus, ut alter ab altero distingueretur; illud autem de quo hic agitur haud ut superius diximus, p. 12, *Rio verde* vocari vult n' *Azvu*

ora venienti prope Mænobam amnem et ipsum navigabilem, haud procul accolunt Alontigiceli¹², Alostigi.

10 Quæ autem regio a Bæti ad fluvium Anam tendit extra prædicta, Bæturia¹³ appellatur, in duas divisa partes, totidemque gentes : Celticos¹⁴ qui Lusitaniam attingunt, Hispaniensis conventus : Turdulos¹⁵, qui Lusitaniam et Tarraconensem accolunt, jura¹⁶ Cordubam petunt. Celticos a Celtiberis¹⁷ ex Lusitania advenisse manifestum est, sacris, lingua, oppidorum vocabulis, quæ cognominibus in Bætica distinguuntur : Seria¹⁸ adjicitur Fama Julia : Nerto-

12. *Alontigiceli, Alostigi.* MSS. Reg. et Colb. *Alontigi, Cætilostigi.* Chiffi. *Alastigi.* Alontigicelos juxta urbem *Frigiliana* ponit SANSON, Alostigos autem juxta *Almagia*, inter *Malaga* et *Antequera*. ED.

13. *Bæturia.* Βαυρούρια Straboni, lib. III, pag. 142. Nunc magna ex parte *Petrocha* dicitur, ob petrarum frequentiam, teste Jo. Sepulveda Cordubense, de patria sua sic scribente ad Pintianum, lib. III, Epist. 45. HARD.

14. *Celticos, qui Lusitaniam attingunt.* Eas regiones incoluisse videntur Celtici, quæ inter amnes *Guadalquivir* et *Guadiana* jacent, circiter usque *Badajoz* civitatem; scilicet orientalem partem provinciæ quam *Alentejo* vocant, *Estramaduræ* australem partem, usque urbem *Badajoz*, septemtrionalemque partem regni Hispaniensis, *Reyno de Sevilla*. ED.

15. *Turdulos, qui Lusitaniam et Tarraconensem accolunt.* Scilicet hæc Lusitanicæ et Tarraconensis partem, quæ hodie *Estramaduræ* pars est juxta oppidum quod nunc *Badajoz* vocant, ortum solis ver-

sus, septemtrionalisque pars Hispaniensis regni, *Reyno de Sevilla*. ED.

16. *Jura Cordubam.* Sunt fori conventusque Cordubensis. H. — Scribi malim *Corduba*; perinde namque est atque si Turdulos hosce fori Cordubensis esse dixisset aut conventus. DALEC.

17. *A Celtiberis.* A Celtiberis quidem, quoniam oppidorum vocabula in Celtiberia quoque sunt paria, in Bætica cognominibus distinguuntur : in Lusitania vero Celtiberos consedissee prius, quam in Bæturiam commigrarent, suadet linguæ, sacrorumque similitudo : et nomina etiam nonnulla oppidorum gemina. Hunc locum frustra sollicitant Pintianus, et Salmas. in Solin. pag. 279, contra librorum omnium consensum. HARD.

18. *Seria adjicitur.* Subintellige, cognomen. Prius legebatur, *Seria quæ dicitur Fama Julia : Vertebrige, Concordia. . . . Callensibus Emanici.* Quam lectionem vitiosam ostendit dissona a priore parte posterioris structura sermonis. Nos codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. fidem secuti sumus, ut fere sole-

brigæ¹⁹, Concordia Julia : Segidæ²⁰, Restituta Julia : Contributæ²¹ Julia : Ucultuniacum²², quæ et Turiga nunc est : Laconimurgi²³, Constantia Julia : Teresibus Fortunales, et Callensibus²⁴ Emanici. Præter hæc²⁵ in Celtica, Acinippo, 1

mus. — Seria Ptolemæo Σερία est, lib. II, cap. 4, quanquam illam in Turdetanis locat, juxta Lusitaniam. HARD.

19. *Nertobrigæ*. Νερτόβριγα Ptolemæo, loc. cit. prope Contributam, Κεντριβούταν. Est et alia Nertobriga Celtiberorum, apud Florum, lib. II, cap. 17, pag. 91. Nertobriga hæc Bæticiæ, nunc *Vallera la veja*, prope *Frejenal*, est Rod. Caro, lib. III, cap. 66. HARD.

20. *Segidæ*. Dalec. et Elz. *Segede*. ED. — Huic cognominis alia in Celtiberis agnoscitur a Stephano, Σεγίδη, πόλις Κελτιβήρων. Appiano in Iber. pag. 279. Σεγίδη, πόλις Κελτιβήρων τῶν Βελλῶν λεγομένων, hoc est, Bellitanorum, de quibus cap. seq. HARD.

21. *Contributæ*. Dalec. et Elz. *Contributa*. ED. — Hanc ab Emerita distare XLIV M. pass. auctor est Antoninus. In Celtiberis quoque Contrebia seu Contributa fuit, de qua Florus, et Livius. Tamayus in Martyrol. Hispan. die 10 Decem. erutas ait ad oppidum *Medina de las Torres*, inscriptiones multas, JULIÆ CONTRIB. HARD.

22. *Ucultuniacum*. In MSS. *Mucultumacum*. Libentius agnoverim, *Mucultuni*, item : ut sit sententia, adjici ei oppido cognomen idem, nempe *Julia*. Curicam a Contributa dissitam ait Antoninus, XLIV M. pass. Non est *Carruca* Hirtii, lib. de Bello Hisp. pag. 260, quippe quæ juxta Mundam posita, ultra Bætım. Sed

videtur esse Κούργια Ptolemæi, lib. II, cap. 4, in Celticis Bæticiis, haud dubie pro Κούριγα, vel Τούριγα. Nam Romana editio anni 1470, et Parmensis anni 1476, habent *Turiga*. H.

23. *Laconimurgi*, etc. In MSS. Reg. et Colb. *Lacimurgæ*. Et in Vettonibus Lusitanix populis, unde Celtici profecti sunt, Δακωνίμουργον habet Ptolemæus, lib. II, cap. 5. Nunc esse *Constantina* videtur, in Andalusia, supra *Peñastor* : nec procul inde Tereses tenuere oppidum, ubi *S. Nicolo del Puerto*. — Tereses a Fortunilibus perperam secernit Pseudo-Maximus in Chronico. Colonix Constantix mentio apud Hygen. lib. de limitib. constit. pag. 195, sed ab ista, ut puto, diversæ. H.

24. *Callensibus*. Quorum oppidum *Cazalla*, juxta *Alanis*, et *S. Nicolo del Puerto*. Rod. Carus, lib. III, cap. 70. Olim Calentum dictum, ex Plinio ipso, lib. XXXV, cap. 49. HARD.

25. *Præter hæc*. Δυνίππω Ptolemæo, lib. II, cap. 4, in Bæticiis Celticis, et Ἀρούνηδα, et Ἀρούκι. In nummo vetere, apud Rod. Carum, lib. III, cap. 57. ACINIPPO. Sed idem Carus et Acinipponem, et Arundam, et Arucci, et cætera quæ sequuntur oppida, magno errore extra Bæturiæ Celticam, quæ tota Ana et Bæti amnis clauditur, fere ad Gaditanum fretum ablegat, prope Mundam, vocum affinitate inductus in fraudem. H. — Arunda nunc *Ronda*. BROX. — Hanc autem

Arunda; Arunci²⁶, Turobrica, Lastigi²⁷, Alpessa, Sæpone²⁸, Serippo. Altera²⁹ Bæturia, quam diximus Turdulorum, et conventus Cordubensis, habet oppida non ignobilia: Arsam³⁰, Mellariam³¹, Mirobricam: regionis³² Osintiadis, Sisaponem.

12 Gaditani³³ conventus: civium Romanorum Regina³⁴:

urbem *Ronda*, quæ ab illa, quæ haud longe ab interno mari sita est, diversa esse debet, in mappis non reperio. ED.

26. *Arunci*, quidam cum Ptolemæo, loc. cit. *Aruci* legunt. Nunc *Aroche*, in septemtrionali Hispaniensis regni parte, ad ripam fluvii *Chanza*, qui in Anam, sinistro latere, leucis circiter XIV ab ostiis ejus, influit. Inscriptio Gruteri pag. 238: CIVITAS ARUCITANA. ED.

27. *Lastigi*. In nummo vetere, quem exhibet Roder. Carus, lib. III, cap. 61, p. 186: LASTIGI. et cap. 62: ORDO MUNICIPII FLAVI. SALPENSANI, in inscriptione, quam Utrere ultra Hispalim, versus fretum, repertam ait: sed non continuo ejus loci nomen Salpesam fuisse recte colligit, quam in Celtica Bæturia fuisse, hoc est, inter Bætium et Anam Plinius asseverat. Harum urbium sequentiumque situs ignoratur. H. et ED.

28. *Sæpone*. Dalec. et Elz. *Sæpona*. ED.

29. *Altera Bæturia*. Dalec. et Elz. *altera Bæturia*. Proponebat Dalec. *altera Bætulia*, ab ea quam, etc. ED.

30. *Arsam*. Ἄρσα Stephano, et Ptolemæo, lib. II, cap. 4. et Appiano in Iber. pag. 294. Tamayus in Martyr. Hisp. 8 Julii, eam nunc *Argallen* dici ait; leucis duabus a

Zalamea della Serena, ad montes quos *Sierra Morena* vocant. HARD. et ED.

31. *Mellariam*. Hodie *Fuente de la Ovejuna*, a Corduba leucis XIV, versus Emeritam. Repertæ ibi inscriptiones, apud Gruter. pag. 391: ORDO MELLARIENSIS. Nec procul inde pagus est *Villa de Capilla*, veteribus Mirobrica, ut docet eruta ibi inscriptio vetus, apud eundem Gruter. pag. 357 ex Ant. Augustini schedis: MIROBRICENSIVM. MUNIC. HARD.

32. *Regionis Osintiadis, Sisaponem*. Hactenus in libris editis post Frobenium, *Regiones Osintigi, Sisaponem*. In MSS. Reg. et Colb. ac Parm. edit. *Regionis Osintiadis, Sisaponem*. Quam lectionem cæteris anteposimus, ut Sisaponi oppido circumjectus ager suo nomine censeatur: siquidem Osintiadem contineri Bæturia, sicut minores regiones majoribus solent, simile veri est. — Σισάπων Straboni dicitur, lib. III, p. 142; hodieque, ut Hard. ait, *Almaden de la Plata* vocatur, quæ urbs ad ripam fluvii *Cala*, qui in Bætium supra *Sevilla* influit, sita est. HARD. et ED.

33. *Gaditani*. Codex Chiffletii *Tuditani*. ED.

34. *Regina*. Πάρινα Ptolemæo, lib. II, cap. 4. Apud Ambr. Moral. lib. VII, fol. 101, inscriptionem reperimus: RESP. REGINENSIVM. H.

Latinorum³⁵, Regia Carissa, cognomine Aurelia : Urgia, cognominata³⁶ Castrum Julium : item Cæsaris Salutariensis. Stipendiaria : Besaro³⁷, Belippo, Barbesula, Lacippo, Bæssippo, Callet, Cappagum, Oleastro, Itucci, Brana³⁸, Lacibi, Saguntia, Andorisæ.

Porro longitudinem universam ejus prodidit M. Agrippa 13 CCCCLXV M. passuum, latitudinem CCLVII M. sed quum termini³⁹ Carthaginem usque procederent: quæ causa magnos errores computatione⁴⁰ mensuræ sæpius parit, alibi mutato provinciarum modo, alibi iterum auctis aut dimi-

35. *Latinorum, Regia Carissa.* Sic MSS. Reg. et Colb. vestustique libri omnes ante Dalecampium. Nec *Læpian* habent, nec *Uliam*, quas ille hoc loco nobis obtrusit. Scio apud Gruterum, pag. 271, legi, ORDO. REIP. ULIENSIVM. Sed repta ea inscriptio est apud *Montemayor*, prope Cordubam, longe a Gaditano conventu, in quo nunc sumus. Hodie *Montis - Majoris* nomen habere *Uliam* inquit Mariana, Hist. Hisp. lib. III, cap. 20, pag. 122, xx ab urbe Corduba lapide. Haud procul Corduba fuisse etiam *Dio* significat, lib. XL, pag. 229. — *Carissa* autem *Ptolemæo* lib. II, cap. 4, *Κάρισσα* est, quæ vetus nomen retinere, prope *Bornos* ad ripam annis *Guadalete*, ait *Rod. Carus* lib. III, cap. 29. HARD.

36. *Urgia, cognominata Castrum Julium : item Cæsaris Salutariensis.* Hoc oppidum *Urgia*, inquit, quod Latii quoque jure gaudet, duobus cognominibus dignoscitur, *Castrum Julii* scilicet, et *Cæsaris Salutariensis*. *Ptolemæo*, loc. cit. *Ὀβρία* est: hodieque, ut vult *Hard.* *Las Cabezas*, haud procul a *Lebrija*. ED.

37. *Besaro, etc. Besaro, et Belippo,* ignota cæteris oppida. De *Barbesula*, et *Bæssipone*, initio capitis hujus diximus. — *Λακίππωνος*, meminit *Ptolemæus*, lib. II, cap. 4, et *Mela*, lib. II, cap. 6. — Est et *Ὀλέαστρον*, et *Λακίτις*, apud *Ptolem.* et *Σαγουντία* : cujus rudera monstrari aiunt inter *Arcos* et *Xerez della Frontera*, ad amnem *Guadalete*, cum vetusto nomine *Cigonza*. *Oleastrum* *Mela*, lib. III, cap. 1, lucum ait fuisse prope *Gaditanum* sinum. H.

38. *Brana.* Forte *Urbona*, *Ὀβρόβων*, de qua *Ptolem.* lib. II, cap. 4, inter *Oleastrum* et *Bæssipponem*. — Mox ubi *Andorisæ* scripsimus, et statim subsequente periodo, *Porro longitudinem* : id MSS. codicum fidem secuti fecimus : quum prius legeretur, *Andorisippo. Longitudinem*, etc. Sic ipse *Plinius*, lib. IV, cap. 16, descriptis quibusdam Græciæ regionibus, *Porro Epiri*, inquit, *Achaïæ . . . longitudo*, etc. H.

39. *Sed quum termini.* Sed eam longitudinem *Agrippa* tum prodidit, quum *Bætica* *Carthaginem* usque pertineret. HARD.

40. *Computatione mensuræ.* Ve-

nutis passibus⁴¹. Incubuerunt maria tam⁴² longo ævo, alibi processerunt littora, torsere se fluminum aut correxerunt flexus. Præterea⁴³ aliunde alijs exordium⁴⁴ mensuræ est, et alia meatus: ita fit, ut nulli duo concinant.

¹⁴ (II.) Bæticæ longitudo nunc a Castulonibus⁴⁵ oppidi fine Gades, ccl. m. et a Murgi maritima ora xxv. m.⁴⁶ pass. amplior⁴⁷. Latitudo a Carteiana ora ccxxvi. m.⁴⁸ passuum Agrippam quidem in tanta viri⁴⁹ diligentia, præterque in hoc opere cura, quum orbem terrarum orbi⁵⁰ spectandum

tus apud Dalecamp. *comparatione mensuræ*. Ed.

41. *Passibus. Incubuerunt, etc.* Proponebat Dalec. *passibus. Et dum incubuerunt, etc.* Ed.

42. *Tam longo ævo, alibi, etc.* Dalec. et Elz. *tam longo ævo alibi, etc.* Ed.

43. *Præterea.* Non ab eodem termino, inquit, initium mensuræ est omnibus, neque eadem via iter, ad eosdem etiam fines illam mensuram ducentibus. HARD.

44. *Exordium mensuræ est, et alia meatus.* Legebat Dalec. *exordium est, mensura et alia meatus.* Ed.

45. *A Castulonibus.* A Castulone oppido, inquit, qui Bæticæ finis ac limes nunc statuitur, usque Gades, ccl. m. quod paulum a vero aberat. Castulonem Bæticæ finem statutum fuisse, auctor est etiam Strabo, lib. III, pag. 166. Nunc, ut diximus, *Castlona*, in confinio Castellæ Novæ, et regni Granatensis. — Ita MSS. omnes R. 1, 2, Colb. 1, 2, Chiff. Parm. quoque editio, et Martianus ipse lib. VI, cap. de Hispania, pag. 203, a quo Hermolaus incaute ceterioris Hispaniæ mensuram mutuatus transtulit in ulteriorem, atque hoc loco Plinii

textum inde corruptit, scribens cccclxx. m. H. — Legebat Dalec. *a Castulonibus oppidi finibus ad Gades.* Ed.

46. *XXV M.* Hæc lectio e Chiff. desumpta non cum Dalec. et Elz. consonat, in quibus xxii, quod ego mallet; nam vix cclxx. m. pass. est Gades inter et fluvium *Almanzora*, quem Bæticæ litem fuisse arbitramur, juxta *Mujacar*, intervallum. Ed.

47. *Amplior.* Vet. apud Dalec. *amplius.* Ed.

48. *CCXXXVI M. pass.* Dalec. et Elz. ccxxiv. Chiff. ccxxvii. Martianus lib. VI, cap. de Hispan. pag. 203, ccxxiv. Hæc omnia vero proxima sunt; ccxxiv enim m. pass. a promontorio *Punta de Europa* dicto ad maxime septemtrionalem Anæ fluminis flexum, ubi rivum *Estena* recipit, numerantur in quibusdam mappis, ccxxxvi in aliis. Ed.

49. *Viri.* Maluisset Dalec. *virium.* Ed.

50. *Orbi spectandum.* Orbi reposuimus, admonitu codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. quum prius *urbi* legeretur in libris impressis: orbi, inquam, hoc est universis terrarum gentibus Ro-

propositurus⁵¹ esset, errasse quis credat, et cum eo Divum Augustum? Is namque complexam eum porticum ex destinatione⁵² et commentariis M. Agrippæ a sorore⁵³ ejus inchoatam peregit.

IV. (III.) Citerioris Hispaniæ, sicut complurium provinciarum, aliquantum vetus forma mutata est: utpote quum Pompeius Magnus trophæis suis, quæ statuebat in Pyrenæo, DCCCLXXVI¹ oppida ab Alpibus ad fines Hispaniæ ulterioris in ditionem a se² redacta testatus sit. Nunc universa³ provincia dividitur in conventus septem: Carthaginiensem, Tarraconensem, Cæsaraugustanum, Cluniensem, Asturum, Lucensem⁴, Bracarum. Accedunt insulæ, quarum mentione seposita⁵, præter civitates contributas aliis CCXCIV, provincia ipsa continet oppida⁶ CLXXIX. In

mam confluentibus. Periret enim alioqui, cum insigni illo Romanæ urbis præconio loci, ipsius etiam ex ejusdem verbi repetitione venustas. Sic paulo post, *Porticum eum complexam* scripsimus, ubi *eam* habent libri editi perperam, quum ad *orbem* id referatur quem porticus ea complectebatur. HARD.

51. *Propositurus esset, errasse, etc.* Legebat Dalec. *proponeret, cæce errasse, etc.* ED.

52. *Destinatione.* Proponerat Dalec. *designatione.* ED.

53. *A sorore ejus inchoatam.* Bene MS. Reg. I, et editio princeps a sorore sua inchoatam. Octavia, soror Augusti. BROU.

IV. 1. *DCCCLXXVI.* Sic MSS. omnes, Reg. Colb. Paris. Chiffi. De Pompeii trophæis in Pyrenæo positus, Strabo, lib. III, pag. 156. Tamen vetustæ editiones tantum habent DCCCLVI. HARD.

2. *A se.* Vet. ap. Dal. *abs se.* ED.

3. *Nunc universa.* Hæc Martianus iisdem verbis, lib. VI, cap. de Hispania, pag. 203. Horum conventuum mentio fere omnium in Inscript. Gruteri. Lucensis, apud Ambr. Morales, lib. VI, fol. 69. H. — Conventus illi sunt Carthaginiensis, Carthagène; Tarraconensis, Tarragone; Cæsaraugustanus, Saragose; Cluniensis, Coruñã; Asturum, Astorga; Lucensis, Lugo, Bracarum, Braga. BROU.

4. *Lucensem.* Cod. Chiffi. *Lucrentem.* ED.

5. *Seposita, oppida CLXXIX.* Chiffi. *seposita civitatis provincia ipsa, præter contributas aliis CCXCIII, continet oppida CLXXIX.* ED.

6. *Oppida CLXXIX.* Ita Reg. 2, Tolet. Chiffi. etc. Exactissime certe huic summæ respondet, qui subjicitur numerus oppidorum citerioris Hispaniæ, seu Tarraconensis. Contributæ civitates eæ sunt, quæ majorum jurisdictioni ac foro parent. H.

iis colonias⁷ XII, oppida civium Romanorum XIII, Latīnorum veterum XVIII⁸, fœderatorum unum, stipendiaria CXXXV⁹.

2 Primi in ora Bastuli¹⁰: post eos, quo dicitur ordine, intus recedentes Mentēsani, Oretani, et ad Tagum Carpetani: juxta eos Vaccæi, Vectones, et Celtiberi Arevaci¹¹. Oppida oræ proxima: Urci¹², adscriptumque Bæticiæ Barea¹³: regio Mavitania¹⁴, mox Deitania, dein Contestania = Carthago¹⁵ nova, colonia: cujus a promontorio quod Saturni¹⁶ vocatur, Cæsaream, Mauritaniam urbem, CLXXXVI M. pass. trajectus. Reliqua in ora: flumen Tader¹⁷: colonia immunis Illici¹⁸, unde Illicitanus sinus. In eam contribuunt

7. *Colonias*. Vet. ap. Dalec. *coloniam*. ED.

8. *XVIII*. Ita ex Chiffli.; ap. Dalec. et Elz. legitur XVII. ED.

9. *CXXXV*. Ita ex Chiffli.; ap. Dal. et Elz. legitur CXXXVI. In quibusdam CXXXVII. ED.

10. *Bastuli*. Qui et Bastitani Plinio, ut diximus sup. cap. HARD.

11. *Arevaci*. Dalec. et Elz. *Arrebaci*. ED.

12. *Urci*. Οὐρκη Ptolemæo, lib. II, cap. 6, in Bastitanorum ora. De ea jam diximus sup. cap. ad ea verba, *Mox a fine Urgitano*. HARD.

13. *Barea*. Barea etiam oppidum, inquit, Tarraconensis provinciæ, adscribitur a nonnullis Bæticiæ. Nunc *Vera*, prope *Muzacra*, quæ Veterum Murgis, ut diximus. Βάρητα in Bastulis ad Ibericum pelagus, Ptolemæo, lib. II, cap. 6. ED.

14. *Mavitania*. Ita libri omnes: non *Mauritania*, ut editi, aut *Batetania*, ut nonnulli volunt. Minor ea regio, ut et Deitania, quæ sequitur, Bastitaniæ finibus, quæ major fuit multis partibus, continebatur. H.

15. *Carthago*. *Cartagena* incolis: quam dux Pœnorum Asdrubal contulit, inquit Mela, lib. II, c. 6. H.

16. *Saturni*, etc. Ptolemæo, Συρο-
εραρία ἄκρα. Nunc *Cabo de Palos*. Non autem, CLXXXVII, ut Noster ait, sed CLXX M. pass. tantum distat ab hoc promontorio Cæsarea, quam portum *Vacur* esse hodie putat D'ANVILLE. ED.

17. *Tader*. *Segura*, ut sup. cap. diximus. Τέρηψ Ptolemæo dici videtur, lib. II, cap. 6. HARD.

18. *Illici*. Mela, loc. cit. « Illicitanus sinus, inquit, habet Alonem, et Lucentiam: et unde ei nomen est, Illicen. » Nunc, ut recte Escolanus, Hist. Valent. lib. IV, cap. 19. aliique *Elche*: aut id certe oppidum ex Illicis ruinis, quod propius a mari fuisse videtur, est excitatum. Sinui Illicitano tamen hodie nomen est *Goifo de Alicante*, a vicino, de quo mox dicemus, oppido. Colonia porro immunis quam dicitur, Italico jure donata significatur, et immunitate ab omni censu, non modo capitibus, sed et soli. De eo jure mul-

tur Icositani¹⁹. Mox Latinorum²⁰ Lucentum, Dianium²¹ 3
 stipendiarium : Sucro²² fluvius, et quondam oppidum,
 Contestaniæ finis. Regio Edetania²³ amœno prætendente
 se stagno, ad Celtiberos recedens. Valentia²⁴ colonia, III
 M. pass. a mari remota : flumen Turium, et tantumdem
 a mari Saguntum, civium Romanorum oppidum, fide²⁵

ta pererudite Gothofredus, in Cod. Theod. lib. IV, tit. 13, de jure Italico, etc. pag. 221. HARD.

19. *Icositani*. Ita libri omnes. Hi, inquit, Illicitanæ coloniæ foro ac jurisdictioni subduntur.—Ignoratur eorum situs. H. et ED.

20. *Latinorum*. Hoc est, Latii jure donatum. Lucentum Arabes præfixo articulo *Alicante* dixere, celeberrimum hodie emporium in *Reyno de Valencia*. HARD.

21. *Dianium*. Straboni, lib. III, pag. 159. Διάνιον. Nunc *Denia*. Isidoro, *Zanium*, ut pro *Diæta*, *Zæta* dixere antiquitus. HARD.

22. *Sucro*. Σούκρωνος, hodie *Xucar*, meminit Strabo, loc. cit. Oppidi, Antoninus. Hic Sucronensis pugna, inter Pompeium et Sertorium : de qua Plutarch. in Sertorio, pag. 578. Amnem hunc Contestaniæ finem facit etiam Ptolemæus, lib. II, cap. 6, cujus a Carthagine nova, quod et Plinius fecit, ducit initium. Oppidum hodie *Alcira*. HARD.

23. *Edetania*. Ἐδητανῶν regio Ptolemæo, loc. cit. Ad Iberum usque et Cæsar Augustum ea pertinuit. Apud Gruterum, pag. 481 : EDITANI. — Stagnum hodie *Albufera* vocatur. ED.

24. *Valentia*. Hodie *Valencia* caput regni de *Valencia* dicti. Hanc Turium flumen præterfluit, quod et *Mela* Turium appellat, Sallustius au-

tem *Turiam*, quem sequitur vetus apud Dalecamp. hic *Turia* legens : apud quosdam etiam *Durias* reperitur. Vocatur autem hodie *Guadalaviar*. ED.

25. *Fide nobile*. Florus, lib. II, cap. 6 : « In causam belli Saguntus delecta est ab Hannibale, vetus Hispaniæ civitas, et opulenta : fideique erga Romanos magnum quidem, sed triste monumentum. . . Jam novem mensibus fessi fame, machinis, ferro, versa denique in rabiem fide, immanem in foro excitant rogum : tum desuper se suosque, cum omnibus opibus suis, ferro et igni corrumpunt. » Vide August. de Civit. Dei, lib. III, cap. 20, Appian. in Iber. pag. 261, et Livium, lib. XXI, cap. 7, seqq. et lib. XXVIII, cap. 39, ubi hoc oppidum jussu senatus restitutum fuisse narrat « fidei socialis utrinque servatæ documentum omnibus gentibus. » Indigenæ locum esse putant, ubi nunc est *Murviedro*, quarto vel quinto lapide a Valentia ad Boream, ubi veteris Sagunti rudera fuisse ostensa Regi Catholico Philippo V, octava die Maii, anni 1719, nuncii publici typis impressi prodiderunt. *Murviedro* dicunt patria lingua esse murum veterem. H. — Maluisset Dalec. civium Romanorum oppidum *fide nobile*, deleta post oppidum virgula. ED.

iis colonias⁷ XII, oppida civium Romanorum XIII, Latinarum veterum XVIII⁸, fœderatorum unum, stipendiaria CXXXV⁹.

2 Primi in ora Bastuli¹⁰: post eos, quo dicitur ordine, intus recedentes Mentesiani, Oretani, et ad Tagum Carpetani: juxta eos Vaccæi, Vectones, et Celtiberi Arevaci¹¹. Oppida oræ proxima: Urçi¹², adscriptumque Bæticæ Barea¹³: regio Mavitania¹⁴, mox Deitania, dein Contestania: Carthago¹⁵ nova, colonia: cujus a promontorio quod Saturni¹⁶ vocatur, Cæsaream, Mauritaniam urbem, CLXXXVII M. pass. trajectus. Reliqua in ora: flumen Tader¹⁷: colonia immunis Illici¹⁸, unde Illicitanus sinus. In eam contribuun-

7. *Colonias*. Vet. ap. Dalec. *coloniae*. ED.

8. *XVIII*. Ita ex Chiffli.; ap. Dalec. et Elz. legitur XVII. ED.

9. *CXXXV*. Ita ex Chiffli.; ap. Dal. et Elz. legitur CXXXVI. In quibusdam CXXXVII. ED.

10. *Bastuli*. Qui et Bastitani Plinio, ut diximus sup. cap. HARD.

11. *Arevaci*. Dalec. et Elz. *Arrebaci*. ED.

12. *Urçi*. Οὐρχη Ptolemæo, lib. II, cap. 6, in Bastitanorum ora. De ea jam diximus sup. cap. ad ea verba, *Mox a fine Urgitano*. HARD.

13. *Barea*. Barea etiam oppidum, inquit, Tarraconensis provinciæ, adscribitur a nonnullis Bæticæ. Nunc *Vera*, prope *Muzacra*, quæ Veterum Murgis, ut diximus. Βάρητα in Bastulis ad Ibericum pelagus, Ptolemæo, lib. II, cap. 6. ED.

14. *Mavitania*. Ita libri omnes: non *Mauritania*, ut editi, aut *Batetania*, ut nonnulli volunt. Minor ea regio, ut et Deitania, quæ sequitur, Bastitaniam finibus, quæ major fuit multis partibus, continebatur. H.

15. *Carthago*. *Cartagena* incolis: quam dux Pœnorum Asdrubal condidit, inquit Mela, lib. II, c. 6. H.

16. *Saturni*, etc. Ptolemæo, Σαυραρία ἄκρα. Nunc *Cabo de Palos*. Non autem, CLXXXVII, ut Noster ait, sed CLXX M. pass. tantum distat ab hoc promontorio Cæsarea, quam portum *Vacur* esse hodie putat D'ANVILLE. ED.

17. *Tader*. *Segura*, ut sup. cap. diximus. Τέρηψ Ptolemæo dici videtur, lib. II, cap. 6. HARD.

18. *Illici*. Mela, loc. cit. « Illicitanus sinus, inquit, habet Alonem, et Lucentiam: et unde ei nomen est, Illicen. » Nunc, ut recte Escolanus, Hist. Valent. lib. IV, cap. 19. aliique *Elche*: aut id certe oppidum ex Illicis ruinis, quod propius a mari fuisse videtur, est excitatum. Sinui Illicitano tamen hodie nomen est *Goifo de Alicante*, a vicino, de quo mox dicemus, oppido. Colonia porro immunis quum dicitur, Italico jure donata significatur, et immunitate ab omni censu, non modo capitibus, sed et soli. De eo jure mul-

tur Icositani¹⁹. Mox Latinorum²⁰ Lucentum, Dianium²¹ 3
stipendiarium : Sucro²² fluvius, et quondam oppidum,
Contestaniæ finis. Regio Edetania²³ amœno prætendente
se stagno, ad Celtiberos recedens. Valentia²⁴ colonia, III
M. pass. a mari remota : flumen Turium, et tantumdem
a mari Saguntum, civium Romanorum oppidum, fide²⁵

ta pererudite Gothofredus, in Cod. Theod. lib. IV, tit. 13, de jure Italico, etc. pag. 221. HARD.

19. *Icositani*. Ita libri omnes. Hi, inquit, Illicitanæ coloniæ foro ac jurisdictioni subduntur.—Ignoratur eorum situs. H. et ED.

20. *Latinorum*. Hoc est, Latii jure donatum. Lucentum Arabes præfixo articulo *Alicante* dixere, celeberrimum hodie emporium in *Reyno de Valencia*. HARD.

21. *Dianium*. Straboni, lib. III, pag. 159. Διάνιον. Nunc *Denia*. Isidoro, Zanium, ut pro Diæta, Zæta dixere antiquitus. HARD.

22. *Sucro*. Σούκρωνος, hodie *Xucar*, meminit Strabo, loc. cit. Oppidi, Antoninus. Hic Sucronensis pugna, inter Pompeium et Sertorium : de qua Plutarch. in Sertorio, pag. 578. Amnem hunc Contestaniæ finem facit etiam Ptolemæus, lib. II, cap. 6, cujus a Carthagine nova, quod et Plinius fecit, ducit initium. Oppidum hodie *Alcira*. HARD.

23. *Edetania*. Ἐδητανῶν regio Ptolemæo, loc. cit. Ad Iberum usque et Cæsaraugustum ea pertinuit. Apud Gruterum, pag. 481 : EDITANI. — Stagnum hodie *Albufera* vocatur. ED.

24. *Valentia*. Hodie *Valencia* caput regni de *Valencia* dicti. Hanc Turium flumen præterfluit, quod et *Mela* Turium appellat, Sallustius au-

tem *Turiam*, quem sequitur vetus apud Dalecamp. hic *Turia* legens : apud quosdam etiam *Durias* reperitur. Vocatur autem hodie *Gualaviar*. ED.

25. *Fide nobile*. Florus, lib. II, cap. 6 : « In causam belli Saguntum delecta est ab Hannibale, vetus Hispaniæ civitas, et opulenta : fideique erga Romanos magnum quidem, sed triste monumentum. . . Jam novem mensibus fessi fame, machinis, ferro, versa denique in rabiem fide, immanem in foro excitant rogum : tum desuper se suosque, cum omnibus opibus suis, ferro et igni corrumpunt. » Vide August. de Civit. Dei, lib. III, cap. 20, Appian. in Iber. pag. 261, et Livium, lib. XXI, cap. 7, seqq. et lib. XXVIII, cap. 39, ubi hoc oppidum jussu senatus restitutum fuisse narrat « fidei socialis utrinque servatæ documentum omnibus gentibus. » Indigenæ locum esse putant, ubi nunc est *Murviedro*, quarto vel quinto lapide a Valentia ad Boream, ubi veteris Sagunti rudera fuisse ostensa Regi Catholico Philippo V, octava die Maii, anni 1719, nuncii publici typis impressi proderunt. *Murviedro* dicunt patria lingua esse *murum veterem*. H. — *Mallisset Dalec. civium Romanorum oppidum fide nobile*, deleta post *oppidum virgula*. ED.

4 nobile : flumen Uduba²⁶ : regio Ilergaonum²⁷. Iberus²⁸ annis navigabili commercio dives, ortus in Cantabris, haud procul oppido Juliobrica²⁹, per³⁰ CCCCL M. pass.³¹ fluens : navium per CCLX M. a Varia oppido capax : quem propter universam Hispaniam Græci appellavere Iberiam. Regio Cossetania³², flumen Subi³³ : colonia Tarraco³⁴, Scipionum

26. *Flumen Uduba*. Sic Reg. et Colb. non *Idubeda*, quod montis est nomen Ptolemæo ac Straboni. HARD.—Nunc *Murviadro*, quo alluntur urbs cognominis et Segobriga hodie *Segorbe*, vel *Segorve*, in *Reyno de Valencia*. ED.

27. *Ilergaonum*. Ab Uduba ad Iberum Ἰεργάωνας Ptolemæus, lib. VI, cap. 6, et Livius, lib. XXII, cap. 21. *Illurgavonenses*, qui flumen Iberum attingunt, Cæsar appellat, de Bell. Civ. lib. I, cap. 60. Tamen ultra Iberum Ilergaonas promovet Ptolemæus : et in nummis Dertosa hodie *Tortosa*, in sinistra fluvii ripa, Ilergaonum genti adscribitur. HARD. Vid. Ind. geogr. nost. edit. tom. IV, pag. 283. ED.

28. *Iberus*. Accolis *Ebro* : nobis *l'Ebre*. HARD.

29. *Juliobrica*. Ἰουλιόβριγα Ptolemæo, loc. cit. quam sub eadem cæli parte locat, ac Iberi fontes, qui hodie in valle reperiuntur cui nomen est *Val de Vieso* : nomen autem oppidi, quod *Fuente de Ivero* esse dicit Hard. in mappis non reperi. Inscriptio apud Ambr. Morales, fol. 67 : JULIOBRIGENSIS. EX GENTE. CANTABROBORUM. ED.

30. *Per*. Hæc vox ap. Dalec. et Elz. deest. ED.

31. CCCCL M. pass. fluens, navium per CCLX M. a *Varia* oppido capax. Non per CCCCL M. pass.

sed vix per cccc fluit Iberus : navium nunc per CCXVI M. pass. tantum, ab urbe *Tudela* capax est ; non immerito autem Noster ætate sua per CCLX M. pass. istud flumen navium capax fuisse contendit, si *Varia* oppidum, quæ Ὀδάρια Ptolemæo est in *Beronibus*, lib. II, cap. 6, et Straboni, lib. III, p. 162, hodie *Logrono* est, ut D'ANVILLE, nonnullique alii volunt. Qui autem Iberum non superius, Qui autem ætate quam nostra, navigabilem fuisse putant, libentius ut opinor, *Variam* in *Valtierra*, juxta *Tudela*, CCXVII M. pass. ab Iberi ostiis, agnoscent. ED.

32. *Cossetania*. Sic libri omnes. Ptolemæo, lib. II, cap. 6, Κοσσηται, in quibus *Tarraconem* locat. Apud Gruter. pag. 499 : TARRAC. VRBS. COSITANOR. Ab Ibero ea regio incipit, *Tarracone* clauditur. HARD.

33. *Subi*. Hodie *Francoli*, qui in *Tarraconis* portum influit. ED.

34. *Colonia*, etc. Hæc Solinus, cap. 23, pag. 44. et Martianus, lib. VI, pag. 202. Hodie *Tarragona* dicitur, in ora regionis, hodie *Principado de Cataluña* dictæ. Hanc a Phænicibus, ut aiunt, *Tarcónis* nomine conditam, in sequentibusque temporibus bello vastatam, Scipiones reædificaverunt, eamque tandem Romana colonia auxit, ut putant, Julius Cæsar. Gruteri Inscriptio pag. 362 : COL. TARRAC. ED.

opus, sicut³⁵ Carthago Pœnorum. Regio Ilergetum³⁶, oppidum Subur³⁷: flumen Rubricatum³⁸, a quo Laletani³⁹ et Indigetes⁴⁰. Post⁴¹ eos, quo dicitur ordine, intus rece-

5

35. *Sicut Carthago Pœnorum.* Interpretes omnes hic de veteri Carthagine meminisse Nostrum volunt, quam d'ANVILLE hodie *Cantavieja*, in *Reyno de Aragon* leucis circiter xv a mari, esse dicit, Harduinus autem *Villa franca de Panades*, in *principado de Cataluña*, leucis duobus a mari esse contendit: Mannertus tandem haud longe a *Lerida* sitam fuisse ait; unde hujus urbis ignorari locum confitendum est. Hanc Carthaginem veterem a Pœnis, duce Hamilcare, conditam fuisse addit Harduinus, nescio qua fretus auctoritate. Obscurior autem videtur mihi fuisse hæc Carthago, quam ut hic a Nostro Tarraconi opponatur, uni inter clarissimas Hispaniæ veteris urbes, atque quodam modo totius regionis capiti sub Romanis. Non aliam igitur Carthaginem hic Nostrum designasse puto quam Carthaginem novam ab Asdrubale, Amilcaris cognomine Barcæ filio, conditam, et totius Hispaniæ, quandiu sub Pœnorum ditione fuit, præcipuam urbem: quem quidem dignitatis gradum Tarraconi cessit, Romanis imperantibus. Quid autem de ista Carthagine dixerimus vide superius pag. 34, not. 15. ED.

36. *Ilergetum.* Regionem omnem tenuisse videntur quæ a Subi amne, quem, superiore nota 33, hodie *Francoli* vocari diximus, ad *Rubricatum*, quod flumen hodie *Llobregat* dici nos modo, insequenti nota 39, docebit Harduinus. De Ilerge-

tibus pluribus locis meminit Livius, nempe lib. XXI, cap. 23, ubi de Hannibale: « Ilergetes inde, Bargasiosque, et Ausetanos, et Lacedætaniam, quæ subjecta Pyrenæis montibus est, subegit; » et lib. XXI, cap. 61, ubi hujus Ilergetum gentis caput fuisse nos docet Athanasiam urbem, quæ in Indibilis defectione a Scipione obsessa est. Gruteri Inscript. pag. 519: CONTRA. ILERGETAS. ED.

37. *Subur.* Σούβουρ Ptolemæo, lib. II, cap. 6. Nunc *Villa nova*, ad mare. Gruteri Inscriptio, juxta Tarraconem eruta, pag. 414: SVBRITANI. HARD.

38. *Rubricatum.* Ρουβρίκατος Ptolemæo, loc. cit. hodie *Llobregat*. Ab hoc amne ait jam Laletanos appellari incolas: et proximos iis deinde, ubi nunc Emporiæ sunt, Indigetes, quorum regio Pyrenææ Veneris promontorio clauderetur. Sic etiam Ptolemæus loc. cit. HARD.

39. *Laletani.* Sic libri omnes. Hinc Laletana vina magis copia quam bonitate laudata Plinio, lib. XIV, cap. 8. Laletana sapa, Martiali lib. VII, epigr. 52. Gruteri Inscript. pag. 490: PRÆFECTO. ORÆ. MARITIMÆ. LALETANÆ. Ptolemæo, lib. II, cap. 6. Λαλητανοί, Straboni, lib. III, pag. 159, Αλητανοί. HARD.

40. *Indigetes.* Ἰνδιγίται Ptolemæo, loc. cit. Ἰνδιγίται Straboni, lib. III, pag. 160. HARD.

41. *Post eos.* Retro versus occisum Solis æstivum, in mediterraneo. HARD.

dentes radice Pyrenæi, Ausetani⁴², Lacetani⁴³ : perque Pyrenæum Cerretani⁴⁴, dein Vascones. In ora autem colonia Barcino⁴⁵, cognomine Faventia. Oppida civium Romano-

42. *Ausetani*. Hactenus, *Ausitani*, *Itani*, *Lacetani*. F. Ursinus, *Jaccetani* legit ex Strabone et Ptolemæo. Nos *Itani* expunximus, de quibus in hoc tractu nihil usquam comperit, ex quo mutila quædam præcedentis vocis repetitio possit haberi. Nam quum hos, quos recenset Plinius, redditurum se promittat inferius, Ausetani quidem, alique, suis locis apparent, Itani nusquam. At ne Lacetas cum Ursino, Pelicerioque in notis MSS. mutem, vetat Livius, qui Lacetanos sæpe laudat; lib. XXVIII, cap. 24, lib. XXXIV, cap. 20, multoque expressius situm eorum indicat, lib. XXI, cap. 60: « Cn. Scipio, inquit, in Hispaniam cum classe et exercitu missus, quum ab ostio Rhodani profectus, Pyrenæosque montes circumvectus, Emporiis appulisset classem, exposito ibi exercitu, orsus a Lacetanis omnem oram usque ad Iberum, partim renovandis societatibus, partim novis instituendis, romanæ ditionis fecit. » et cap. 61: « Ilgeretes, in jus ditionemque recepit. Inde in Ausetanos prope Iberum, procedit: atque, urbe eorum obsessa, Lacetanos auxilium finitimis ferentes nocte, haud procul jam urbe, quum intrare vellent, excepit insidiis. » Δακτυλίου Διοσ, lib. XLV, p. 274. Et Δακτυλίου Ἰδίου Plutarchus agnoscit, tum alibi, tum in Catone majore, pag. 342. Lacetanos denique Cæsar Bell. Civ. lib. I, pag. 143, cum Ausetanis et Tarraconensibus jungit. Adeo placere Jaccetani Cujacio, ut

non modo hoc loco, sed ubi minime omnium oportuit, obruserit. Nam Dig. lib. L, tit. 15, de censibus, ubi Ulpianus, « jus Italicum Valentini et Licitani habent » : ipse *Jaccetani* legi censet oportere, Observ. lib. X, cap. 35. alii *Lacetani*: neutri recte. Nos *Illicitani* ab Illici, de quo paulo ante Valentiam egimus, quod oppidum Latinorum seu juris Latini esse Plinius monet, restitimus. Ausetanorum Livius meminit loc. cit. Ἀθηναῖοι Ptolemæo lib. II, cap. 6. Oppidum AUSA et Vicus Ausæ, *Vic d'Osona* et frequentius *Vich*, inter *Gerona* et *Manresa*. HARD. ET ED.

43. *Lacetani*. Supra *Gerona*, in Pyrenæi radicibus. HARD.

44. *Cerretani*. Κερρηταῖοι Ptolemæo, lib. II, cap. 6; Straboni, lib. III, pag. 162, Κερρηταῖοι. Κερήταῖοι ἐν Ἰβηρία Dioni, lib. XXVIII, pag. 382. Vascones, non in Aquitania, sed in Hispania collocat etiam Ptolemæus loc. cit. Vascones, ea ætate erant, qui hodie Navarri: ut egregie probat Oihenartus, lib. II, cap. 1, pag. 75. HARD.

45. *Barcino*. In *Lætanis*, seu *Laletanis* teste Ptolemæo, loco citato. Nunc *Barcelona* vocatur. Gruteri Inscriptio, pag. 419: COL. F. I. A. P. BARCIN. hoc est, *Colonia Flavia Julia Augusta Pia* (non *Paterna*) *Barcino*. Ibi enim F. Flavia est. Nam eadem pag. legitur, COL. FLAV. P. BARC. At in Thes. Goltzii, Galbæ nummus, sed fictus, ut Goltziani plerique: COL. BARCINO. FAVENTIA. HARD.

rum : Bætulo⁴⁶, Iluro : flumen, Larnum⁴⁷ : Blandæ : flumen Alba⁴⁸ : Emporiæ⁴⁹ : geminum hoc, veterum incolarum, et Græcorum, qui Phocæensium fuere soboles. Flumen Tichis⁵⁰. Ab eo Pyrenæa⁵¹ Venus in latere promontorii altéro, XL M.

Nunc per singulos conventus reddentur insignia præter supradicta. Tarracone⁵² disceptant populi XLIII⁵³, quo-

46. *Bætulo, Iluro* Chiffi. *Bætulo, Irulo*. Mela, lib. II, cap. 6, *Eluro, Bætullo*. Bætulam habet Livius, lib. XXVII, cap. 18 et 20. Bætulo, hodie *Badalona*, in ora Catalauniæ, leucis duobus a *Barcelona*. — *Puro*, Διλουρῶν Ptolemæo (pro Αδιλουρῶν) in Laletanis, nunc *Pineda*, leucis X a *Badalona*, ad mare. Est et alia *Iluro* in Novempopulania, Galliæ veteris provincia, hodieque dicta *Oleron*, Hispanorum commercio dives. HARD. et ED.

47. *Larnum. Tordera* hodie dictum, juxta urbem Blandas, hodie, *Blanos*. ED.

48. *Flumen Alba*. Hodie *Ter* seu *Tet*. Harduinus illud idem esse ait cum illo quod Mela, lib. II, cap. 6, *Clodianum*, juxta urbem Emporias; ad hanc autem urbem alius reperitur amnis hodie *Fluvia* vocatus, qui fortasse Melæ Clodianum fuit. ED.

49. *Emporiæ*. Strabo, lib. III, pag. 159, Ἐμπορίων vocat, et Δίπολιν, hoc est, geminam urbem, Græcos advenas a veteribus incolis medio dirimente muro, dividi testatus cum Plinio. Idem a Massiliensibus conditam, cum Stephano docet, et Scylace in Periplo, pag. 2. Fuere autem Massilienses orti a Phocæensibus, ut dicetur cap. seq. Nunc *Ampurias* vocant. Ptolemæo

Ἐμπορίαι in Indigetibus, lib. II, cap. 6. HARD.

50. *Flumen Tichis. Ticer* vocatus Melæ qui loc. cit. *Ticer flumen ad Rhodam*; hujus autem fluvii, qui in Rhodanum sinum, hodie *Golfo de Roses*, influit, nomen in mappis non reperi. Errat certe Harduinus qui eum *Ter* accolis vocatum dicit: qui enim fluvius hodie *Ter* vocatur vi leucis a Rhoda urbe, hodie *Roses*, distat, et Nostro ab austro ad septemtrionem procedenti ante urbem Emporias occurrere debuit. Hunc eundem esse cum illo quem Albam vocat superius diximus. ED.

51. *Pyrenæa Venus*. Elz. *Pyrene Venus*, cujus in locum proponebat Dalec. *Pyrene Veneris*. Mela, lib. II, cap. 5. «Tum inter Pyrenæi promontoria, portus Veneris insignis fano, etc.» Huic promontorio, inquit Mariana, Hist. Hispan. lib. I, cap. 2, olim a Veneris templo, nunc religione mutata, a Cruce facta est appellatio: *Capo de Cruz*. Non autem XL M. pass. ut Noster ait, sed XVIII tantum a fluvio, quem Tichim esse putamus, distat. ED.

52. *Tarracone*. Hoc est, fuere hi Tarraconensis fori: hinc jura petere coacti. HARD.

53. *XLIII*. Sic apud Chiffi. legitur; in Dalecampio et Elzevirian. populi XLIV. ED.

rum celeberrimi, civium Romanorum Dertusani⁵⁴, Bisgargitani⁵⁵: Latinorum, Ausetani⁵⁶, Cerretani⁵⁷, qui Juliani⁵⁸ cognominantur, et qui Augustani: Edetani⁵⁹, Gerundenses⁶⁰, Gessoriensis⁶¹: Teari⁶², qui Julienses⁶³. Stipendiariorum: Aquicaldenses⁶⁴, Onenses⁶⁵, Bæculonenses⁶⁶.

7 Cæsaraugusta⁶⁷ colonia immunis, amne Ibero affusa,

54. *Dertusani*. Qui civium Romanorum jure potiebantur, ut et Bisgargitani. Oppidum Ptolemæo, lib. II, cap. 5, Δέρτωσα in Ilergaonum gente. Tiberii nummus apud Suritam, in Anton. Itin. pag. 548: DERT. ILERGAONIA. Apud Reinesium, pag. 316, vetus inscriptio Dertosæ reperta: ORDO. D. C. D. Ordo Decurionum Coloniae Dertosæ. Nunc est *Tortosa* ad Iberum. HARD.

55. *Bisgargitani*. Et hi ab oppido rursum Ilergaonum mediterraneo, quod Βισσαργίς Ptolemæo loc. cit. Germanici nummus, in Thesaurο Golt. pag. 242: ΜΥΝ. BISCARGIS. H.

56. *Ausetani*. Ab Ausa oppido, de quo supra. HARD.

57. *Cerretani*. Gentis hujus ait oppida duo fuisse, unde cognomen incolæ tulerunt: Juliani, ab oppido Julia Libyca, Ιούλια Λίβυκα, cujus Ptolemæus meminit, lib. II, cap. 6, Augustani ab Augusta. H.

58. *Juliani*. Elz. *Suliani* ED.

59. *Edetani*. Prius *Sedetani* legabatur. Atqui Sedetanos hic locum habere litterarum series non patitur, quam in populis recensendis Plinius sequitur: *Ausetani*, *Cerretani*, *Edetani*, *Gerundenses*, etc. Ab Ἐδητζ oppido nomen hi sortiti videntur, quod ubi demum id fuerit, cis Iberum fuit: inter amnem eum et Pyrenæa juga. Cave enim credas ab Edeta oppido Edetaniæ sive Se-

detaniæ regionis, ubi Saguntum, Valentia et Cæsaraugusta fuere, hos Sedetanos fuisse appellatos: quum ii Cæsaraugustani fuerint, ut statim Plinius admonet, non Tarraconensis fori. Quid si *Deciani* scribas, a Δεκίανα. Indigetum Mediterraneo oppido apud Ptol. lib. II, cap. 6. H.

60. *Gerundenses*. Ab oppido Gerunda in Ausetanis, Ptolem. loc. cit. Nunc *Girona* incolis. HARD.

61. *Gessoriensis*, quos mendose *Cessoriensis* Pinetus vocat, nusquam nisi apud Nostrum nominati reperuntur. HARD.

62. *Teari*. Quorum oppidum Tiara Julia, Τιαριουλία in Ilergaonum mediterraneis civitatibus apud Ptolem. loc. cit. qui Ilergaonas, ut monuimus, ultra Iberum, in Catalauniamque promovet. HARD.

63. *Julienses*. Elz. *Sulienses*. ED.

64. *Aquicaldenses*. Ab Aquis calidis, quæ Ἰδατα θερμὰ Ptolemæo, lib. II, cap. 6, in Ausetanis, nunc *Caldes*, leucis IV a Barcinone. H.

65. *Onenses*. Ita libri omnes, etsi potius *Aunenses* ex litterarum serie legendum videatur. ED.

66. *Bæculonenses*. Ita MSS. Reg. etc. non *Bætulonenses*, a Bætulone oppido superius memorato: Sed a Βαικούλα Ptolemæi, in Ausetanis inter Ausam et Gerundam. HARD.

67. *Cæsaraugusta*. Nummos hujus coloniæ indices multos refert.

ubi oppidum antea vocabatur Salduba⁶⁸, regionis Edetanæ⁶⁹, recipit populos CLII. Ex his civium Romanorum Belitanos⁷⁰, Celsenses⁷¹, ex colonia : Calaguritanos⁷², qui Nassici cognominantur : Ilerdenses⁷³, Surdaonum gentis ; juxta quos Sicoris fluvius : Oscenses⁷⁴, regionis Vescitanæ⁷⁵ : Turiasonenses⁷⁶. Latinorum veterum : Cascanten-

8

Patinus, pag. 33, seq. Nunc incolis *Zaragoza*, Gallis *Saragosse*, una inter maxime inclitas Hispaniæ urbes provinciæ *Reyno de Aragon* dictæ præcipua. Ed.

68. *Salduba*. MSS. Reg. et Colb, I, 2, *Salduvia*. At vetus inscriptio apud Goltzium, pag. 238 : COL. CÆSAREA. AVG. SALDVRA. In nummis Sexti Magni Pii : SAL. hoc est, *Salduba*. HARD.

69. *Edetaniæ*. Ptolemæus quoque, lib. II, cap. 6, Edetanis, sive Hedetanis, seu denique, aspiratione, ut fit, in sibilum versa, Sedetanis Cæsaraugustam assignat. Σηδηταβία Appiano, in Iber. pag. 298. HARD.

70. *Belitanos*. Ab oppido Βέλιτα, in Edetanis, haud procul Cæsaraugusta, apud Ptolem. lib. I, cap. 6. Hodie *Belchite*, leucis VIII a *Zaragoza* meridiem versus. Indulgentiæ conjecturæ Reinesius, Variar. lect. lib. I, c. 25, contra omnium librorum fidem, quum Bilbilitanos, a Bilbili, quæ Martialis patria, scribi jubet. HARD.

71. *Celsenses*. Oppidum Κέλσα in Ilergetibus, Ptolem. lib. II, cap. 6. Nunc *Xelsa*, ad Iberum. Nummus Tiberii, in Thesaur. Goltzii, pag. 242 : COL. VIC. IUL. CELSA. Anton. August. ait esse *Velilla*, quæ ad Iberum pariter leucæ unius intervallo a Celsa distat. Vide librum, quem de Num-

mis antiquis Populorum et Urbium nuper in lucem edidimus. HARD.

72. *Calaguritanos*. Ambr. Morales, ex vetere inscript. MUN. CALAGURIS. JULIA. NASSICA. Nunc *Loarre*, ab Huesca leucis v dissita. Sic Andrez, pag. 33. HARD.

73. *Ilerdenses*. Διέρδαι in Ilergetibus a Ptolemæo collocatur, lib. II, cap. 6. Nunc *Lerida*, juxta *Rio Segre*, qui Sicoris, etiam Lucano, lib. IV, vers. 14, ubi Ilerdæ situm describit :

Placidis prælabitur undis
Hesperios inter Sicoris non ultimus amnes, etc.

HARD.

74. *Oscenses*. *Oscæ* eorum oppidum, Floro, lib. III, cap. 22, in Ilergetibus quoque statuitur, (quorum pars Vescitani, et Surdaones fuere), apud Ptolemæum, lib. II, cap. 6, nunc *Huesca*, in *Reyno de Aragon*. Nummus Germanici, in Thes. Goltzii, pag. 242, COL. V. T. T. OSCA. Hic etiam vide librum nuper a nobis de Nummis antiquis Populorum Urbiumque editum. HARD.

75. *Vescitanæ*. Vet. ap. Dalec. *Bessetaniæ*. Ed.

76. *Turiasonenses*. Τουριαζών in Celtiberis, Ptolem. lib. II, cap. 6. In nummis antiquis, MUN. TURIASO, et MUN. TUR. Nunc *Tarazona*, urbs Hispaniæ, leucis v a *Tudela*, meridiem versus. Ed.

ses ⁷⁷, Ergavicensenses ⁷⁸ : Graccuritanos ⁷⁹, Leonicensenses ⁸⁰, Ossigerdensenses ⁸¹. Fœderatos, Tarragensenses ⁸². Stipendiarios : Arcobricenses ⁸³, Andologenses ⁸⁴, Arocelitanos ⁸⁵, Bursao-

77. *Cascantenses*. Chiffi. *Cascantes*. Nummus Tiberii apud Patin. pag. 616, ΜΝΙCΙCΤ. CASCANTUM. Κάσκαντρον Ptolemæo, lib. II, cap. 6, in Vasconibus, hoc est, Navarris. Nunc oppidum Navarræ, *Cascante*, leucis tribus a *Tarazona*, septemtrionem versus. In decretis Hilarii Papæ, 252 : *Tyriassonsensium*, *Ascantensium*, *Calaguritanorum*: lege, *Turiasonsensium*, *Cascantensium*, etc. H. et Ed.

78. *Ergavicensenses*. Ἐργαούικα in Celtiberis, Ptolemæo loc. cit. Apud Gruter. pag. 381: EX. CONVEN. CÆSAR. ERCAVIC. Hoc est, Ex Conventu Cæsaraugustano Ercavicensenses. Apud Patinum, pag. 34, nummus antiquus: MUN. ERGAVICA. In Conc. Tolet. x, *Balduigius Arcavicensis episcopus*, pro *Ercavicensis*. Hodie *Fraga*, ad fluvium *Cinca*, qui in Iberum influit, leucis quinque a *Lerida*. Ed.

79. *Graccuritanos*. A Ti. Gracco nomen Graccuris accepit. Vide Livii Epit. lib. XLI. « Gracchus monumentum virtutis operumque suorum Gracchurim urbem suo nomine insignem esse voluit, quæ antea Il-lurcis nominabatur. » Nunc *Agrada* in Aragoniæ confinio, leucis IV a *Tarazona*. Hinc Martyres Graccuritanum in Martyrol. *Martyres de Agrada*. Γρακκουρίς Ptolemæo, in Vasconibus. H. et Ed.

80. *Leonicensenses*. Oppidum *Asovi-xa* in Edetanis, Ptolemæo, lib. II, cap. 6, in quibus est ipsa Cæsaraugusta, cujus foro Leonicensenses di-

sceptabant. Nunc est *Alcaniz*, in *Reyno de Aragon*, ad amnem *Guadalope*, qui in Iberum influit. Edetanos a Valentia usque Cæsaraugustam pertinuisse jam monuimus. Nummus C. Cæsaris, in Thes. Goltzii, p. 244: MUN. LEONICA. H.

81. *Ossigerdensenses*, vel ut vult Brot. *Oscigerdensenses* : Ptolemæus enim, loc. cit. Οσκέρδα scribit, quod etiam in nummis veteribus reperitur. Creditur esse *Xerta*, ad Iberum, leucis tribus supra *Tortosa*. Ed.

82. *Tarragensenses*. Municipium Τάρραγα Ptolemæo, in Vasconibus. Hodieque *Tarrega*, leucis novem a *Lerida*, orientem versus, in *principado de Cataluña*. Ed.

83. *Arcobricenses*. Chiffi. *Arcobrienses*. Ἀρκόβριγα Ptolem. loc. cit. in gente Celtiberorum. Hodie *Los Arcos*, in *Reyno de Navarra*, leucis quinque ab *Estella*, meridiem versus. Ed.

84. *Andologenses*. Ab *Andosilla*, Navarræ oppidulo, leucis XIII a *Pamplona*, meridiem versus, Prud. Sandoval, apud Oihenartum, pag. 90, hos suspicatur nomen habuisse. H. et Ed.

85. *Arocelitanos*. Ita MSS. omnes. Antoninus in Itinere ab Asturica Burdigalam, habet Aracelim, vel Arocelim, a Pompelone xxiv. M. P. Nunc *Huarte Araquil*, sex circiter leucis a *Pamplona*, versus solis occasum, ut recte Oihenartus vidit, in Notit. Vascon. pag. 90. HARD. et Ed.

es⁸⁶, Calaguritanos⁸⁷ qui Fibularense cognominantur, plutenses⁸⁸, Carenses⁸⁹, Cincenses⁹⁰, Cortonenses⁹¹, anitanos⁹², Larnenses⁹³, Lursenses⁹⁴, Lumberitanos⁹⁵, tanos⁹⁶, Lubienses⁹⁷, Pompelonenses⁹⁸, Segienses⁹⁹.

. *Bursaonenses*. Vel *Bursavo-* de quibus Hirtius in Bello pag. 158, vel *Bursadenses* ab ο Βούρσαδα, de quo Ptolem. , cap. 6, in Celtiberis. HARD.

. *Calaguritanos*. Calaguris iliani rhetoris natalibus clara, *Calahorra* est, ad Iberum, circiter octo supra *Tudela*. za Regia, nummus Augusti, CALAG. IVL. HARD. et ED.

. *Complutenses*. Complutum, irduinus et GIBRAT. volunt, est *Alcala de Henarez*, ad ri-Henarez, sex leucis a *Madrid*, em versus. ED.

. *Carenses*. Vetus oppidum no- etinet *Cares*: novum, *Puente na*, leucis iv a *Pamplona*, me- 1 versus. Inscriptio apud Am- Morales, fol. 68: Ex CÆSA- KARENSI. hoc est, ex conventu augustano, oppido seu muni- Carensi: non, ut Scaliger in- tatur, in Gruterii indice, *Cæ- Cæsaraugustani*. HARD.

. *Cincenses*. Ita libri omnes, r Elzev. apud quem *Cicenses*. *Cinnenses* ab oppido Κίννα in ania Ptolemæi, lib. II, c. 6. ED.

. *Cortonenses*. MSS. omnes *Co-* es. HARD.

. *Damanitanos*. In Edetanorum , in quibus ipsa Cæsaraugusta Δαμανία, Ptolemæo, loc. cit. se *Mediana*, ad Iberum, sex infra *Zaragoza*. ED.

. *Larnenses*. Ab oppido, Larno de quo supra, cognomine.

Fortasse *Torderas* ad flumen *Torde-* ra. HARD. et ED.

94. *Lursenses*, etc. Quum hoc loco populorum nomina disponi per ele- menta debeant, mire omnia pertur- bata, permixtaque sunt in libris ad hunc diem vulgatis: sic enim ha- bent: *Larnenses*, *Iturienses*, *Ispalenses*, *Lumberitanos*. In MSS. Reg. etc. *Larnenses*, *Lursenses*, *Lumberitanos*. De *Ispalensibus* nihil: unde huc ir- repererint, incompertum adhuc. Her- molaus *Ilursenses* ab Ilurone jam antea memorato oppido, neque re- vocando amplius: *Iturienses* Dalec. ab Ἰτούρισα, Vasconum civitate, re- posuit. HARD.

95. *Lumberitanos*. Dalec et Elzev. *Ilumberitanos*. Ab oppido quod Galli *Lumbier*, in Navarra: incolæ Vasco- nice, *Irumberri* vocant, teste Oihen- narto, pag. 90, leucis vii a Pompe- lone. H.

96. *Lacetas*. De his egimus in nota superiore 42. HARD.

97. *Lubienses*. De Lubjensibus nihil adhuc compertum, nisi ii sunt qui Levienses corrupte forsant nominantur, cum Cascantensibus et Calaguritanis proxime hoc tractu appellatis, in decretis Hilarii Papæ, pag. 252. Male Dalecamp. et Elz. *Vibienses*, Chifflet. *Subienses*, legere volunt, neglecto elementorum ordi- ne. HARD. et ED.

98. *Pompelonenses*. Ita Gruteri quoque inscriptio, pag. 325 et 455. Hodie *Pamplona*, Gallis *Pampelune* vocatur. ED.

99. *Segienses*. *Segienses*, vel *Se-*

Carthaginem¹⁰⁰ conveniunt populi¹⁰¹ LXV, exceptis
9 insularum incolis. Ex colonia Accitana Gemellenses¹⁰², et
Libisosa¹⁰³ cognomine Foroaugustana, quibus duabus
jus Italiæ datum : ex colonia Salarjense¹⁰⁴ oppidani Latii
veteris Castulonenses, qui Cæsari Venales appellantur :
Setabitani¹⁰⁵, qui Augustani : Valerienses¹⁰⁶. Stipendiario-

gisenses (ut recte Parm. edit.), a
Σέγισα in Bastinis oppido, apud
Ptolem. lib. II, cap. 6. HARD.

100. *Carthaginem*. Carthaginem
novam, quæ hodie in Murciæ regno,
Cartagena. « Carthagine nova con-
ventum agebat Galba, » inquit Sue-
tonius in ejus vita, cap. 9. HARD.

101. *Populi LXV*. Sic in Chiffi.
Dalecamp. autem et Elzevir. *populi*
LXII. ED.

102. *Gemellenses*. Sic Accitaniæ
colonix cives vocabantur : ipsa, *Co-*
lonia Julia Gemella Accitana, COL.
IVL. GEM. ACCITANA, apud Gruter.
pag. 271. Accis hodie *Guadix*, in
Granatensi regno. De Gemellæ co-
gnomine superius diximus. In num-
mis antiquis : C. I. G. ACCI. et COL.
GEM. ACCI. HARD.

103. *Libisosa*. Et hæc colonia
fuit, apud Grut. pag. 260, ex Ant.
Augustino, COLONIA LIBISANOR-
VM. Estque Plinii calculo, qui XII
colonias in citeriore Hispania re-
censet. Vide librum de Nummis an-
tiquis, verbo CELSA. Antonino, Li-
bisosa est : Διέισόσα Ptolemæo in
Oretanis, lib. II, cap. 6. Unde *Li-*
bisoca, quod in vetustis codicibus
reperitur, legere vult Dalecampius,
quem secutus est Elz. Aiunt exstare
hujus oppidi rudera ad *Lebazusa*,
sive *Lezusa* in *Provincia de Cuença*,
haud procul ab ipso oppido *Cuença*.
HARD. et ED.

104. *Salarjense*. Nunc *Cazorla*
dicitur in regno Granatensi : ævo
sequiore *Saljotis*, ut auctor est Ju-
lian. Archipresb. Adversar. numm.
356. Salatiam et Castulonem diver-
sa duo Oretanorum oppida, perpe-
ram, ut sæpe solet, Ptolem. facit.
Vetus inscriptio in Thes. Goltzii,
p. 40 : COL. JVL. AVG. SALARIENSIS.
Cæsaris Venales dicuntur, quod
agros eorum Cæsar emit. Sic Trium-
pilini inferius, cap. 24, *venalis*
cum agris suis populus appellatur. In
concil. Tolet. X, *Marcus Castello-*
nensis episcopus, pro *Castulonensis*.
HARD.

105. *Setabitani*. Σατ-αβίς Ptole-
mæo, in Contestania, de qua supra.
Straboni Σεταβίς, lib. III, p. 160.
Nunc *Xativa*, recens dicta *S. Felipe*,
in *Reyno de Valencia*, ad amnem
Xativa, qui in flumen *Xucar* fluit.
Hinc sudaria *Setaba* de quibus dixi-
mus in Præfat. ad Titum, p. 2. In
Conc. Tolet. X, *Athanasius Setabi-*
tanus. H. et ED.

106. *Valerienses*. Vasæus ipsam
Concham, *Cuença*, Coloniam olim
Juliam Valeriam appellatam esse :
Ambrosius Morales, non *Concham*
ipsam, sed pagum leucis octo a
Cuença dissitum, meridiem versus
putat, cui nomen hodie *Valera la*
veja, antiquam Valeriam esse con-
tendit. In Conc. Tolet. X, *Stepha-*
nus Valerjensis episcopus. HARD.

rum autem celeberrimi : Alabanenses¹⁰⁷, Bastitani¹⁰⁸, Consaburenses¹⁰⁹, Dianenses¹¹⁰, Egelestani¹¹¹, Ilorcitani, Laminiani, Mentesiani¹¹² qui et Oritani, Mentesiani¹¹³ qui et Bastuli, Oretani¹¹⁴ qui et Germani cognominantur : caputque Celtiberiæ Segobrigenses¹¹⁵ : Carpetaniæ¹¹⁶, To-

107. *Alabanenses*. Sic MSS. omnes : non, ut editi hactenus, *Babanenses*, aut ut Vet. apud Dalecamp. *Labanenses*. Ab Ἀλαβία, ut Valerientes ab Οὐαλερία, Celtiberorum oppidis, apud Ptolem. lib. II, cap. 6, haud procul Ergavica, meridiem inter et ortum solis, ut vult Manertus. H. et Ed.

108. *Bastitani*. Veteres apud Dalec. *Bastiani*. A Basti oppido, hodie *Baza*, in *Reyno de Granada*, ad *Rio Guadalentin*. Dedit id Bastitaniæ regioni nomen. H. et Ed.

109. *Consaburenses*. Apud Grut. p. 402, ΜΥΝΙΑ. CONSABYRON. Apud Ambros. Morales, fol. 19, CONSABYRENSIS. Nunc ut videtur, *Consuegra*, in *Provincia de Toledo*, duodecim leucis ab hac urbe. Ed.

110. *Dianenses*. A Diano, de quo supra. Sic Ilorcitani, et Laminiani, ab Ilorci, et Laminio, de quibus hoc capite diximus. HARD.

111. *Egelestani*. Chiff. *Gelestani*. Ἐγέλαστα Straboni, l. III, p. 160. Nunc *Yniesta*. Egelestæ Plinius rursus meminit, l. XXXI, cap. 39. Apud Ptolem. l. II, c. 6, Ἐτέλαστα in Carpetanis, pro Ἐγέλαστα. Non potest esse *Medina Celi*, ut quibusdam visum : nam *Medina* in Celtiberis fuit. H. et Ed.

112. *Mentesani*. Gemina fuit olim *Mentesa* : altera in Oritanis, Ptolemæo teste, libro II, cap. 6, unde cives Oritani cognominati : in Ba-

stitanis Bastulisve altera, de qua jam diximus, cap. 3. *Mentesam* Bastiam vocat Antoninus : Bastuli incolæ eam ob rem cognominati. Utriusque vestigium, ut videtur, exstat in Conc. Tolet. X. Prioris quidem, sive *Mentesæ Oritanæ*, quod subscripsisse ibi legitur *Danieli Marcelli Episcopi Ecclesiæ Uritanæ*. Posterioris item : *Martianus Abbas Valdefredi Episcopo Ecclesiæ Mentesanæ*. HARD. et Ed.

113. *Mentesani*. Chiff. *Metesani*. Ed.

114. *Oretani qui et Germani cognominantur*. In Oretanis oppidum fuit Ὄρητὼν Γερμανῶν apud Ptolem. lib. II, cap. 6. Lud. Nonius in sua *Hisp.* cap. 62, putat esse *Calatrava*, ad flumen Anam, leucis quinque a *Ciudad-Real*. H. et Ed.

115. *Segobrigenses*. Procul hi a Segobriga Valentini regni. Numantiæ proximos in Celtiberia facit Ptolemæus lib. II, cap. 6; Bilbili, quæ ibi fuit, ubi fere nunc *Calatajud*, Strabo, lib. III, pag. 162, in Celtiberis pariter cum Numantinis. HARD.

116. *Carpetaniæ* Chifflet. *Carpetani*. Subintellige, caput Toletum, ut Segobriga Celtiberiæ. Καρπητανῶν Appiano in Iber. pag. 283. Καρπητανῶν ὑπὲρ τὸν Τάγον, apud Plutarchum in Sertorio, pag. 576, male, pro Καρπητανῶν. Toletum hodie *Toledo* vocatur. H. et Ed.

letani Tago flumini impositi : dein Viatienses¹¹⁷, et Virgilienses.

10 In conventum¹¹⁸ Cluniensem Varduli ducunt populos XIV. ex quibus Albanenses¹¹⁹ tantum nominare libeat¹²⁰ : Turmodigi¹²¹ quatuor, in quibus Segisamonenses¹²², et Segisamejulienses¹²³. In eundem conventum Carietes¹²⁴ et Vennenses quinque civitatibus vadunt, quarum¹²⁵ sunt Velienses. Eodem¹²⁶ Pelendones Celtibero-

117. *Viatienses*. Dalec. et Elzev. *Viacienses*. Oppidum Βατία in Oretanis, apud Ptolemæum, lib. II, cap. 6. Et Virgilienses ab Ουεργιλία in Bastitanis juxta Oretanos. Apud Gruter. pag. 324 : VERGILIENSIS. Hæc hodie Murcia, regni cognominis caput existimatur. H. et Ed.

118. *In conventum*. Ambr. Morales, fol. 70: EX CLUNIENSI. Subintellige, conventu. De Clunia mox dicemus. HARD.

119. *Albanenses*. Albam urbem etiam in Vardulis habet Ptolemæus, lib. II, cap. 6. *Alava* regio hodieque appellatur, ad Iberum, infra *Guipuzcoa* : ejus regionis primaria civitas *Vittoria* appellatur. Ibi oppidulum hodie *Alvaña*. HARD.

120. *Libeat*. Maluisset Dalecamp. *libet*. Ed.

121. *Turmodigi*. Aut ut dat Broterius ex MS. Reg. I, *Turmogidi*. Nusquam autem auditæ voces illæ. Quid si Murbogis potius, ex Ptolemæo, loc. cit. Μούργοι, Pelendonibus, Vaccæisque finitimi? Vardulorum pars ii Turmodigi fuere. H. et Ed.

122. *Segisamonenses*. A Segisama, de qua Florus, l. IV, c. 12, p. 198. Σέγισα Ptolem. loc. cit. in Bastitanorum oppidis Mediterraneis. Itiner.

Anton. *Segesamon*. illam Mariana, Hist. Hisp. lib. III, cap. 25, pag. 130. *Veyzama*, in *Guipuzcoa* provincia, esse dixit : sed rectius fortasse Mannertus *Sasamon* leucis VIII a *Burgos*, septemtrionem inter et occidentem. Ed.

123. *Segisamejulienses*. Legunt alii *Segisamejulienses* : Broter. ex MS. Reg. I, *Segisamajulienses*, quod confirmare videtur Ptolemæus, apud quem l. II, cap. 6, Σέγισαμα Ιούλια reperitur, in Vaccæis quidem, dum a Nostro Turmodigis tribuitur. Ed.

124. *Carietes*. Hos Ptolemæus Καρισίους vocat, quorum oppidum Ουελία Velia fuit : cives Plinio Velienses. HARD.

125. *Quarum sunt*. Quarum e numero præcipue insignis Velia, de qua plane modo diximus. HARD.

126. *Eodem Pelendones*. Vet. apud Dalec. *iidem*. Chiffli. *Pelentones*. — In eundem conventum, inquit Noster, disceptaturi vadunt Pelendones, quorum populi quatuor, e Celtiberorum gente universi. Nam Celtiberia Pelendones, Arevacosque complectitur. Gruteri Inscriptio pag. 111 : PELLENDONES. AREVACON. In Pelendonibus oriri Durium amnem auctor est Plinius, lib. IV, cap. 34. HARD. et Ed.

rum¹²⁷, quatuor populis : quorum Numantini¹²⁸ fuere clari : sicut in Vaccæorum XVIII¹²⁹ civitatibus, Intercatienses, Pallantini¹³⁰, Lacobricenses¹³¹, Caucenses¹³². Nam in Cantabricis VII¹³³ populis, Juliobrica¹³⁴ sola memoratur. In Autrignonum¹³⁵ decem civitatibus, Tritium, et Virovesca.

127. *Celtiberorum*. Volebat Pint. Celtiberi. Ed.

128. *Numantini*. Fuit urbs Numantia haud procul a fontibus Durii amnis, ut testatur Florus, l. II, cap. 18, pag. 92, et Plinius, l. IV, cap. 34. Rudera etiamnum visuntur, quibus nomen est *Puente Garra*, prope urbem *Soria*. HARD.

129. *Vaccæorum*... *Intercatienses*. Οὐακκαῖοι Ptolemæo, lib. II, c. 6, et Polybio in *Fragm.* l. III, p. 1503, qui eorum urbem Ἰντερκατίαν laudant, et apud Gruter. p. 324: MODESTVS. INTERCATIENSIS. EX. GENTE. VACCÆORVM. Vaccæi autem, qui a L. Lucullo et Cl. Marcello, anno U. C. DCII, domiti sunt, hanc regionem tenuisse videntur, quam interfuit amnis Pisoraca, nunc *Pisuerga*, in Durium influens et quæ hodie *Provincia de Valladolid* vocatur, cum exigua vicinarum provinciarum parte. — Intercatiæ autem meminerunt, ut modo diximus, Ptolemæus, Polybiusque, et Antoninus, qui eam inter Asturicam hodie *Astorga*, et Cæsaraugustam, *Zaragoza* ponit, LX M. pass. ab Asturica. Quo autem loco sita fuerit non satis constat; quamvis eam ob flumen *Esla* ponat D'ANVILLE, loco hodie dicto *Villanueva de Azuague*, XL M. pass. ab *Astorga*, non vero LX, ut vult Antoninus. ED.

130. *Pallantini*. Pallantiam in Vaccæis quoque locat Ptolem. l. II,

cap. 6, et Appianus in *Iber.* p. 300. Nunc *Palencia*, in *provincia de Palencia*, ad amnem *Carion*, qui in Pisoracam influit. ED.

131. *Lacobricenses*. Lacobrigæ in hoc tractu meminit Antoninus, XLVI M. pass. a Pallantia in itinere ab Asturica Tarraconem, et Burdigalam. Λαγοβρίτας vocat Plutarchus in Sertorio, pag. 574. « Lacobrigæ nomen, inquit Festus, a lacu et briga, Hispaniæ oppido. » Vox *briga* oppidum sonat. HARD.

132. *Caucenses*. Καύκων in Vaccæis quoque Ptolemæo, loco citato, et Appiano in *Iber.* pag. 283. Ubi nunc *Coca* oppidum, ut recte Mariana, *Hist. Hisp.* lib. III, cap. 2, pag. 93, inter *Segovia* et *Valladolid*, ad fluvium *Eresma*. H. et ED.

133. *VII Populis*. Sic in Chiff. Dalec, et Elz. *quatuor populis*. ED.

134. *Juliobrica*. Diximus de ea superius, hoc cap. HARD.

135. *Autrignonum*. Αὐτρίγρονες sunt Ptolemæo, loc. cit. oppida, Τρίτιον et Οὐίρβουεσσα. In decretis Hilarii Papæ, pag. 252: *Veroviscensium et Tritensium civitas*, pro *Tritensium*. Vetus inscr. apud Ambr. Morales, fol. 65: TRITIENSI. Antoninus in itinere ab Asturica Tarraconem, Tritium a Virovesca distare ait XI M. pass. Quod si itaque Virovesca *Brivesca* est, inter *Burgos*, et Iberum, Tritium, quod XI M. pass. Asturicæ vicinius esse debuit, ubi nunc

Arevacis¹³⁶ nomen dedit fluvius Areva. Horum sex oppida: Saguntia¹³⁷, et Uxama¹³⁸, quæ nomina crebro aliis¹³⁹ in locis usurpantur: præterea Segovia¹⁴⁰, et nova¹⁴¹ Augusta; Termes¹⁴², ipsaque Clunia¹⁴³ Celtiberiæ finis. Ad Oceanum reliqua¹⁴⁴ vergunt, Vardulique ex prædictis, et Cantabri.

Najara est, propè *Logrono* et Iberum amnem, esse certe non potuit: quam tamen sententiam placuisse video Suritæ in Anton. pag. 541. aliisque. H. et ED.

136. *Arevacis*. Ptolemæo, lib. II, cap. 6. Ἀρεουάκι. Straboni, lib. III, pag. 162. Ἀρεουάκοι. Arevam amnem nunc *Arlanzon* vocant, qui in Pisoracam influit, supra *Valladolid*. H. et ED.

137. *Saguntia*. Vel Seguntia. Seguntia Celtiberorum Livius meminit, lib. XXXIV, cap. 19. Antoninus item Segontiam vocat, quæ nunc *Siguenza* dicitur, decem leucis a fontibus amnis *Henarez*, in provincia de *Guadaiaxara*. H. et ED.

138. *Uxama*. Uxama quoque Antonino, in itinere ab Asturica Cæsaraugustam: a Numantia l. m. pass. Nunc *el Burgo d'Osma*, ad Durium amnem, in provincia de *Soria*, viginti circiter leucis a *Siguenza*, septemtrionem versus. H. et ED.

139. *Aliis in locis*. Nam et Segontiam alteram a Cæsaraugusta xiv m. pass. habet Antoninus, nunc *Epila* dicitur, ut recte vidit Jo. Francisc. Andrez, cap. 2, pag. 39. Et alteram Uxamam prope Corugnam in Galæciæ littore agnoscit Mariana, Hist. lib. III, cap. 18, pag. 118. Sunt et aliæ, quas referre non est otii nostri. HARD.

140. *Segovia*. Σηγουβία in Arevacis quoque Ptolemæo, lib. II, c. 6.

Non ea est quæ inter *Valladolid* et *Madrid* hodie *Segovia* dicitur: sed altera ejusdem nominis urbecula, quæ sub eadem fere cæli parte, atque ipsa Numantia, eodemque situ a Ptolemæo collocatur. H. et ED.

141. *Nova Augusta*. Et in Arevacis Ptolemæo Νοουδαυγούστα, prope Segobiam. HARD.

142. *Termes*. Τέρμης in Arevacis Ptolemæo. Τερμισὸν πόλιν vocat Appianus in Iber. pag. 311. Hinc Termestini populi, apud Livium in Epitome, lib. LIV, et natio Termestina apud Tacit. Annal. I. IV, cap. 45. Nunc *Lerma*, ad amnem *Arlanza*, qui in fluvium *Arlanzon*, de quo supra diximus, influit. H. et ED.

143. *Clunia*. Et hæc in Arevacis Ptolemæo. Dioni quoque Κλουβία, lib. XXXIX, pag. 115. Inter Raudam ad Durium, *Aranda de Duero*, et Uxamam, *Osma*, medio fere intervallo ab Antonino collocatur. Nunc pagus *Coruña del Conde*, septem leucis ab utraque. Ibi conventus Cluniensis repertum esse sigillum aiunt, et a loci domino asservari. Celtiberiæ finis is dicitur, quoniam ad occasum æquinoctialem sunt Vettones, ad æstivum Astures, quos a Vettonibus Durium amnis disternat: Arevacæ denique ad Boream. H.

144. *Reliqua vergunt*. Reliqua, inquit, quæ pertinent ad conventum Cluniensem: ut Vardulorum

Junguntur¹⁴⁵ his Asturum xxii populi, divisi in 12 Augustanos¹⁴⁶, et Transmontanos, Asturica urbe magnifica. In his sunt Cigurri¹⁴⁷, Pæsici, Lancienses¹⁴⁸, Zoelæ¹⁴⁹. Numerus omnis multitudinis ad ccxl m. liberorum capitum.

Lucensis¹⁵⁰ conventus populorum est xvi præter 13 Celticos¹⁵¹, et Leunos, ignobilium¹⁵², ac barbaræ appellationis, sed liberorum capitum ferme clxvi m.

Simili modo Bracarum¹⁵³ xxiv civitates clxxv m. 14 capitum¹⁵⁴: ex quibus præter ipsos Bracaros, Bibali¹⁵⁵ Cœ-

regio jam superius dicta: et mox Cantabrorum, dicenda, l. IV, cap. 34. HARD.

145. *Junguntur his*. Cantabris. Inscriptio Gruteri, pag. 110: CONVENTVS ASTVRICENSIS. HARD.

146. *Augustanos*. Ab urbe metropoli, quæ in Augusti nummo apud Goltzium, p. 237, COL. ASTVRICA. ΑΥΓΥΣΤΑ scribitur, Ἀστούριχα Αὐγούστα Ptolemæo, lib. II, cap. 6. Hodie *Astorga*, in *provincia de Leon*. H. et ED.

147. *Cigurri*. Ita MSS. omnes. Dalec. et Elz. *Giguri*. Egurri forte scribendum ex Ptolemæo, non longe ab Asturica Augusta Forum Egurrorum locante. De Pæsicis, dicemus lib. IV, cap. 34. H. et ED.

148. *Lancienses*. Δαγκία maximum Asturum oppidum a Dione dicitur, lib. LV, pag. 514. A Mariana, Hist. Hisp. lib. III, cap. 25, pag. 132, iis locis situm, ubi nunc Ovetum cernitur, *Oviedo*. Plumbum Ovetanum laudatur a Plinio, l. XXXIV, cap. 49. HARD.

149. *Zoelæ*. Chiffli. *Zoeli*. A quibus Zoelicum linum nomen traxit. Plinius, lib. XIX, cap. 2: « Non dudum ex Hispania Zoelicum venit

in Italiam, plagis utilissimum. Civitas ea Gallæciæ, et Oceano propinqua. » H. et ED.

150. *Lucensis*. Lucensis conventus mentio apud Ambros. Morales, fol. 69. Urbs primaria Lucus Asturum, Λούκος Ἀστούρων, Ptolemæo, Dioni Ἀστούρων: hodie *Lugo* in *Reyno de Galicia*. H. et ED.

151. *Celticos*. Cognominibus Nerias et Præsamarcos, de quibus lib. IV, cap. 34. Lebuni simili modo ii esse videntur Hermolao, qui Leuni rursus eodem libro appellantur: at ii Bracarensis conventus esse ibi dicuntur, hi nunc Lucensis. In MSS. legitur *Levanios*. HARD.

152. *Ignobilium*. Vet. apud Dalec. *ignominiosæ*. ED.

153. *Bracarum*. Subintellige, conventus, ut prius Asturum. Gruter. p. 411: CONVENTVS BRACARI. Horum caput Bracara Augusta, hodie *Braga*, in *Reyno de Portugal*. ED.

154. *CLXXV M. capitum*. Sic in Chifflet. — Dalecamp. et Elzev. *CCLXXV M. capitum*. ED.

155. *Bibali*, etc. Βιβάλιοι, quorum oppidum Φόρον Βιβάλων Ptolemæo, lib. II, cap. 6. Κολιρινολί, eisdem. Gallæci omnibus noti. Hequæ-

lerini, Gallæci, Hequæsi, Limici, Querquerni, citra fastidium nominentur.

- 15 Longitudo¹⁵⁶ citerioris Hispaniæ est, ad finem Castulonis a Pyrenæo, sexcenta septem *M.* pass., et ora paulo amplius. Latitudo¹⁵⁷ a Tarracone ad littus Olarsonis, CCCVII. E radicibus¹⁵⁸ Pyrenæi, ubi cuneatur angustiis inter duo maria, paulatim deinde se pandens, qua contingit ulteriorem Hispaniam, tantundem¹⁵⁹ et amplius latitudini adjicit. Metallis plumbi, ferri, æris, argenti, auri, tota ferme Hispania scatet: Citerior et specularibus¹⁶⁰ lapidibus: Bætica et minio. Sunt et marmorum lapicidinæ. Universæ Hispaniæ Vespasianus Imperator Augustus¹⁶¹ jactatus

si, in inscript. mox citanda. Διμικοί Ptolemæo rursus appellati, cum oppido quod Φόρον Διμικῶν vocat. Inscriptio vetus apud Gruter. pag. 245: BIBALI COELERNI. EQVÆST. INTERAMICI. LIMICI. ÆBISOC. QVÆRQVERNI. Prius legebatur in Plinio, *Vibali*, et voce unica e duabus conflata *Æquesilici*. Nos litterarum ordine admoniti, et veterum monumentorum fide, locum correximus. Aquas Querquennas a Bracara distare ait Antoninus, LIII *M.* pass. Κουακερνοι sunt Ptolemæo, et ὕδατα Κουακερνωῶν. HARD.

156. *Longitudo*. *sexcenta septem M. pass.* Martianus, lib. VI, cap. de Hispania, pag. 203. HARD. — Hic autem multum a vero aberrat Noster; maximum enim inter Castulonis fines et Pyrenæi juga intervallum vix CCCCLXX *M.* pass. est. Recte autem addit *et ora paulo amplius*, nam a finibus Murgis ad Pyrenæum promontorium numerantur circiter DCXX *M.* pass. ED.

157. *Latitudo*. *CCCVII*. Hic etiam errat Noster: recto enim cursu

Tarraco, hodie *Tarragona*, a litore Olarsonis, hodie *Oyarzun*, de qua urbe, lib. IV, cap. 34, dictur sumus, vix CCX *M.* pass. distat. ED.

158. *E radicibus*. Sic in Chiff. Dalec. et Elz. *Et radicibus*. ED.

159. *Tantumdem et amplius*. Hæc rectius Noster: nam a Dianio promontorio ad Minii ostia circiter DLX *M.* pass. numerantur. ED.

160. *Specularibus lapidibus* Vet. ap. Dalec. *Specularis lapidis: Bætica et minio et marmorum lapidicinis*— De his dicemus opportunius, lib. XXXV, cap. 45. ED.

161. *Jactatus*. Vi ac necessitate quadam expressam esse eam liberalitatem innuit, ut Hispanos sibi devinciret: quum jactaretur ipse Republicæ procellis, hoc est, civili bello Vitellii, ut levamen id quoddam eorum damnorum fuerit, quæ ob civilia Imperatorum bella perpressa esset Hispania. Immunitatem a tributis, sive Claudius Imp. sive anteriorum aliquis iisdem concesserat, uti ex Seneca colligimus, de Benef. lib. VI, cap. 19. H.

procellis Reipublicæ Latii jus tribuit. Pyrenæi montes Hispanias Galliasque disternant, promontoriis in duo diversa maria projectis.

V. (IV.) Narbonensis provincia appellatur pars Galliarum, quæ interno¹ mari alluitur, Braccata² ante dicta, amne Varo³ ab Italia discreta, Alpiumque vel⁴ saluberrimis romano imperio jugis⁵. A reliquâ vero Gallia latere⁶

V. 1. *Quæ interno.* Illa scilicet Interni maris, hodie *Méditerranée*, parte quæ nunc *Golfe du Lion*, aut ut quidam volunt *Golfe de Lyon* dicitur. Hæc Martianus a Plinio, lib. VI, cap. de monte Pyrenæo. HARD. et ED.

2. *Braccata.* A braccis, sive femoralibus lineis, *des brayes ou hauts de chausses* : quod vestimenti genus Romanis veteribus inusitatum, ab iis in Gallia Narboneusi primo deprehensum est : quæ inde ab iis Braccata est cognominata, inquit Alcuinus, lib. de Divinis Offic. H.

3. *Amne Varo.* « Finis et Hesperis promotio limite Varus. » Luc. Phars. I, 404. Hodie *le Var*, qui etiam nunc Galliam a Nicænsi comitatu, *Comté de Nice*, provincia Sardinis regi subjecta, discernit. D'ANVILLE tamen Nicæam, cujus possessionem, auctore Strabone, retinuerant Massilienses, Galliæ assignat, Alpesque naturales Galliam inter et Italiam limites agnoscit; quam opinionem et nos amplecti non dubitamus. ED.

4. *Vel.* Hæc vox quæ in Chiffi legitur, ap. Dalecamp. et Elzevir. deest. ED.

5. *Saluberrimis romano imperio jugis.* Ut pote quæ diu barbarorum in imperium romanum irruentium impetum morata sunt. ED.

6. *Latere septentrionali.* Hæc mi-

nus recte, ut mihi videtur; nam Gebenna mons, hodie *les Cévennes*, occidentali non minus latere quam septentrionali Narbonensem provinciam a reliqua Gallia discernit et inter hæc juga et Juram montem, hodie *le Jura*, Narbonensis provincia limites habuisse videtur rivum qui hodie *Rive de Gier* vocatur et in Rhodanum influit, tum Rhodanum ipsum usque ad urbem nunc *St. Sorlin* vocatam, et inde vergebat ad eam Juræ montis partem, cui hodie nomen est *le grand Credo*, tum rursum Rhodanum, atque, ut nos docet Mela lib. II, cap. 5, Lemannum lacum limitem habuit. His autem terminis includuntur provinciæ, quæ Gallis, ante annum 1789, *Comté de Foix, Roussillon, Languedoc, Dauphiné, Comtat Venaissin et Provence* vocabantur; nunc autem *Départemens de l'Arriège, part. orient., des Pyrénées-Orientales, de la Haute-Garonne, part. orient., du Tarn, part. mérid., de l'Aude, de l'Hérault, du Gard, de l'Ardèche, de l'Ain, part. orient., de l'Isère, de la Drome, des Hautes-Alpes, de Vaucluse, des Basses-Alpes, des Bouches-du-Rhône et du Var*, et insuper provinciæ nunc dictæ *la Savoie, Sardinis regi subjecta, le canton de Genève et le Valais, Helveticæ reipublicæ partes.* ED.

septemtrionali, montibus Gebenna et Jura : agrorum cultu⁷, virorum, morumque dignatione, amplitudine opum, nulli⁸ provinciarum postferenda, breviterque Italia verius quam provincia. In ora⁹ regio Sardonum, intusque¹⁰ Consuaranorum. Flumina¹¹: Tecum, Vernodubrum. Oppida: Illiberis¹², magnæ quondam urbis tenuæ vestigium: Rusci-

7. *Agrorum cultu.* Non minus eleganter Salvanus patriam suam, hoc est, Provinciam describens, lib. VII: « Illic omnis admodum regio, inquit, aut intertexta vineis, aut florulenta pratis, aut distincta culturis, aut consita pomis, aut amœnata lucis, aut irrigata fontibus, aut interfusa fluminibus, aut crinita messibus, etc. » HARD.

8. *Nulli provinciarum postferenda.* Vet. ap. Dalec. *Nulla provinciarum ei præferenda.* ED.

9. *In ora regio Sardonum.* Post Pyrenæ Veneris promontorium, in quo hæsimus cap. sup. incipit Sardonum regio, quos Avienus *Sordos* appellat; in MSS. reperitur *Sordonum*. Dalec. autem *Surdaonum*, ut cap. sup. *Ilerdenses*, *Surdaonum gentis*, legere jubebat. Cum Nostro convenit Mela, lib. II, cap. 5. *Inde est ora Sardonum*, etc. Fuit autem regio hæc *le comté de Roussillon*; nunc *le département des Pyrénées-Orientales*. ED.

10. *Intusque Consuaranorum.* Sardones, inquit, littus maris, Consuarani interiorem regionis partem incolunt. Hos diversos esse a Consorannis, quos in Aquitania Noster infra, lib. IV, cap. 19, nominat, nonnulli putaverunt; sed minime isti opinioni assentiunt Valesius præsertimque D'ANVILLE, *Notice de la Gaule*, pag. 241, qui Consua-

ranos Consorannosque eundem fuisse populum censet, nunc Narbonensi, nunc Aquitanix addictum. Quamobrem illos in sua Gallix veteris mappa in utriusque provincix limitibus ponit. Haud dubium est quin regionem ex eorum nomine *Conserans* dictam, et quæ hodie provincix Aurigeræ, *Département de l'Arriège*, pars est occidentalis, tenerint. ED.

11. *Flumina: Tecum, Vernodubrum.* Tecum Flumen, quod Mela, lib. II, cap. 5, *Tichis* vocat, hodie est *le Tech*, quod juxta urbem *Elnæ* fluit: Vernodubrum nominis similitudine ductus nostrum esse fluvium *Verdouble* puto, qui in alium influens, cui nomen est *la Gly*, amittit nomen proprium, quod antea usque ad mare servabat. Quod autem flumen *Telis* vocatur a Mela loc. cit. id mihi videtur esse *la Tet*, quod urbem *Perpignan*, antiquamque Ruscinonem præfluit. ED.

12. *Illiberis.* Chiff. et Vet. ap. Dalec. *Illiberæ*, alii *Illybyrtis*. Mela, lib. II, cap. 5. « Vicus Eliberri, magnæ quondam urbis et magnarum opum tenuæ vestigium. » Hard. pluresque alii hanc urbem nunc esse *Colioure*; D'ANVILLE et GIBRAT eam a Constantino magno sub Helenæ matris nomine restitutam, hodie *Elnæ*, rectius, ut opinor, contendunt. ED.

no¹³, Latinorum. Flumen¹⁴ Atax e Pyrenæo Rubrensem a permeans¹⁵ lacum: Narbo¹⁶ Martius, Decumanorum colonia, XII M. pass. a mari distans; Flumina: Arauris¹⁷,

13. *Ruscino Latinorum.* Non modo jure Latii donatam, sed et coloniam vocat Mela, lib. II, cap. 5. Nomen provinciæ dedit *le Roussillon*, ut sup. diximus. Nunc castellum est ab oppido *Perpignan*, quod Ruscionem vicinitate sua exhaustit, una circiter leuca dissitum, et cui nomen est *Castel Roussillon*. ED.

14. *Flumen Atax e Pyrenæo.* Hodie *l'Aude*, quod non e Cemenio, seu Gebenna monte defluit, ut docet, lib. IV, pag. 182, Strabo, qui, ut ait Harduinus, haud satis peritum se locorum eorum fuisse prodit. Rectius Mela, a quo non ineleanter describitur, lib. II, cap. 5: « Atax ex Pyrenæo monte digressus, qua sui fontis aquis venit exiguus, vadusque est, et ingentis alioquin alvei tenens, nisi ubi Narbonem attigit, nusquam navigabilis: sed quum hibernis intumuit imbribus, usque eo solitus assurgere, ut se ipsum non capiat. » Ab eo amne Narbonenses olim Atacini dicti fuisse videntur. ED.

15. *Rubrensem permeans lacum.* Vet. *Rubrosum*. Strab. lib. IV, *Narbonensem, Rubresum* Mela vocat, lib. III, cap. 5, « qua Atacem accipit, ore spatioso admodum: qua mare admittit, aditu tenuem. » Tribus autem ostiis nunc Atax in mare influit, quorum primum, de quo hic Noster, non naturale videtur fuisse, sed fossa a Romanis manu facta, et cujus ripæ lapidibus magnis inducebantur: fossa hæc, cui nomen hodie est, *Robine de Narbonne*, Rubrensem

lacum, hodie *Etangs de Bages et de Sigean*, ingreditur loco, cui nomen, *le Pli de l'ardillon*, mox e lacu egreditur, nomenque *canal de St. Lucie* accipit et in mare, juxta castellum dictum *fort de la Nouvelle*, influit. Per hanc fossam naves a mari Narbonem pervenire poterant, quæ urbs sic portus celebratissimus commercioque dives facta est. Cætera duo ostia sunt: *le Grau de Vendres*, inter stagna *Etangs de Vendres et de Fleury* vocata, et postremum, quod naturale videtur fuisse, per stagnum quondam *Helice palus*, hodie *Etang de Vendres* dictum, in mare influit. ED.

16. *Narbo.* Atacinarum, Decumanorumque colonia, Melæ, loc. cit. Martius, a Marte, ut Sirmondus noster putat in Notis ad Sidon. vel a Martia legione: Decumanorum a militibus decimæ. HARD.—ASTAUC, *Mémoires pour l'Histoire Naturelle du Languedoc* dicit Narbonem Celticum fuisse urbis nomen, illamque cognomen Martium duxisse a Quinto Martio, quo Galliarum proconsule, romana colonia Narbonem occupavit anno U. C. 636. Hodie *Narbonne*, quæ XII M. pass., ut ait Noster, a mari distat, si Atacis brachium, quod *Robine de Narbonne* vocatur, ut modo diximus, sequaris; breviori autem intervallo IX tantum M. passuum. ED.

17. *Arauris.* Ita recte, non vero *Araris*, ut Dalec. et Elz. aut *Rauraris*, ut Strabo. Mela, lib. II, cap. 5: « Tum ex Gebennis dissimulata Arauris

Liria¹⁸. Oppida de cætero rara, præjacentibus¹⁹ stagnis: Agatha²⁰ quondam Massiliensium, et regio Volcarum Tectosagum²¹: atque ubi²² Rhoda Rhodiorum fuit: unde

juxta Agatham fluit. » Ptolem. lib. II, cap. 10. Ἀγάθριος. Gallis, *Hérault*, quod nomen provinciæ dedit. Ed.

18. Liria. MSS. omnes, *Libria*. Nunc *Lez* accolæ vocant; juxta urbem *Montpellier*; non autem mediam secant, ut ait *Hard*. Ed.

19. *Præjacentibus Stagnis*. Nunc *Étangs de Leucate, de Sigean, de Gruissan, de Vendres, de Thau, de Maguelonne, de Perols, de Mauguio, de Repausset; Marais d'Escamandre, de Lermite et de la Souteyrane; Étangs de Valcares, de Journalé, de Beauduc et de Giraud*, inter Rhodani ostia; *de Berre, de Marignane*, multaque alia minora, quorum nomina referre supervacuum est. Ed.

20. *Agatha*. Juxta quam *Arauris* fluit, ut *Mela* admonet loco cit. nunc *Agde*: non, ut subtilioribus quibusdam visum est, *Maguelone*, quæ procul est ab *Arauri* dissita. A *Massiliensibus* conditum esse oppidum *Strabo* auctor est, lib. IV, pag. 182. *HARD*.

21. *Volcarum Tectosagum*. *Volcarum* gens *Romanorum* ditioni, anno U. C. 633, a *Q. Fabio Maximo* et *C. Domitio Ahenobardo* subjecta universam fere provinciam, quæ postea *Narbonensis Prima* dicta est, occupavit. Hoc autem nomen duobus populis commune fuit quorum alter, *Tectosages*, occidentalem, alter vero, *Arecomici*, orientalem provinciæ partem tenuisse videntur. Quibus autem limitibus inter se distinguerentur apud veteres minime constat. *Tectosages*

si *Plinium*, et *Ptolemæum* sequamur, hanc regionem occuparunt, quæ gallico sermone vocatur *l'Est des départemens de l'Arriège et de la Haute-Garonne, celui de l'Aude, le Sud de celui du Tarn et celui de l'Hérault, moins l'arrondissement de Montpellier*. *Arecomici*, de quibus nullo modo meminit *Plinius*, reliquam obtinuisse videntur *Narbonensis Primæ* partem, quam a *Viennensi Rhodanus* disteminabat. Ed.

22. *Ubi Rhoda*. . . fuit. Familiari ea loquendi formula, fuit, excidisse id oppidum, cui vox ea adnectitur, jam ævo suo innotuit. Hæc *Rhodanus* a *Scymno Chio*, sive, ut alii vocant, a *Marciano Heraclæota*, pag. 6, dicitur: alteramque *Rhoden*, quæ in *Hispaniâ* est, (nunc *Roses* incolæ *Catalani* vocant) a *Rhodiis* quoque conditam scribit. *Hieronymus*, in prolog. epist. ad *Galat.* • Oppidum *Rhoda*, inquit, coloni *Rhodiorum* locaverunt, unde amnis *Rhodanus* nomen accepit. H. — Minime probanda mihi videtur *Dalecampii* opinio, qui illud loco hodie dicto *Fox les Martigues* situm fuisse credit; quum non naturale sed manu factum sit *Rhodani* ostium, quod hunc locum attingit. In omni autem ora, quæ inter fluvii ostia jacet, unus tantum vicus hodie habitatus reperitur, qui *les Saintes-Maries*, seu *les trois Maries* vocatur, juxta ostium *Hispaniense*, de quo mox, nota 27. An vero ibi *Rhoda*, aut de qua fusius dicturi sumus, nota 28, *Heraclea*

dictus multo Galliarum fertilissimus Rhodanus amnis, ex²³ Alpibus se rapiens per Lemannum lacum segnemque deferens²⁴ Ararim, nec minus seipso torrentes²⁵ Isaram, et Druentiam. Libyca²⁶ appellantur duo ejus ora modica : 3 ex²⁷ his alterum Hispaniense, alterum Metapinum : ter-

ponenda sit, dubium esse potest; neutra fortasse. ED.

23. *Ex Alpibus*, ex imo monte qui hodie dicitur *le mont de la Fourche*. ED.

24. *Segnemque deferens Ararim*. Unde Claudiano dicitur, *Lentus Arar*. Saucenam posterior ætās appellavit, teste Ammiano, lib. XV, pag. 55, hodieque, *la Saone*. HARD. — Quidam ap. Dalec. *Aurarim*. ED.

25. *Torrentes*. Non *torrentem*, ut prius, sed *torrentes* multitudinis numero reposuimus, tum codicum omnium MSS. fide, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Chiff. et Paris. etc. tum ex re ipsa : namque ea vis torrenti similis etiam Druentiæ propria est, communisque cum Isara et Rhodano. Unde Silius Ital. lib. III, 467 et sqq.

Turbidus hic truncis, saxisque Druentia lætum
Ductoris vastavit iter : namque Alpibus ortus
Avulsas ornos, et adesi fragmina montis
Cum sonitu volvens fertur latrantibus undis :
Ac vada translato mutat fallacia cursu.

Livius quoque lib. XXI, cap 31 : « Is (Druentia) et ipse Alpinus amnis longe omnium Galliæ fluminum difficillimus transitu est : nam quum aquæ vim vehat ingentem, non tamen navium patiens est : quia nullis coercitus ripis, etc. » Hodie *l'Isère* et *la Durance*, in latus uterque Rhodani orientale influit. HARD. et ED.

26. *Libyca*. Universam autem

oram illam a Rhodano Emporium usque, Hispaniæ oppidum, *Διγυστῆκην* Veteres appellarunt, quod eam Ligures tenuere. Scylax. pag. 2 : *Παράπλους Διγύων ἀπὸ Ἐμπορίου μέχρι Ῥοδανού*, etc. HARD. — Bene editio princeps *libica*. Ora illa Rhodani appellantur *Libica*, ob Libem, seu Africum ventum, *le Sud-Ouest*, cui erant obversa. BROU.

27. *Ex his*, etc. Quatuor nunc sunt Rhodani ostia, ex quibus minimum, quod et maxime occidentale, vocatur *le Rhône mort*, Rhodanus mortuus; secundum, *le Petit Rhône*, Rhodanus minor; tertium *le vieux Rhône*, Rhodanus vetus; quartum tandem *le Rhône*, quod et ipsum tribus ostiis in mare irruit. Sæpe sæpius etiam diebus nostris immutavit ostiorum statum aquarum violentia, ita ut omnino impossibile dictu sit, quæ fuerint pro certo tria Rhodani ostia hic a Plinio memorata; D'ANVILLE tamen haud immerito, ut mihi videtur, Hispaniense ostium id, quod hodie vocatur *le Petit Rhône*, Metapinum, quod CASSENI *le Vieux Rhône* appellat, et Massalioticum id, quod tribus ostiis dicitis *Gras du Midi*, *Gras de Sainte-Anne* et *Gras de Sansé*, in mare incurrit. Variant autem antiqui de Rhodani ostiorum numero, ut ait idem D'ANVILLE, qui rem fusius tractat. Vid. *Notice de la Gaule*, pag. 550. ED.

tium, idemque amplissimum, Massalioticum. Sunt, auctores, et Heracleam²⁸ oppidum in ostio Rhodani fuisse.

4 Ultra²⁹, fossæ ex Rhodano C. Marii opere, et nomine³⁰

28. *Et Heracleam.* Hæc Ἡράκλεια Κελτικῆς Stephano. In agro san-Remigiano, prope oppidum *S. Remy*, ostiumque Rhodani Hispaniense, reperta inscriptio, principatu Caroli V, Francorum regis, electam docet ab Atalphy principe *Heracleam in Regiæ majestatis sedem.* Ibi igitur fuisse olim Heracleam putat, qui recitat inscriptionem eam totam Honor. ΒΟΥΧÆ, Hist. Prov. lib. II, Ic. 5, p. 158. Verum distat ager ille San-Remigianus ab ostio Rhodani, in quo fuisse Heracleam auctores, teste Plinio, prodidere. H. — Vide notam 22. Ed.

29. *Ultra, fossæ ex Rhodano, etc.* Vet. ap. Dalec. *ultra fossam ex Rhodano.* Ptolem. lib. II, cap. 10, Φόσσα Μαριάναι, quas quidem male ad Rhodani occidentem ponit, quum certe ad orientem ponendæ sint. Solinus, cap. II, pag. 17: «C. Marius, bello Cimbrico, factis manu fossis invitavit mare: perniciosamque ferventis Rhodani navigationem temperavit.» Maxime variæ de Marianis fossis doctorum fuere opiniones, quibus referendis locus deest; Harduinum tamen non reprehendere non possum, qui eas duo orientalia fuisse Rhodani ostia contendit, posteaque ei, quod magis orientale est, impositum fuisse Arelate Sextanorum; sed, si hæc ostia a Mario manu facta fuerunt, quid antea, ut ait D'ANVILLE, Rhodanus fuit? Cuilibet autem doctissimi viri CASSINI Galliæ mappam consideranti agnoscere fossas Marianas fa-

cile erit in fossa cui nomen est *Canal de navigation d'Arles au port de Bouc*, quæ quidem fossa a Rhodano, juxta Arelate, profecta flumini vicina primum, deinde paulum ab eo recedens, per stagnum, cui nomen est *Etang de Galéjon*, producitur, ex eoque egressa maris littus ambit, tandemque in sinum pervenit gallice *Port de Bouc* vocatum et cum stagno Mastramela, hodie *Etang de Berre et de Martigues*, per stagnum aliud, cui *Etang de Caronte* nomen est, conjunctum. Quod autem stagnum *Etang de Galéjon* vocatum superius diximus, ipsum cum mari meridiem versus jungitur, et septentrionem versus cum stagno alio, cui nomen *Etang des Landes*. Hoc autem stagnum *des Landes* duplicem fossam, quæ ipsa cum Rhodano conjungitur juxta oppidum Arelate recipit. Haud dubium esse mihi videtur quin sint fossæ omnes istæ, si non ipsæ Marianæ, at saltem Marianarum vestigia. Nomen ipsum *Port de Bouc* fossæ ostium indicare videtur; verbum enim gallicum *Bouc* seu *Bouche* latine *ostium* est. Ex supra dictis etiam cur plurali numero fossæ *Marianæ*, non autem *fossa Mariana*, a Nostro vocatæ sint, agnosci facile potest. Ed.

30. *Nomine insignes: Stagnum Mastramela: oppidum.* Sic legebat Ortelius; apud Dalec. vero et Elz. *Nomine insigne stagnum: Astromela oppidum, etc.* Efflagitabat Dalec. ut reponeretur, *Nomine Latera insigne*

insignes : Stagnum³¹ Mastramela : oppidum Maritima Avaticorum³² : superque campi³³ lapidei, Herculis præliorum memoria : Regio Anatiliorum³⁴ : et intus Desuviatum³⁵, Cavarumque. Rursus³⁶ a mari Tricorium : et

stagnum, etc. Male, ut opinor, nam hoc Latera stagnum a Nostro in agro Nemausensi ponitur, qui in occidentali Rhodani ora situs erat, hodieque, ut infra lib. IX, cap. 8, dicitur, *Étang de Maguelone, vel de Pérols*. ED.

31. *Stagnum Mastramela : oppidum Maritima*. Prius *Astromela* legabatur. At Stephanus, pag. 448, *Μαστραμὸλλη*, inquit, *πόλις καὶ λίμνη τῆς Κελτικῆς*. Unde et illud effici videtur geminum oppido adjacenti fuisse nomen, alterum cum stagno commune, proprium alterum. At dum Geographorum vulgus id oppidum putat esse *Martigues*, merito reprehenditur ab Honor. BOUCHÉ, *Hist. Provinc. lib. III, cap. 6, pag. 172*, quod recentissime conditum id esse constat, hoc est non ante annos quingentos, loco antea inculto ac deserto. Veri multo similius statuit esse *Marignane*, ad stagni latus orientale. « Maritima Avaticorum, inquit, Mela, lib. II, cap. 5, stagnum obtinet. » H. — Harduino tamen et Honorato BOUCHÉ minime assentitur doctissimus D'ANVILLE, *Maritimamque hodie Martigues esse contendit*. Broterius illam in loco hodie dicto *le cap d'OEil*, juxta urbem *Saint-Chamas*, situm fuisse dicit; stagnum autem Mastramela haud dubie est *l'étang de Berre, vel de Martigues*. Ad hæc vide D'ANVILLE, *Notice de la Gaule*, pag. 434 et 441. ED.

32. *Avaticorum*. Sic Mela, lib.

II, cap. 5, et MSS. Id nomen agro ei fuit, qui Maritimæ circumjectus erat, et contributus, in Anatiliorum regione, quæ latius multo patuit : quare eadem Maritima in Anatiliorum agro posita dicitur a Ptolemæo, lib. II, cap. 10. HARD.

33. *Campi*. Vulgo, *la Crau*. Mela, lib. II, cap. 5 : « Lapidus, inquit, ut vocant, campus, in quo Herculem contra Albionem et Geryona Neptuniliberos, dimicantem, quum tela defecissent, ab invocato Jove adjutum imbre lapidum ferunt. Credas pluisse, adeo multi passim et late jacent. » Vide Hygin. in *Poet. Astronom. lib. II, cap. Engonasin. fol. 61*. HARD.

34. *Anatiliorum*. Male Vet. ap. Dalec. *Natiliorum*. In inscriptione San-Remigiana proxime laudata, ANATILII. Hi Arelatensem agrum tenuere : Desuviates, quorum interior regio fuit, Tarasconensem : Cavares denique, a confluente Isaræ in Rhodanum, ubi fere Avenio est, ad Druentiam usque, quam late patet, oram omnem, quæ Rhodano alluitur. H. et ED.

35. *Desuviatum*. Chiffi. *Desuviaticum*. ED.

36. *Rursus a mari*. Rursus, inquit, in ora est Tricorium regio : Τρικορίους appellat Strabo, lib. IV, p. 185 ; ubi nunc Massiliensis ager, Aquisextiensis, et supra Druentiam Aptensis. In Aptensi fuere saltus Tricorii, quos Hannibal, dum peteret Italiam, superavit. Vide Am-

intus³⁷ Tricollorum, Vocontiorum³⁸, et Segovellaunorum³⁹:
mox Allobrogum⁴⁰. At in ora Massilia Græcorum Pho-
cæensium⁴¹, fœderata⁴². Promontorium⁴³ Zao : Citharista

mian. lib. XV, pag. 53, et Livium, lib. XXI, cap. 31. H. — Fusius autem de istius populi situ disputat D'ANVILLE, *Notice de la Gaule*, ostenditque eum non maris littus occupasse, sed interiorem regionem, ad orientem Vocontiorum, de quibus mox Noster, idque etiam ex Hannibalis itinere constare. Quem vide, pag. 657, seqq. ED.

37. *Et intus*. Intus recedunt a mari longius Tricolli, qui nunc Sisteronenses : quorum caput fuisse olim creditur *Alarante*, de quo Tabula Peutingeri. Hodie *Talard* in provincia Alpium superiorum, *Département des Hautes-Alpes*, via quæ Sisterone Vapincum ducit. Ita Nic. BOUCHE, *Hist. Prov. lib. III, cap. 7, pag. 178*. HARD.

38. *Vocontiorum*. Hi orientalem provinciarum partem nunc dictarum *Départemens de la Drôme et de Vaucluse*, ut Cavares occidentalem partem tenuere. Oppida eis fuere *Dea, Die*, et *Vasio, Vaison*, ut mox dicemus. HARD. et ED.

39. *Segovellaunorum*. Chiff. *Segovellaronum* legit. *Segalauni* Ptolemæo, lib. II, cap. 8, dicuntur, qui illis urbem Valentiam adjudicat, quam Cavaribus dat Plinius. Unde Segovellaunos, aut Segalaunos Cavarum partem fuisse putat Hard. cui ego assentior. ED.

40. *Allobrogum*. Inter Isaram, Rhodanumque, ut recte Polybius, lib. III, pag. 282, et qui Polybium sequitur Livius, lib. XXI, cap. 31, apud quem pro *Arar* qui *Isara* re-

ponunt, sincerum vas incrustant, nec scriptoris mentem assequuntur. H. — Allobroges etiam terras trans Rhodanum ad septemtrionem habuisse ex Cæsare patet, lib. I, cap. 2. Hodie *Partie sud du département de l'Ain*, cui addenda sunt : *le département de l'Isère, le canton de Genève et une partie de la Savoie*. ED.

41. *Phocæensium*. Strabo, lib. IV, pag. 179, *κτίσμα δ' ἐστὶ Φωκαίων ἢ Μασσαλία*, a Phocæa, urbe Asiæ, de qua dicemus in Ionia, lib. V. A Phocide Græciæ regione profectos Massiliæ conditores non semel affirmat Lucanus, lib. III, magno, ut puto, errore. H. — Quem quidem errorem secutus videtur Dalec. qui *Phocensium* mavult. ED.

42. *Fœderata*. Fœderis causam docet Justinus, lib. XLIII, cap. 5, 8 : « Massiliensium legati, inquit, a Delphis revertentes, audierunt urbem Romanam a Gallis captam, incensamque. Quam rem domi nuntiatam publico funere Massilienses prosecuti sunt : aurumque, et argentum publicum, privatumque contulerunt, ad explendum pondus Gallis, a quibus redemptam pacem cognoverant. Ob quod meritum, et immunitas illis decreta, et locus spectaculorum in senatu datus, et fœdus æquo jure percussum. » HARD.

43. *Promontorium Zao : Citharista portus*, etc. Ita MSS. omnes. Promontorium tamen eodem nomine fuisse nos docet Ptolem. lib. II, cap. 6, *ὁ Κιθαριστὸς τὸ ἄκρον*,

portus. Regio⁴⁴ Camatullicorum. Dein Suelteri⁴⁵, supraque Verrucini⁴⁶. In ora autem Athenopolis⁴⁷ Massiliensium, Forum⁴⁸ Julii Octavianorum colonia, quæ Pacensis appellatur, et Classica : amnis in ea Argenteus⁴⁹. Regio,

quem secuti videntur Dalec. et Elz. qui *Promontorium Citharista, portus, regio Camatullicorum* scribunt. Chiff. *Zaozita : ista portus ; alii Zaoportus* dant ; nos autem Hard. secuti sumus, Zao promontorium diversum esse a Citharista putantes. Citharistam portum hodie esse *Le port de la Ciotat* putat d'ANVILLE, cui libenter assentimur ; unde promontorium Zao idem esse, quod nunc vocatur *Cap de l'Aigle*, conijcere possumus ; quamvis Mannertus illud hodie *Cap de la Croisette* vocari dicat. Citharistes autem promontorium esse *Le cap Cicier* haud longe ab urbe *Toulon* ait idem d'ANVILLE. Vid. *Notice de la Gaule*, pag. 227 et 228. ED.

44. *Regio Camatullicorum*. Hodie, ut nobis videtur, *La partie sud-est du département du Var*, qua in provincia haud longe a Samblacitano sinu, *Golfe de Grimaud*, vicus est nomine *Ramatuelle*, qui ut ait Harduinus, vetusti nominis vestigium servat haud obscurum. ED.

45. *Suelteri*. Nunc est Foroju-liensis ager, citra amnem Argenteum : *Brignole*, et *Draguignan*, *Département du Var*, in medio. Sic *HONOR. BOUCHE*, lib. VII, cap. 7, pag. 182. Favet situs quem in *Tab. Peut. Selteri* obtinent. H. et ED.

46. *Verrucini*. Vet. ap. Dalec. *Verticini*. Suelteris ad Boream ad-siti : ubi nunc *Verignon*, et *Barjols*, *Département du Var, partie septentrionale*. ED.

47. *Athenopolis*. Quum in ora po-

situm id oppidum dicatur, inter portum Citharistam, et Forum Julii, ipsum esse Telonem Martium non temere suspicamur. HARD. — Illud autem hodie loco dicto *Agai*, inter *Frejus* et *la Napoule* situm fuisse putat d'ANVILLE, qui ordini a Plinio dato minime adhærendum censet. Vid. *Notice de la Gaule*, pag. 109. ED.

48. *Forum Julii Octavianorum*. *Frejus*. Octavianorum colonia dicitur, quoniam octavæ legionis militibus ea constaret. In *Thesaur. Goltzii*, pag. 240, nummus Augusti : COL. IVLIA. OCTAVIANORUM. Et alter Neronis, pag. 241 : COL. PACENS. CLASS. Pacensis a Pace dicta est : Classica, ab Augusti classe fortassis, cujus ea navale fuit. Unde Strabo, lib. IV, pag. 184 : Τὸ ναυσταθμὸν τὸ Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ, ὃ καλοῦσι Φόρον Ἰούλιον. Vide Tacitum, lib. III. Suessam tamen, quæ mediterranea civitas est, coloniam pariter Classicam dicemus appellatam, cap. 9, a militibus forte classariis eo deductis. Inscriptio apud Jo. Poldo, lib. de *Antiq. Nemaus*. pag. 165: MILITVM. LEG. VIII. AVG. CIVITAS. FOROIV-LIENSIVM. HARD. — Vet. ap. Dalec. *Octavianorum*. ED.

49. *Argenteus*. Accolis dictus hodieque *Argens*, a colore aquæ argenteo. Arenam devehit, qua portum jam illum opplevit, Augusti navium receptorem, de quo modo diximus. HARD.

Oxubiorum⁵⁰, Ligaunorumque⁵¹: super quos Suetri⁵², Quariates⁵³, Adunicates. At in ora oppidum⁵⁴ Latinum Antipolis. Regio Deciatium: amnis Varus, ex Alpium monte Cema⁵⁵ profusus.

6 In mediterraneo coloniæ: Arelate⁵⁶ Sextanorum, Be-

50. *Oxubiorum*. Quorum caput non Forum Julii, ut ait Hard. sed *Egitna* videtur fuisse, auctore D'ANVILLE. Hic λιμὴν Ὀξυβίου apud Strab. lib. IV, pag. 185. ED.

51. *Ligaunorumque*. Sic libri omnes. Ingaunos, qui ultra Varum sedes habent, frustra Dalecampius inculcare hic nititur pro Ligaunis, qui ante Varum Antipolimque ipsam a Plinio appellantur, et junguntur Oxubiis. Grassensem, ut aiunt, tenuisse agrum videntur. *Partie sud-est du département du Var*. H. et ED.

52. *Suetri*. Ptolemæus, lib. III, cap. 1, meminit Σουητρίων in maritimis Alpibus, quorum oppidum Σαλίνας vocat. Id esse *Seillans* Holstenius putat vicum provinciæ Alpium inferiorum, *Département des Basses-Alpes*, quatuor leucis a *Draguignan*; quam opinionem sequitur D'ANVILLE, quamvis Harduino anteponenda videatur, male, ut opinor, Honor. BOUCHE, Hist. Prov. l. III, c. 2, p. 119, sententia, qui Salinas urbem, *Castellane*, Verdoni amni, qui in Druentiam labitur, impositam fuisse dicit. Errant autem certe geographi, qui eam *Saluces* esse putant. ED.

53. *Quariates, Adunicates*. Quariatium nomen reperit D'ANVILLE in valle quadam dicta *vallée de Queyrus*, *département des Hautes-Alpes*, cum vico cognomine, leucis quin-

que a *Briançon*, meridiem inter et orientem. — Adunicates autem, si Harduino credimus, in provincia dicta *Département des Basses-Alpes*, inter urbes *Senex* et *Digne*, habitaverunt. Minus certa autem nobis videtur hæc opinio quam ut eorum nomen in mappis recte positum putemus. ED.

54. *Latinum*. Hoc est, Latii jure donatum, ut superius diximus. Nunc *Antibes*. Ptolemæo, l. II, cap. 10, Ἀντιπολις in agro Δεκατιῶν, quem Varus amnis claudit, *le Var*. Melæ, lib. II, cap. 5, *Oppidum Deciatium Antipolis*: sic enim legendum. H.

55. *Cema*. Dalec. et Elz. *Acema*, hodie *Monte-Cemelione*. ED.

56. *Arelate. Arles*. Sextanorum dicta, quod esset colonia militum sextæ legionis. Sic *Primanos primæ*, *Unaetvicesimanos vigesimæ primæ*, Tacitus vocat, Ann. lib. I, cap. 37, *Tertianos tertię*, Hist. l. III, c. 24, *Quintanos*, Ann. lib. I, cap. 37, etc. Nummus Caii Cæsaris in *Thes. Goltzii*, COL. ARELAT. SEXTAN; et apud Gruter., pag. 257, SEXTANT. ARELATENSIS. Sed ficta illa: genuinus, inter cæteros Arelate percussos, nummus iste insignis est, in *Cimelio Mediceo*, et *Gaza Regiæ Christianæ*, ex ære maximo. Caput laureatum exhibet Fl. Julii Constantii Aug. qui frater Fl. Julii Constantis. D. N. CONSTANTIVS. AVG.)(. LARGITIO. Sedet Augustus; hinc Urbe Are-

terræ⁵⁷ Septimanorum, Arausio⁵⁸ Secundanorum. In⁵⁹ agro Cavarum Valentia; Vienna Allobrogum. Oppida⁶⁰ Latina: Aquæ⁶¹ Sextiæ Salluviorum⁶², Avenio⁶³ Cavarum, Apta Julia Vulgientium, Alebece⁶⁴ Reiorum Apollinarium, Alba

latensi turrata porrigente dextram Constantio, instar offerentis ei aliquid: inde hastato milite Imperatorem complectente. Delineatur hic nummus a Spanhemio, in editione priore, pag. 823. HARD.

57. *Beterræ*. Sic MSS. omnes, Reg. Colb. et Thuan. lib. XIV, non *Bliteræ*: etsi ita id Melæ ac Straboni nomen scribitur. Vet. apud Dalec. *Biliteræ*. Septimanorum nomen habet a septima legione. Hinc circumjecta regio Septimania appellata, a Sidonio, qui aliis *Beterrensis* ager. Mox Septimaniæ nomen a Gothis ad universum Languedocium translatum. Nunc est oppidum *Beziers*. (*Département de l'Hérault*.) Inscriptio apud Gruterum, pag. 270, SEP. BÆTER. hoc est, *Septimani Bæterrenses*. Stephano Βαταρροῦς dicitur. In Gaza Regia nummus est inscriptus, ΒΗΤΗΡΡΑΤΩΝ: at ex oppido Syriæ aliquo, ut videtur, nunc situs ignoti: non ex *Beterris* certe provincie Narbonensis. H. et ED.

58. *Arausio Secundanorum*. Nummus *Neronis*, in *Thes. Goltzii*, p. 237: COL. ARAUSIO. SECUNDAŃOR. COH. XXXIII. VOLVNT. Deducti nempe eo milites ex cohorte XXXIII secundæ legionis. Hodie *Orange*, in provincia, *Département de Vaucluse* dicta. H. et ED.

59. *In agro, etc.* Et hæ quoque in coloniarum numerum reponendæ. Οὐαλεντία κολωνία Ptolemæo, lib. II, c. 10. Etiamnunc *Valence*, (*Dép. de la Drôme*.) Et in *Thes.*

Goltzii, pag. 242, nummus *Neronis*: COL. VIENNA. LEG. VII. CLAVDIANA. PIA. Etiamnunc *Vienne* (*Dép. de l'Isère*). Cavarum, Allobrogumque situs antea descripsimus. HARD.

60. *Oppida Latina*. Latii jure donata a senatu, vel a principe. H.

61. *Aquæ Sextiæ*. *Aix*. (*Dép. des Bouches du Rhône*.) Coloniam Ptolemæus vocat, et inscriptio apud Gruter. pag. 413. Unde *Aquis Sextiis* nomen, vide in *Epitom. Livii*, lib. LXI. HARD. et ED.

62. *Salluviorum*. Ita MSS. omnes Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiff. non *Salyorum*. Inscriptio Gruteri, pag. 298: DE LIGVRIIS. VOCONTICIS SALLVVICISQ. Σάλλυιας vocat Ptolem. pro Σάλλυιας, lib. II, cap. 10. Hi sunt *Falanii Galli* (lege *Salluvii Galli*) de quibus *Fulvius* triumphasse dicitur in *Epitome Liv.* lib. LX, ut docet inscriptio vetus in *Fastis Triumphorum*: M. FVLVIVS. M. F. Q. N. FLACCVS. PROCOS. DE LIGVRIIVS. VOCONTICIS. ET. SALLVVICIS. HARD.

63. *Avenio, etc.* In *Cavaris* quoque Ptolemæo, lib. II, cap. 10, sed colonia est. Sic *Apta Julia* in *Inscr. P. Sirmondi*, in notis ad ep. 9, lib. IX, *Sidonii*, COL. APT. IVL. Nunc *Avignon* et *Apt*. (*Dép. de Vaucluse*). *Vulgientes* *Tricoriorum* pars fuere, ut superius monuimus. Gruteri inscriptio, p. 296, VVLGIENŃTES, sed hos *Italiæ* populos habet. HARD.

64. *Alebece Reiorum*. *Hactenus* legebatur *Alebecerium Apollina-*

Helvorum⁶⁵, Augusta⁶⁶ Tricastinorum : Anatalia⁶⁷, Aeria⁶⁸,

rium. At MSS. Reg. Colb. et Paris. totidem apicibus id nomen exhibent, quot representamus. Accedit et vetus Inscriptio apud Gruter. p. 468: COL. REIOR. APOLLINAR. et Tabula Peut. REIS. APOLLINARIS, Reii Apollinaribus, a cultu, ut videtur, Apollinis. Quid quod nec Alebece satisfacit ipsa, libentiusque *Albiæce* agnoverim, si MS. ullus codex suffragetur. Nam *Albiæcos* Ἀλβιοίκους Salyibus, sive Salluviis, Vocontiiisque confines Strabo facit, lib. IV, pag. 203, plane ut ipsius oppidi Ἀλβιοίκαι nomen esse potuerit, qua forma, et Σόλοι Solæ Ciliciei appellantur. Urbs autem hodie est *Riez*, in Alpium inferiorum provincia, *Département des Basses-Alpes*. H. et ED.

65. *Alba Helvorum*. Maluisset Dalec. *Alba Helucocorum*; ego autem cur immutaretur aliquid minime video, quum Plinius iterum de hac meminerit, l. XIV, c. 4, *Narbonensis provinciae Alba Helvia*. Non vero, ut quidam putaverunt, hodie *Albi* est, quæ urbs *Albiga*, non *Alba*, semper appellata est. Supersunt innumera illius urbis, ut videtur, rudera, juxta vicum *Alps*, ad amnem *Scoutay*, leucis duobus ab urbe *Viviers*, ad Rhodanum, in quam translata est *Albæ* sedes episcopalis. Hinc *Albenses* promiscue et *Vivarienses* episcopi cognominati. Ptolemæo Ἀλβανγούστα. Cæsar, de Bello Gallic. lib. VII, cap. 56, « Mons Cebenna, qui Arvernos ab Helviis discludit. » Helvorum ager prius *Vivaris* dictus, hodie est le sud de l'arrondissement de Privas, département de l'Ardèche. ED.

66. *Augusta Tricastinorum*. Chiff. *Tricastemorum*. Hodie *Saint-Paul-*

Trois-Châteaux (département de la Drôme). Ptolemæus, lib. II, c. 10, *Tricastinis Næomagum* urbem assignat, quam nonnulli hodie *Nions* volunt esse; d'ANVILLE autem illam unam eandemque esse cum *Angusta* contendit. ED.

67. *Anatalia*. In MSS. *Avatilia*. Hanc urbem ab *Anatiliis*, de quibus supra, nomen duxisse plerique volunt; d'ANVILLE, qui illos sequitur, falsam tantem eorum esse opinionem ait, qui eam hodie esse *Mornas* ad Rhodanum credunt; qui locus haud dubie *Cavarum* fuit, non vero *Anatiliorum* qui mari viciniore fuere. Incertior est situs quam ut ulla in mappa vere inscriptum fuisse putemus. ED.

68. *Aeria*. Hujus urbis, in medio *Cavarum* agro, meminit Strabo, l. IV, pag. 185: Εἰσι δὲ ἐν τῷ μεταξὺ πόλει Αἰνιῶν, καὶ Ἀραυσίων, καὶ Ἀερίᾳ· τῷ ὄντι, φησὶν Ἀρτεμίδωρος, ἁερίᾳ, διὰ τὸ ἐφ' ὕψους ἰδρῦσθαι μεγάλου. Ἡ μὲν οὖν ἄλλη πᾶσα, ἐστὶ παδιάς καὶ εὐβοτος· ἡ δ' ἐκ τῆς Ἀερίᾳς εἰς τὴν Δουρίωνα, ὑπερβείσεις ἔχει στενάς καὶ ὑλώδεις. Quibus ex verbis conjicit d'ANVILLE *Aeriæ* locum hodie esse le mont *Ventoux*, juxta limites provinciarum nunc dictarum *Départemens de la Drôme et de Vaucluse*. Locus enim editissimus, regio campestris et pascuis idonea, nisi quod ab *Aeria* ad *Druentiam*, quam Strabo *Δουρίωνα* vocat, transitus per excelsa est angustus atque silvestris, omnia denique cum *Strabonis* verbis concordare videntur; quidam tamen *Aeria* locodicto *La Croix haute*, haud procul ab urbe *Avignon*, sitam fuisse volunt. ED.

Bormanni⁶⁹, Comacina, Cabellio⁷⁰, Carcasum⁷¹ Volcarum Tectosagum : Cessero⁷², Carpenteracte⁷³ Memnorum : Cenicensis⁷⁴, Cambolectri⁷⁵, qui Atlantici⁷⁶ cognominan-

69. *Bormanni*, *Comacina*. Ita legendum esse, non *Bormannico*, *Marcina*, neque, ut Chiff. pro *Aeria*, *Bormanni*, *Comacina*, *Arearbonia*, *Nocomannia*; tum MSS. tum series ipsa elementorum admonet, quam in Latinis hisce urbibus recensendis Plinius sequitur. Hic quidem ordo nos earum situm requirentes minime adjuvat, nominum tamen similitudine ductus D'ANVILLE, Bormannos in provincia, quæ nunc vocatur *Département du Var*, habitasse credit, ubi reperitur vicus nomine *Bormes*, sex leucis ab oppido *Toulon* dissitus, orientem versus.—*Comacina* autem ignoratur. Fictitia sunt, nec usquam terrarum audita nomina quæ Dalecampius hoc loco affert. ED.

70. *Cabellio*. Inter oppida Cavarum a Ptolemæo, lib. II, cap. 10, Καβελλιῶν Κολωνία, et a Strabone, lib. IV, pag. 185, qui eam Καβαλιῶνα πόλιν vocat, quod nomen plane idem est cum præsentis *Cavaillon* (*Département de Vaucluse*), ad *Druentiam*. ED.

71. *Carcasum*. Καρχασὸν in Volcis quoque Tectosagibus, Ptolemæo, loco citato. Nunc est *Carcassone*, (*Département de l'Aude*), ad fluvium *Atacem*. ED.

72. *Cessero*. Non *Cisteron*, aut *Castres*, ut quibusdam eruditis visum, sed *S. Tiberii pagus*, *Saint-Tubéry*, (*Département de l'Hérault*), ad *Araurim* qui *Agatham* præfluit, leucis fere quatuor a *Beterris*. Κεσσάρῶν est Ptolemæo, lib. II, cap. 10, in

Volcis Tectosagibus. Antonino in *Itiner. Cesero*, a *Beterris* M. P. XII. Ado in *Martyrol.* 10 Novembr. « In territorio *Agathensi* in *Cessarione*, SS. *Martyrum Tiberii*, *Modesti*, et *Florentiæ*, qui tempore *Diocletiani* martyrium compleverunt. » Et in *vita S. Tiberii*: « Et subito apparuerunt juxta fluvium qui dicitur *Araur*, in *vico* qui vocatur *Ceseri*, etc. » HARD.

73. *Carpenteracte*. *Carpentras*, cujus incolæ, cæterique ex agro circumjecto contributi, Memini appellati sunt, Cavarum regionis; Μικροί Ptolemæo, lib. II, cap. 10, sub *Tricastinis*. *Notitia Civitatum Galliæ*: *Civitas Carpenteratensium*, nunc *Vindausca*. In *Concil. Cabilonensi*, anno 650, *Licrius Vindauscensis*, id est, *Carpenteratensis*, ab oppido vicino *Vindausca*. HARD.

74. *Cenicensis*. Forte *Cœnienses*, inquit *Harduinus*, amnis *Cœni* accolæ, cujus inter *Maritimam Massiliam*que meminit *Ptolemæus*, loco citato. *POINSINET Cercinenses* legere jubet quos fuisse dicit in loco quem vocat *Cencerni*, VII M. pass. a *Carpenteracte*. Minus autem certus est istius populi sequentiumque situs quam ut in *mappa* ulla recte describi possit. ED.

75. *Cambolectri*. *Dalec*. et *Elzev*. *Cambolecti*. ED.

76. *Qui Atlantici*. *Eo* cognomine a *Cambolectris* *Agésinatibus* discriminantur, quos junctos esse *Pictoribus* dicemus, lib. IV, capit. 33. H.— Ignoratur autem eorum situs;

tur : Forum⁷⁷ Voconii, Glanum⁷⁸ Livii, Lutevani⁷⁹, qui et Foroneronienses : Nemausum⁸⁰ Arecomicorum, Piscenæ⁸¹, Ruteni⁸², Sanagenses⁸³, Tolosani⁸⁴ Tectosagum, Aquitaniæ contermini : Tasconi⁸⁵, Tarusconienses, Um-

in mappisigitur eorum nomen inscriptum non sine dubitatione legas. ED.

77. *Forum.* Forum, inquit Festus, negotiationis locus est; ut Forum Flaminium, Forum Julium ab eorum nominibus, qui ea fora constituenda curarunt. Quod Voconii modo dicitur, vicus nunc esse *le Canet*, ad amnem Argenteum, diœcesi Forojulensi, contendit Honor. Bouché, *Histor. Prov. lib. III, cap. 4, p. 150.* Antoninus in Itiner. distare a Foro Julii dicit, XII m. pass. pro XXII. Plancus ad Ciceronem, Epist. Fam. lib. X, 17, XXIV m. pass. D'ANVILLE autem *Voconii Forum* in loco dicto *Gonfaron* pro *Voconfaron* agnoscere vult. H. et ED.

78. *Glanum.* A Cabellione XVI m. pass. in Itiner. Antonin. vel potius VII m. pass. ut in tabula provinc. invenitur. Γλάνον in Salyibus, apud Ptolemæum, lib. I, cap. 10. Nunc S. Remigii oppidum, *S. Remy*, inter Arelate et Cabellionem: ut egregie probat idem auctor *Hist. Prov. lib. III, cap. 3, pag. 136.* HARD.

79. *Lutevani.* Oppidum Luteva, *Lodève*, (*département de l'Hérault*): quibus et Foroneroniensium cognomen additum, quod alterius oppidi sub Tricastinis peculiare est apud Ptolem. loc. cit. HARD.

80. *Nemausum.* Colonia dicitur Volcarum Arecomicorum Ptolem. loc. cit. et nummi frequentes occurrunt, COL. NEM. *Nismes*, (*département du Gard*). Multa servat veteris magnificentiae vestigia. H. et ED.

81. *Piscenæ.* Nunc *Pézenas*, (*département de l'Hérault*), prope Araurim amnem. HARD.

82. *Ruteni.* Non ei sunt quos infra, l. IV, c. 33, Noster *provincia conterminus* ait, ut vult Harduinus, sed illi quos Cæsar, de Bell. Gall. lib. VII, cap. 7, *Provinciales* vocat, et quibus oppidum fuit Albiga, hodie *Albi*, (*département du Tarn*), auctore D'ANVILLE, quem videas, *Notice de la Gaule*, pag. 562. ED.

83. *Sanagenses.* Qui Saniciensis ævo posteriore appellati, a Sanicio Alpinae oræ oppido, cujus meminit Ptolemæus, lib. III, cap. 1. Nunc *Senèze*, (*dép. des Basses-Alpes*): H.

84. *Tolosani Tectosagum.* Mendose apud quosdam *Tolosani, Tectosagii*, hodie *Toulouse*, provinciæ caput, cui nomen *Département de la Haute-Garonne*. ED.

85. *Tasconi, Tarusconienses.* Priores incolæ sunt, ut arbitramur, Montis Aureoli, cui nunc *Monti Albano* factum nomen est, *Montauban*, oppido celebri, provinciæ dictæ *Département de Tarn et Garonne*, præcipuus; quod amnis alluit *Tesco* appellatus: inde *Tasconi* accolæ nuncupati, sive *Tasconi*. Auctor vitæ S. Theodardi Archiepiscopi Narbonensis, die 1 Maii, cap. 6: • In Caturcensi territorio, in monte qui Aureolus nuncupatur, ad cujus montis radicem fluvius quidam decurrit, quem indigenæ regionis ipsius *Tesconem* vocant. Hic suo decursu confinia Tolosani Caturcensis ruris liquido

ci⁸⁶ : Vocontiorum civitatis⁸⁷ fœderatæ duo capita,
)⁸⁸, et Lucus⁸⁹ Augusti. Oppida vero ignobilia XIX;
 XXIV Nemausiensibus attributa. Adjecit formulæ⁹⁰
 a Imperator ex Inalpinis Avanticos⁹¹, atque Bodion-

t patenter influxu: qui a præ-
 nonte recedens post modicum
 spatium Tarno immergitur
 i. Nondum erat Mons Al-
 Episcopatus titulo insignitus;
 Caturcensi diœcesi est avulsus.
 teriores a Taruscone Salyum
) nomen habuere, Ταρουσων
)⁹⁰, lib. II, cap. 10, nunc
)⁹¹, ad Rhodanum. In MSS.
)⁹², 2, Colbert. 1, 2, et Paris.
)⁹³, *Taracunnienses*. Libri vul-
)⁹⁴ *ascodunitari*, *Coronienses*, om-
)⁹⁵ tendose, ut vel ex ipsa serie
)⁹⁶ torum liquet. Adeo non pla-
)⁹⁷ njectura eruditi viri, scribi
)⁹⁸ entis: *Tarascoduni*, *Tarni*,
)⁹⁹ *enses*: ut si Tasconos ipsos
)¹⁰⁰ gere cuiquam libuerit, ceu
)¹⁰¹ vocis subsequentis repeti-
)¹⁰², ac solos retinere Tarusco-
)¹⁰³, haud gravate sim assensu-
)¹⁰⁴ am Tarnos ab amne Tarne
)¹⁰⁵ nisci, otiosorum hominum
)¹⁰⁶ esse: Tononienses a Sabau-
)¹⁰⁷ provinciam Narbonensem,
)¹⁰⁸ re, quam solam Plinius mo-
)¹⁰⁹ lustrat, ἀγεωγραφίτων. H.
)¹¹⁰ *Umbratici*. In Tab. Peuting.
)¹¹¹, 1, *Umbrancia* legitur prope
)¹¹² Tectosagas et Nemausum.
)¹¹³ putat POINSINET illos provin-
)¹¹⁴ unc *Département de l'Aveyron*
)¹¹⁵, australem tenuisse partem,
)¹¹⁶ co situm est oppidum *Vabres*.
)¹¹⁷ *Civitatis*. Hoc est, regionis,
)¹¹⁸ ntis, non oppidi. HARD.
)¹¹⁹ *Vasio*. Sic in Ptolemæo: apud
)¹²⁰ et Elz. *Vasco*. Hodie *Vaison*,

département de Vaucluse, leucis qua-
 tuor ab *Orange*. ED.

89. *Lucus Augusti*. Oppidum olim
 submersum lacu, quem Druma flu-
 vius effecerat, quum vicini montis
 ruina aquarum cursus impeditus
 esset. Etiam nunc oppidi reliquie
 visuntur intra Lucensem lacum,
 prope quem posterius exstructus
 fuit pagus, hodie *Le Luc* dictus,
 teste N. CHORIER in *Histor. Del-*
phinaatus. Luci Vocontiorum muni-
 cipii meminit Tacit. *Hist. I*, 66. Vid.
 tom. III, pag. 97, edit. nostr. ED.

90. *Formulæ*. Hoc est, Tabulæ et
 indicii, sive syllabo provinciarum
 Galliæ, adjecit Galba ex gentibus
 Inalpinis, Avanticos atque Bodion-
 ticos. HARD.

91. *Avanticos atque Bodionticos*:
 quorum oppidum *Dinia*. Sic libri om-
 nes tum editi, tum manu exarati
 ante Hermolaum, qui pro *Bodion-*
ticis, *Ebroduntios* fidenter inculca-
 vit, quemque secuti sunt Dalec. et
 Elzev. Nos autem Harduinum qui
 priorem lectionem restituit, sequi
 non dubitavimus.—Ebroduni enim,
 quod Caturigum est oppidum, cap.
 24, meminit Noster, qui certe bis
 eandem gentem sub diversis nomi-
 nibus signare sic non potuit. At non
 levior ejusdem Hermolai lapsus, et
 Guillimanni, qui Hermolaum se-
 cutus est, quum Avanticis oppidum
 fuisse Avenicum, hodie *Avenche*,
 credit; quod quidem oppidum si-
 tum est longe supra Lemannum
 lacum, quo tamen lacu claudi pro-

ticos, quorum oppidum Dinia. Longitudinem provinciæ Narbonensis CCLXX⁹² m. pass. Agrippa tradit, latitudinem CCXLVIII.

- 1 VI. (v.) Italia¹ dehinc, primique ejus Ligures : mox Etruria, Umbria, Latium, ubi Tiberina² ostia, et Roma terrarum caput, XVI m. pass. intervallo a mari. Volscorum postea littus, et Campaniæ : Picentium inde, ac Lucanum, Brutiumque, quo longissime in meridiem, ab Alpium³ fine, lunatis jugis in maria excurrit Italia. Ab eo Græciæ ora, mox Salentini, Pediculi⁴, Apuli, Peligni, Frentani⁵, Marrucini, Vestini, Sabini, Picentes, Galli, Umbri, 2 Etrusci⁶, Veneti, Carni, Iapides, Istri, Liburni. Nec

vinciam Narbonensem superius nominimus. Avanticorum locum reperire credit Honor. BOUCHE in pago dicto *Avançon*, inter *Chorges et Gap*, *département des Hautes-Alpes*; D'ANVILLE autem illos ejusdem provinciæ partem tenuisse putat, quæ trans Druentiam est, meridiem versus. H. Dinia hodie est *Digne*, oppidum haud ignobile, provinciæ caput, cui nomen est *Département des Basses-Alpes*. ED.

92. CCLXX. Martianus, l. VI, p. 203, CCCLXX. De latitudine ambo concinunt. Missi Theodosii: « Juxta Plinium Secundum, longitudinem Provinciæ Narbonensis, CCCLXX m. passuum Agrippa tradidit: latitudinem, CCCXLVIII. » H. — Nihil certi habere possunt istæ mensuræ, quum ignorentur loci ex quibus sumantur. Longitudinem CCLXX m. passuum invenies, si eam a Pyrenæis Lugdunum sumas; latitudinem autem CCCXLVIII nusquam reperi. Mihi rectius videtur longitudinem maximam CCCLXX m. pass. a Pyrenæis finibusque Consuaranorum ad

Genevam sumere; latitudinemque CCCXLVIII a finibus Tolosatum ad Varum, ut volunt haud immerito Missi Theodosii. ED.

VI. 1. Italia dehinc. Transcripsit hunc locum Martianus, lib. VI, de Italia, pag. 203, iisdem plane verbis. HARD.

2. Tiberina ostia. Hoc est, littus illud maris in quod Tiberis effunditur: non urbs ipsa Ostia, quantum et ipsa Tiberina Ostia appellata est. HARD.

3. Ab Alpium fine. Dalec. et Elz. *Ab Alpium pene lunatis jugis*. ED. — A primis Alpibus, inquit Martianus, loc. citat. Plinius ipse paulo inferius hoc cap. *Patet longitudine Italia ab Alpino fine*. Lunata autem juga Apennini montis intellige, cujus dextrum cornu, ut ait Mela, lib. II, cap. 4 Siculum pelagus: alterum, Ionium respicit. HARD.

4. Pediculi. Chiff. *Pediculi*. ED.

5. Frentani. Vet. apud Dalecamp. *Ferentani*. ED.

6. Etrusci. Dalecamp. et Elzev. *Thusci*. ED.

ignoro, ingrati ac segnis animi existimari posse merito, si breviter atque in transcurso ad⁷ hunc modum dicatur terra, omnium terrarum alumna, eadem et parens: numine Deum electa, quæ⁸ cælum ipsum clarius faceret, sparsa congregaret imperia, ritusque molliret, et tot populorum discordes ferasque linguas, sermonis commercio contraheret⁹: colloquia, et humanitatem homini daret: breviterque, una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. Sed¹⁰ quid agam? Tanta nobilitas omnium³ locorum (quos¹¹ quis attigerit?), tanta rerum singularum populorumque claritas tenet. Urbs Roma, vel sola in ea, et digna tam¹² festa cervice facies, quo tandem narrari debet opere? Qualiter Campaniæ¹³ ora per¹⁴ se, felixque illa ac beata amœnitas? ut palam sit, uno¹⁵ in loco gaudentis opus esse naturæ. Jam vero tanta¹⁶ ea vitalis ac perennis salubritatis cæli¹⁷ temperies¹⁸, tam fertiles campi,

7. *Ad hunc.* Vet. apud Dalec. in hunc. ED.

8. *Quæ cælum ipsum, etc.* Imperatoribus suis ornaret, divis factis scilicet. Sic ad Plinii marginem interpretabatur Menagius. ED.

9. *Contraheret: colloquia, et humanitatem.* Dalec. et Elz. *Contraheret ad colloquia, et humanitatem.* ED.

10. *Sed quid agam?* Vet. apud Dalec. *Sed ne id agam.* ED.

11. *Quos quis attigerit?* Quod non copiose, inquit, pro meritis nunc de Italia agam, retineor impediorque multiplici nobilitate locorum (quos quidem nemo attingere, nedum satis prosequi valeat), ingentique singularum rerum ejus, ac gentium claritate. H. — Dalecamp. et Elz. *quos attigerit.* Sine ullo interrogationis signo. Pro τῶν quos volebat Dalec. *quæ.* ED.

12. *Tam festa cervice.* Hoc est,

læta, eximia, ut dictum est lib. II, cap. 46, diciturque iterum lib. IV, cap. 1. Roma, inquit, quæ veluti pro facie est Italiæ, quæ ipsa totius imperii cervix, seu caput est, eam habet dignitatem, vix ut possit diffuso opere explicari. HARD.

13. *Campaniæ ora per se, felixque illa, etc.* Vet. apud Dalecamp. *Campaniæ ora per se felix, illa, etc.* Proponebat Menagius, *Campaniæ ora, felixque illa per se, ac beata amœnitas.* ED.

14. *Per se.* Vel si ad ea spectetur. HARD.

15. *Uno in loco.* Volebat Dalec. *uno hoc in loco.* ED.

16. *Tanta.* Dalecamp. et Elzevir. *tota.* ED.

17. *Cæli.* Chiff. *talis cæli.* ED.

18. *Temperies.* Dalec. et Elzev. *temperies est, contra Toletan. fidem in quo deest vox est.* ED.

tam aprici colles, tam innoxii saltus, tam opaca nemora, tam munifica silvarum genera, tot montium¹⁹ afflatus, tanta frugum et vitium, olearumque fertilitas, tam nobilia pecori²⁰ vellera, tot²¹ opima tauris colla, tot lacus, tot annium fontiumque ubertas, totam eam perfundens, tot maria, portus, gremiumque terrarum commercio patens²² undique: et tanquam ad juvandos mortales, ipsa
 4 avide in maria procurrens. Neque ingenia, ritusque, ac viros²³, et lingua manumque superatas commemoro gentes. Ipsi de ea judicavere Græci, genus in gloriam suam²⁴ effusissimum, quotam partem ex ea appellando Græciam magnam. Nimirum id, quod in mentione cæli fecimus, hac quoque in parte faciendum est, ut quasdam notas²⁵ ac²⁶ pauca sidera attingamus. Legentes tantum, quaeso, meminerint, ad singula toto orbe edisserenda festinari.
 5 Est²⁷ ergo folio maxime querno assimilata, multo proceritate amplior, quam latitudine: in læva²⁸ se flectens

19. *Montium afflatus.* Venti, spirationesque emissæ e montibus, aura illa odorata, quæ per montium latera, ex omni frugum florumque genere descendens, totum inficit ac perfundit aerem. Sic Plinius noster de Polypo, lib. IX, cap. 48, 4: « Afflatu terribili canes agebat. » Et Junior, lib. V, Ep. 6, « Triclinium saluberimum afflatus ex Apenninis vallibus. » Salmasius tamen, *marium afflatus* emendat: perinde ac si maris afflatus aut salubris semper, aut jucundus sit. HARD.

20. *Pecori.* Chiff. *pecudi.* ED.

21. *Tot opima.* Vet. apud Dalec. *tot opima.* ED.

22. *Commercio patens undique.* Solini paraphrasis, cap. II, pag. 12: « Latera portuosa, orasque habet patentibus gremiis, commer-

cio orbis accommodatas. HARD.

23. *Ac viros.* Rectius forsan vires agnoscas, ex sequentibus illis, et lingua manumque superatas gentes. HARD.

24. *Suam.* Chiff. *sui.* ED.

25. *Notas ac pauca.* Vet. apud Dalecamp. *Notas stellas ac pauca sidera.* ED.

26. *Ac pauca.* Chiff. *et pauca.* ED.

27. *Est ergo.* Solinus hæc a Plinio mutuatus, cap. II, pag. 13. H.

28. *In læva.* Vet. apud Dalec. *in lævo.* ED. — Qua tendit ad promontorium Iapygium, et Hydrunticum agrum, nunc *Terra d'Otranto*, Italiæ, versus Ionium mare, et Epirum, ultimum cacumen. Capella quoque, lib. VI, p. 205, hæc ipsa Plinii repetens, *Lævorsum se flectit*, inquit. HARD.

mine, et Amazonicæ²⁹ figura desinens parmæ, ubi medio excursu Cocinthos³⁰ vocatur, per sinus lunatos duos emittens, Leucopetram dextera, Lacinium sinistra. t³¹ longitudine ab Alpino fine Prætorię Augustæ, per Capuamque cursu meante, Rhegium oppidum in agro ejus situm, a quo veluti cervicis incipit flexus, sescentena et viginti millia passuum: multoque amplior sura fieret Lacinium³² usque, ni talis obliquitas in latitudinē videretur. Latitudo ejus varia est: ccccxi³³ inter duo maria, inferum³⁴ et superum, amnes Varum³⁵ atque Arsiam: mediæ³⁶, atque ferme circa

. *Amazonicæ.* Martianus, loco: « Duobus promontoriis pelagonicæ formam reddit: dextero Leucopetram tendens, Lacinium. » Pelta, auctore in *Æneid.* I, v. 494, scutum reysissimum in modum Lunæ mediæ. Confer. ad lib. XII, v. 1. HARD.

. *Cocinthos.* Tria, inquit, propria duos sinus lunatos efficit: ex iis duo extrema, seu coriacedam porrectiora, emittuntur: Leucopetra dextrum, ad Siculum, *Capo dell' Armi*: um Lacinium appellatur in niensi agro, *Capo delle Coloniedium* inter hæc Cocinthos, *di Stilo.* HARD.

. *Patet,* etc. Hæc iisdem fere Solinus et Capella, locis citati Theodosii. De Augusta ria, dicemus cap. 21. H. — m autem a vero discrepat hæc tra; nam Italia non, ut ait patet, decies centena et viginti passuum patet ab Alpino fine um, sed tantum octies centum passuum, per Urbem

Capuamque cursu meante, recto quidem, quantum fieri potest. ED.

32. *Lacinium usque.* Ducta rursus eo usque a Rhegio oppido mensura. H. — Certe, si quo modo vult Harduinus, intelligatur locus iste, mensura centum et quindecim m. pass. amplior fieret; si autem ab Alpino fine Lacinium usque sumatur, quin-quaginta m. pass. brevior. ED.

33. *CCCCX mill.* Ita Solinus, cap. II, pag. 14. Missi Theodosii: *Latitudo Italiæ, cccxx juxta Plinium Secundum.* H. — Vet. ccxc. Paulum autem a vero aberrat ccccxi m. pass. mensura, inter Varum et Arsiam. ED.

34. *Inferum, et superum.* Tuscum illud, istud Adriaticum vulgo nuncupatur. HARD.

35. *Varum,* etc. Varus Narbonensis Galliæ, ut dictum est cap. sup. finis; Arsia finis Italiæ, ut dicitur cap. 23, in Istria. HARD.

36. *Mediæ.* Dicta proxime est Italiæ summæ, qua cingitur Alpibus, latitudo: nunc ejusdem mediæ, ubi fere Roma est, latitudo signatur: postremo, reliquæ. H. — Scrib.

urbem Romam, ab ostio³⁷ Aterni amnis in Adriaticum mare influentis, ad Tiberina ostia, cxxxvi et paulo minus a Castro novo Adriatici maris Alsium ad Tuscum æquor, haud³⁸ ullo inde loco ccc in latitudinem excedens. Universæ autem ambitus a Varo ad Arsiam xxx pass.³⁹ LVIII efficit.

media autem ferme, ut mediam latitudinem intelligas, non mediam Italiam. Chiffi. *mediam autem ferme*. DALEC.

37. *Ab ostio Aterni*. Hunc locum Plinii accuratissimis recentissimisque observationibus eximie congruere, et errare Geographos recentes, qui mensuram Italiæ secus definiunt, docet D. DELISLE, in Commentariis Academiæ Regiæ Scientiarum, anni 1714, pag. 181. H.—Ex probatissimis tamen Italiæ mappis apparet, non, ut ait Noster cxxxvi, sed vix cxxv m. pass. esse Italiæ latitudinem inter Tiberina ostia et ostium Aterni amnis, hodie Pescara. ED.

38. *Haud ullo inde loco ccc*. Reliqua, inquit, Italia ab Alsio Tiberinisque ostiis ad Rhegium usque, nusquam excedit ccc millia pass.—In MSS. Reg. Colb. Paris., etc. *haud ullo in loco*. Parm. edit. *haud ullo in loco* cc. Nos *haud ullo inde loco*, ex conjectura, et Martiano, lib. VI, cap. de Italia, pag. 205. ccc. rescripsimus: *Nusquam*, inquit, *trecenta latitudo ejus excedit*. Sed Plinii mentem idem Martiano haud assecutus sane videtur, quæ nostra interpretatione, feliciter, ut quidem opinamur, illustrata est. H.—Bene MSS. Reg. 2, 5, et editio princeps cc. Perperam eruditus Harduinus e MSS. et Martiano emendavit, ccc.

Patet enim cuivis Italiam inspicienti ab Alsio, usque ad Rhegium, Reggio, eam cc millia passuum in latitudinem non excedere. BAOR.—Sic quidem iati, et quamvis haud absurda videatur Broterii sententia, nihil tamen in Harduino immutandum putavi, quum inter promontorium Leucopetra et Brundisium ccl circiter millia pass. sit intervalum. ED.

39. *XXX pass. LVIII*. Hoc est, tricies centena, et quinquaginta novem millia passuum. Sic MSS. omnes. In Solino, cap. II, pag. 14, et Capella, lib. VI, cap. de Italia, pag. 205, male nunc hic idem universæ Italiæ ambitus colligit vicies centena et XLIX millia pass. hoc est, xx XLVIII, quum utrobique, ut in Plinio, scribendum sit, xxx LVIII nullis additis detractisve: sed tertia tantum denarii nota, quam prava librarii distinctio sequenti summæ tribuit, reddita restitutaque priori. Quamobrem inemerito Salmasius in Solin. pag. 83, ex eodem Solino Martianoque Plinium emendandum pronuntiat, quum e contrario ii sint ex auctore suo Plinio refingendi. Nam si decies centena et xx millia passuum apud eosdem colligit longitudo Italiæ, haud sane pauciora tricies centenis passuum millibus patere ejus ambitum res ipsa pervincit. Superpo-

Abest⁴⁰ a circumdatis terris, Iстриa ac Liburnia qui-
busdam⁴¹ locis centena⁴² m. pass. Ab Epiro et Illyrico
quingenta. Ab Africa minus⁴³ CC, ut auctor⁴⁴ est M.
Varro. Ab Sardinia CXX⁴⁵ m. Ab Sicilia m. ccccc. A Cor-
sica⁴⁶ minus LXX. Ab Issa⁴⁷ quingenta. Incedit per
maria⁴⁸ cæli⁴⁹ regione ad meridiem quidem : sed si⁵⁰ quis
id diligenti subtilitate exigat, inter⁵¹ sextam horam pri-
mamque brumalem. Nunc ambitum ejus, urbesque enu-
merabimus. Qua in re præfari necessarium est, auctorem
nos Divum Augustum secuturos, descriptionemque ab

sita numeralibus notis lineola, cen-
tena toties signari admonet. H. —
Vera autem mensura, a qua omnes
pariter aberraverunt, circiter XX D
m. pass. esse videtur. ED.

40. *Abest.* Hæc Martianus iisdem
verbis, lib. VI, pag. 205. HARD.

41. *Quibusdam locis.* Nempe a
Pola ad Ravennam et ab Iadera
ad Anconam. EN.

42. *Centena.* Dalec. et Elz. cen-
tum. ED.

43. *Minus CC.* Libri scripti et editi
sic habent; emendandum est *minus*
ccc. Nec in distantia Italiæ ab Africa
tantum errare potuerunt aut Varro,
aut Plinius. BROU.

44. *Ut auctor est.* Dalec. et Elz.
ut auctor affirmat. ED.

45. *CXX M.* Sic libri omnes :
nullo tamen loco brevius est quam
CXL millia passuum Sardiniam inter
et proximum Italiæ littus interval-
lum. ED.

46. *A Corsica minus LXX.* Reg.
2, *A Corcyra minus LXX.* Parm. edit.
A Corsica. Martianus, lib. VI, cap.
de Italia, pag. 105, ex optimis
exemplaribus, *A Corsica, minus*
LXX: id quod libentius amplexi sum-
mus. Omitti sane non debuit major

insula, aut longe minor anteponi.
Deinde longiusculum est Italiæ a
Corcyra intervallum, ut minimum
c. m. p. At Corsicam a Vadis Vo-
laterranis LXII. m. p. abesse Plinius
diserte testatus, ut quidem præ se
ferunt exemplaria omnia, lectionem
quam defendimus, egregie tuetur.
H. — Reg. cod. 2, lectionem secuti
sunt Dalec. et Elz. sed male, ut de-
monstrat Harduinus. ED.

47. *Ab Issa quingenta.* Proxi-
mo intervallo Issa, Dalmatiæ insula,
LXXX m. pass. a quolibet Italiæ
littore distat. ED.

48. *Per maria.* Inter Adriaticum
et Tyrrhenum, quibus latera Italiæ
gemina alluuntur. HARD.

49. *Cæli. . . . quidem.* Volebat
Dalec. *Ad cæli quidem meridionalem*
regionem. ED.

50. *Si quis id. . . . exigat.* Codex
Chifflet. *Si quis hoc exigat diligenti*
subtilitate. ED.

51. *Inter sextam.* Hoc est, inter
meridiem, quæ hora sexta Veteribus
dicta est, et exortum solis bruma-
lem, quæ prima. Quod Galli vocant
Sud-Est. Vide etiam quæ dicturi
sumus in notis ad librum VI, cap.
37. HARD.

eo factam Italiæ totius in regiones XI sed ordine eo, qui littorum⁵² tractu fiet: urbium quidem vicinities oratione⁵³ utique præpropera servari non posse: itaque interiori in parte digestionem in litteras ejusdem nos secuturos, coloniæ mentione signata, quas ille in eo prodidit numero. Nec situs originesque persequi facile est, Ingaunis⁵⁴ Liguribus, ut cæteri omittantur, agro tricies dato.

VII. Igitur ab amne¹ Varo Nicæa oppidum a Massiliensibus conditum: fluvius Palo²: Alpes, populique Inalpini multis³ nominibus, sed maxime Capillati⁴: oppidum Vediantiorum⁵ civitatis Cemelion: portus Herculis⁶ Monæci, Ligustica ora. Ligurum celeberrimi ultra

52. *Qui littorum tractu.* Chiff. *qui in littorum tractu.* ED.

53. *Oratione.* Toletan. codex *ordinatione.* ED.

54. *Ingaunis.* Quorum oppidum Albium Ingaunum, de quo mox. H. — Super. cap. legitur *Ligaunis.* DALEC.

VII. 1. *Ab amne Varo.* Hic nona incipit Italiæ regio, a Narbonensi, ut diximus, Varo amne discreta. Sic Italiæ adscribitur Nicæa, quæ tamen Massiliensium colonia fuit. Stephano, Νίκαια Κελτικῆς Μασσαλιωτῶν ἄποικος. Et nunc *Nizza* vocatur incolis, Gallis *Nice*, in Pedemontii regno. ED.

2. *Fluvius Palo.* Sic MSS. quos vidit Vossius, ut quidem ait in *Melam*, pag. 170. *Melæ* ipsi, lib. II, cap. 4 *Paulon flumen*; Hard. In MSS. suis *Pado* legit, quod Chiff. admisit Dalec. et Elz. *Padus.* Cl. Rezzonicus et Brot. *Paulo.* Hodie *Paglione* vocatur; juxta Nicæam in mare influit. ED.

3. *Multis nominibus.* A Livio hæc Ligurum nomina produntur. Ce-

lelates, et Cerdiciates, lib. XXXII, cap. 29. Apuani, et Friniates, lib. XXXIX, cap. 28, etc. HARD.

4. *Capillati.* Qui Liguriam tenere. Αιγύων τῶν Κομητῶν καλουμένων meminit Dio, lib. LIV, pag. 538. De his Lucanus, *Phars.* lib. I, 442.

Et nunc tonse Ligur, quondam per colla decora Crinibus effusus toti prelate Comatæ. HARD.

5. *Oppidum Vediantiorum civitatis Cemelion.* Hoc est Cemelion oppidum gentis Vediantiorum, qui Capillatorum Ligurum pars fuere. *Cemenelion* legunt Cl. Rezzonicus et Broterius a MSS. Palmerii, et ex inscriptionibus; apud Ptolemæum quoque Κεμενιλεον Ουδεσιαντίων legitur, lib. III, cap. 1, in maritimis Alpius. Videntur ejus rudera templumque sub invoc. Mariæ Virg. in loco dicto *Cimiez*, haud procul a Nicæa. — Vet. ap. Dalec. *Vendiantiorum civitas Cemelion.* ED.

6. *Herculis.* Hodieque *Monaco.* Fallitur Ptolemæus, qui Hercules et Monæci portus diversos putat. Ammianus, lib. XV, pag. 53, de

s⁷ Salluvii⁸, Deciates⁹, Oxybii¹⁰: citra¹¹, Veneni¹², et Caturus¹³ orti Vagienni¹⁴, Statyelli¹⁵, Vibelli¹⁶, Magelli¹⁷,

le Thebæo, qui Geryonem xit: Monæci similiter, inquit, et portum ad perennem suam consecravit. Tacito e, Hist. lib. III, cap. 42. us Herculis Monæci. H. — ap. Dalec. qui supra, citati næi mentem amplecti videtur: *Herculis et Monæchus*. ED.

Ultra Alpes. In Narbonensi cia. Salluviorum ibi oppidum ut diximus sup. cap. Aquæ: Deciatum, Antipolis: Oxundeni que, Ægitna. HARD.

Salluvii. Dalec. et Elzev. *Sallyi*. vide quid superiore cap. 5, 51 et 62, dixerimus. ED.

Deciates. Dalec. et Elz. *Deci*: in Chiff. vero *Deciates*. De inferiore vide, cap. 5, nota 4. ED.

Oxybii. Dalecamp. et Elzevir. i. Vide supra, cap. 5, notanda.

Citra. Qui Cisalpini Ligures appellati sunt, nobis iidem Transalpini. Horum fere omnibus obscura nomina, situs omnino oratus. HARD.

Veneri. Quo loco hodie est *Vo*, leucis novem ab oppido *Coni* vocant, in Pedemontio cia; non autem, ut scribit ius, *Vinay*, vico provinciæ (*département de l'Isère*), quod visset. ED.

Et Caturigibus. Ita quidem it Hermolaus: at MSS. omnia *Turris*, forte pro *et Thurris*: *Tungris*. Caturiges autem op-

pidum *Chorges*, ut supra diximus, tenuisse videntur. H. et ED.

14. *Vagienni*. *Bagienni* sunt Varro de Re Rust. lib. I, cap. 51. In Tab. Peut. *Bagitenni*, supra Cemenellum et Albintemelium, segm. 2. Noster, quom eodem libro, cap. 20, 3, Padum illorum finibus profui dicit, eos provinciæ, quam nunc *Marquisat de Saluces* Galli vocant, occidentalem partem tenuisse indicat. De eorum oppido notata in fine hujus capituli nonnulla reperies. ED.

15. *Statyelli*. Haud longe a Vagiennis habitasse videntur, orientem versus, in australi provinciæ parte, quam Galli vocant *le Montferrat*. De eorum oppido vide in fine hujus cap. ED.

16. *Vibelli*. MSS. Reg. Vat. Riccardius et Cl. Rezzonicus *Simbelli* legunt. Quidam illos in ea provinciæ Pedemontii parte habitasse volunt, qua reperitur oppidum *Biela*, octo leucis a Vercellis, *Vercell*, septemtrionem inter et occidentem; cui quidem opinioni minime assentiri possum, quom istos omnes populos Cispadanam Galliam incoluisse e Nostri verbis patet. ED.

17. *Magelli*. Eos ponit POLSINER DE SIVRY in ea provinciæ Ticini parte quæ *Val Maggia* vocatur, in Helvetica republica; sed minus recte; sic enim in transpadana Gallia transferentur, dum certe singulos cispadanæ populos hic perlustrat Noster, ut jam modo superiori nota diximus. EP.

Augusta Vagiennorum³⁵, Alba³⁶ Pompeia, Asta³⁷, Aquis Statyellorum. Hæc regio ex descriptione Augusti nona³⁸ est. Patet ora Liguriæ inter amnes Varum et Macram, ccxi³⁹ M. passuum.

VIII. Adnectitur septimæ¹, in qua Etruria est, ab anne Macra, ipsa mutatis sæpe nominibus. Umbros² inde exegere antiquitus Pelasgi : hos Lydi, a quorum³ rege Tyrreni ; mox a sacrificio ritu, lingua Græcorum⁴ Thusci sunt cognominati. Primum Etruriæ oppidum Luna⁵ portu nobile. Colonia Luca⁶ a mari recedens, propiorque⁷ Pisa

35. *Augusta Vagiennorum*. Ptolemæo lib. III, cap. 1 : Αὐγούστα Βατιενῶν. Illam hodie esse *Carmagnola* putat Cluverius, lib. I, Antiq. Ital. cap. 10 ; Alii *Saluzzo*. D'ARVILLE autem, quem sequimur, illius locum hodie *Vico* appellari dicit, haud longe a *Mondovi*. Vagiennorum autem nomen etiam nunc exstare addit in *Viozenna*, obscuro quodam loco ejusdem regionis. ED.

36. *Alba*. Meminere Ptolemæus, lib. III, cap. 1, Tabula Peutling. aliique. Nomen etiamnum retinet, ad Tanarum, infra Pollentiam. Apud Gruter. pag. 484 : R. P. ALB. POMPEIANORUM. Albenses Pompeiani dicti. lib. XVII, cap. 3. H.

37. *Asta*, etc. Illam *Asti* Itali : istam *Aoqui* vocant, quæ Straboni, lib. V, pag. 217, Ἀκουαισταπέλαι. Hos Ligures Statiellates appellat Livius, l. XLII, cap. 7, seqq. HARD.

38. *Nona*. Vet. ap. Dalec. *undecima*. ED.

39. *CCXI M. passuum*. Paulum a vero aberrat hæc mensura. ED.

VIII. 1. *Septimæ*. MSS. plerique, *septima*. HARD.

2. *Umbros inde*. Hæc omnia græco

carmine Scymnus Chius expressit, pag. 9 ; proluxa oratione Dionys. Halic. lib. I Antiq. Rom. pag. 21 et 22. HARD.

3. *A quorum rege*. Rex Lydororum in Asia Atys colonos ablegavit in Italiam duce Tyrreni filio ; Herod. lib. I. Clio, n. 94, pag. 41 ; Tertull. lib. de spectac. cap. 5, ex Timæo ; Tacitus, Annal. lib. IV, cap. 55 ; Velleius, lib. I, pag. 3. HARD.

4. *Græcorum*. Ἀπὸ τοῦ θύειν, hoc est, a frequenti sacrificio, inquit Servius, in lib. X Æneid. Quare et olim exactiore vocabulo Θυσκοῖι appellati, inquit Dionys. Halic. lib. I Antiq. Rom. pag. 24. HARD.

5. *Luna*. Ingentes visuntur ruinæ hujus civitatis a Normannis deletæ ad ripam Macræ fluvii : circumjacenti agro nomen est, *il Lunegiano* : Portui, seu verius sinui, *Golfo della Spezzia*, ab oppido quod intimo ejus recessui appositum est. HARD.

6. *Luca*. Hodie *Lucca*, quam Auser alluit, Straboni, lib. V, pag. 222. Ἀίσαρ, accolis *Serchio* appellatus. Deductos eo colonos anno fere U. C. 572 Velleius est auctor, lib. II. HARD.

7. *Propiorque*. Subintellige, *eq-*

mnes Auserem⁸ et Arnun⁹, ortæ a Pelope Pisisive a Teutanis¹¹, græca gente. Vada¹² Volaterravius Cecinna, Populonium¹³ Etruscorum quondam tantum in littore. Hinc amnes Prille¹⁵, mox Umnavigiorum capax, et ab eo tractus Umbriæ, portus Telamon¹⁷: Cossa¹⁸ Volcientium a populo roma-

anno Urbis 574, postu-
Pisanis, agrosque pollicen-
10 Latina colonia deduce-
ad eam rem Triumviros
Livius prodidit, lib. XL. In
hio Lucii Cæsaris Angusti
i Juliensis appellantur, *Co-*
bsequentis Juliae Pisanæ. H.
Auserem. Vet. ap. Dalec.

1. Strab. *Exarem*. ED.
rnum. Ἀργεῶν Strabo, Itali
vocant. Pisam Florentiam-
fluit. HARD.

isisque. Elidis oppido, in Pe-
sino, de quo l. IV, c. 6. Ruti-
tiner. lib. I, vs. 573, sq. vid.
it. M. nost. ed. T. IV, p. 155.
ductas suscepit Etruria Pisas,
nis indicio testificata genus.

it et Strabo, loc. cit. et
, cap. II, pag. 12. Ante hos
ro, Æneid. lib. X. v. 179:
jubent Alpheæ ab origine Piseæ,
sca solo.

HARD.

1 Teutanis. Ita libri proba-
non Atintanis; sive, ut Vet.
ec. *Teucanis*. Sicyoniæ ren-
n Peloponneso Teutani-
t. Stephanus: Τίτρανα χωρίον
οἰάζ· νόν δὲ Τευράτιον κκ-
sive igitur Teutani, sive Pi-
isas considerunt, a Pelope
te dicitur. Ἀτίντᾶνα juxta
lib. I, cap. 4. Molossosque est,
pag. 153, et au-
scult. pag.

1153. Macedoniæ adscripta a Ste-
phano. Sed si hos Plinius spectasset,
Atintanibus dicere debuisset, vel
Atintaniis. H. et ED.

12. *Vada*. Nunc *Vadi*, vicus cum
portu, in agro Pisano, a Volaterris
xx m. p. Hic amnis Cecinna de-
currit in mare, et nomen antiquum
retinet. HARD.

13. *Populonium*. Ptolem. lib. III,
cap. 1: Ποπλώνιον πόλις. Ex ejus
ruinis juxta crevit Plumbinum,
Piombino. ED.

14. *Hoc tantum*. Id Strabo expli-
cat, lib. V, pag. 223, solum hoc
ex priscis Etruscorum oppidis si-
tum fuisse in littore asseverans:
quoniam ora importuosa esset. H.
— Supervacua igitur est conje-
ctura Dalecampii qui pro *tantum*,
proponerebat *situm*. ED.

15. *Prille*. Lacum Aprilem vo-
cat Anton. in Itiner. Marit. Qui
nunc ab oppido, *Lago di Castiglione*.
Delabitur in eum lacum amnis, quem
lacui cognominem Plinius facit: in-
colæ *Bruno* vocitant. HARD.

16. *Umbro*. Et nunc *Ombrone*:
mediam fere, Arnun inter Tibe-
rimque, secat Etruriam. Inde ad
Tiberim Umbria proprie appellata,
quæ patuit quondam latius. HARD.

17. *Telamon*. Meminit ejus *Mela*,
lib. II, cap. 4. Hodie *Telamone*
Vecchio, haud procul a novo. ED.

18. *Cossa*. Ex ejus ruinis crevit

no deducta : Gravisca¹⁹, Castrum novum, Pyrgi. Cæretanus²⁰ annis, et ipsum Cære intus m. pass. quatuor, Agylla a Pelasgis conditoribus dictum : Alsium²¹, Fregenæ. Tiberis annis a Macra cclxxxiv²² m. pass. Intus coloniæ : Falisca²³ Argis orta, ut auctor est Cato²⁴, quæ cognominatur²⁵ Etruscorum²⁶, Lucus Feroniæ²⁷, Rusella-

Ansedonia : ipsa postmodum in vicum redacta. « Et desolatæ mænia fœda Cosæ, » cecinit Rutil. in Itiner. 286, (ubi vid. not. Poet. Lat. Min. nost. edit. T. IV, p. 119. ED.) Erat urbs Etruriæ Volci, cujus incolæ Volcientes. HARD. — Cosa nomen retinet propelacum *Orbitello*. BROT.

19. *Gravisca*, etc. Mela, lib. II, cap. 4. *Pyrgi*, *Castrum novum*, *Gravisca*, *Cosa*. Ptolem. lib. III, cap. 1 : Κόσσαί, Γραυίσκαι, Κάστρον νέον, Πύργι. Fuere igitur oppida quatuor. Gravisca excisis successit, auctore D'ANVILLE, *Eremo di Sant-Agostino*; Castro novo, *Torre Chia-ruccia*; Pyrgis vero, *Torre di santa Severa*. ED.

20. *Cæretanus*. Nunc *Eri*, ut recte Leander, et Holsten. contra Cluverium. Cære, nunc *Cer-vetere*, oppidum Patrimonii S. Petri. Agyllam primum a Pelasgis dictum prodidere etiam Dionys. Halic. lib. I, pag. 16, et lib. III, pag. 193, et Stephanus. Cato in Excerptis Orig. pag. 139, etc. Καίρητα Dionysio dicitur. Καίρη Straboni, lib. V, pag. 220. HARD.

21. *Alsium*. Ἄλσιον, καὶ Φρεγηνία Straboni, lib. V, pag. 225. Illud nunc *Palo* est, castrum gentis Ursinæ, in Ducatu Bracciani, ab urbe Roma xviii m. p. si Harduinus audiatur; *Statua*, si GIBBART; *Palo*, si Mannertus. Istud *la Macarese*, seu

Macaresi, villa Ducis Mathei, haud procul ostiis Tiberinis, si audiantur Harduinus et GIBBART. Fregenæ ab Alsio ix m. pass. distare ait Antoninus. ED.

22. *CCLXXXIV M. passuum*. Hæc longe a vero distat mensura, nam ccxxx circiter m. pass. est Macram inter et Tiberim intervalum. ED.

23. *Falisca*. Colonia Junonia, quæ appellatur Faliscos, inquit Frontinus, lib. de Coloniais, pag. 95. Ab Haleso Argivo condita, ut ait Solinus, cap. II, pag. 13. Nunc est civitas *Castellana* ad Tiberim, *Orta* inter et Romam : aut hæc certe ex illius ruinis crevit, quæ prope visuntur, nomenque retinet *Falari*. H.

24. *Cato*. In libris Originum, qui interierunt. HARD.

25. *Cognominatur*, etc. Ut ab altera Falisca, quæ Æquorum dicitur, eo cognomine dirimatur. *Æquosque Faliscos* Virgilius appellat, *Æneid*. VII, 695. HARD.

26. *Etruscorum, lucus Feroniæ, Rusellana*. Vet. apud Dalec. *Hetruscorum lucus, Feroniæ, colonia Rusellana*. ED.

27. *Feroniæ*. Cui Deæ a ferendis fructibus nomen fuit, lucum hunc et locum sacravere in Capenate agro, juxta Viterhium. Unde *Lucosque Capenos*, Maro cecinit. Sub oppido *S. Oreste* etiamnum visuntur Fero-

na²⁸, Senensis²⁹, Sutrina³⁰. De cætero³¹ Aretini³² veteres, Aretini³³ Fidentes, Aretini Julienses, Amitinenses³⁴, Aquenses³⁵ cognomine Taurini, Blerani³⁶, Cortonenses³⁷, Capenates³⁸, Clusini³⁹ novi, Clusini veteres, Fluenti-

narum vestigia, loco quem d'ANVILLE *Petra santa* vocat. Silius XIII, 84:

Dives ubi ante omnes colitur Feronia luo,
Et sacor. humectat fluvialia rura Capenas.
H. et Ed.

28. *Rusellana*. Sive *Rusellæ*. Apud Gregor. VII, lib. III, epist. *Ecclesia Rosellana*, Liv. I. XXVIII, cap. 45, incolæ Rusellani, Inscriptio vetus apud Holsten. in Ital. antiq. p. 39, COL. RUS. HARD.

29. *Senensis*. In MSS. *Senienses*. Scribit Brot. ex editione principe *Senensis*; vocabatur quoque Sena Julia. Hodie *Siena*, in *Toscana*. Ed.

30. *Sutrina*. Colonia Sutrium, Frontino, lib. de Colon. pag. 95. Vetus inscript. in Thes. Goltzii, COL. JULIA SUTRINA. Nunc *Sutri*, ad amnem *Pozollo*. Deductam coloniam post annos septem, quam Galli Urbem ceperunt, auctor est Vell. lib. I, pag. 5. HARD.

31. *De cætero*. Hoc est, reliqui generia oppida, nec jam coloniarum, sed municipia, oppidave Latina. H.

32. *Aretini veteres*. Inscriptio ab Hermolao jam citata: DECURIONES. ARETINORUM. VETERUM. Oppidum *Arezzo*, Florentiam inter Perusiamque. HARD.

33. *Aretini Fidentes, Aretini Julienses*. Chiffi. *Arutini Fidentiores*; alii *Aretini Fidenates*. Eorum urbem loco dicto hodie *Castiglione Aretino*, Juliensium autem loco *Giovi* vocato sitam fuisse putat d'ANVILLE. Mannertus autem Aretium vetus bis

romanis coloniis auctum fuisse ait et inde incolis triplex nomen Veteres, Fidentes, Julienses datum fuisse. Ed.

34. *Amitinenses*. Forte *Anicianenses*: unde lapicidinæ Anicianæ, de quibus Phinius, lib. XXXVI, cap. 49. Ignorantur. HARD.

35. *Aquenses*. Vet. ap. Dalec. *Aqualentes*. Ab Aquis, Thermisve Taurinis. Aquenses dicti sunt. Hariolantur, qui *Aquapendente* in Etruria oppidum signari hoc loco putant. A Centumcellis, hoc est, *Civita Vecchia*, prope hæ Aquensium Thermas abfuerunt. Testis Rutilius in Itiner. I, 237 et sq.

Ad Centumcellas forti defleximus Austro:
Tranquilla puppes in statione sedent.
Et mox, ibid. 249 et sq.

Nosse juvat Tauri dictas de nomine Thermas,
Nec mora difficilis millibus ire tribus, etc.
H. et Ed.

36. *Blerani*. Oppidum Βλήρα Ptolemæo, lib. III, cap. 1. Nunc *Bieda*, in Patrimonio S. Petri. HARD.

37. *Cortonenses*. Vet. ap. Dalec. *Cortonienses*. Oppidum Cortona Livio, lib. IX, cap. 37, nunc retinet nomen in Etruria. HARD. et Ed.

38. *Capenates*. Ibi fuere, ubi nunc est *Morluppo*; juxta Feroniæ lucum, de quo supra. Sic Mannertus in Ital. Antiq. pag. 52, post Ligorium. H. — Capenam juxta urbem *Siano* sitam fuisse aiunt d'ANVILLE et Mannertus; additque prior loco dicto *Civitella*. Ed.

39. *Clusini*. Novorum oppidum

ni⁴⁰ præfluenti Arno appositi, Fesulæ⁴¹, Ferentinum, Fescennia, Hortanum, Herbanum⁴², Nepet⁴³, Novem⁴⁴ pagi, Præfectura⁴⁵ Claudia Foroclodii, Pistorium⁴⁶, Perusia,

Chiusi, prope Tiberis fontes. Veterum, nunc fere desertum, ob insalubritatem aeris, in regione cui nomen est *Val de Chiana*, a Clani palude proxima. Hos non re ac loco, sed nomine solum invicem discrepare censet Holstenius in Notis ad Ital. Antiq. p. 75. At non ita sane Veteres censuerunt: nam in fragmento Itinerarii Antonini, itinere Tiberino, legitur, « Clusio veteri olim Comersolo: Clusio novo, a quo dictus Clusentinus transitus Hannibal. » De veteri Livius, lib. X, 25, « Clusium, quod Camars olim appellabant. » De novo, lib. V, cap. 33. HARD. et ED.

40. *Fluentini*. Ita MSS. plerique, librique editi. At Chiffi. et Paris. *Florentini*, ut in codicibus quos vidit, legisse se, si credimus, testatur Gelenius. Frontinus l. de Colon. pag. 93, Coloniam Florentinam deductam a Triumviris prodidit: et Tacitus, Annal. lib. I, cap. 79, orasse ait Florentinos, ne Clanis solito alveo demotus, in amnem Arnun transferretur, idque ipsis perniciem afferret. Tamen in decreto Desiderii Regis Italiæ, apud Gruter. p. 220: « Palantes Fluentinos collegimus: » quod de Florentinis accipiendum est. Hodie incolis *Firenze* vocata, Gallis *Florence*. HARD. et ED.

41. *Fesulæ*, etc. *Fiesoli*. Ferentini oppidi ruinæ jacent inter Viterbium et *Monte Fiascone*: nomen superest, *Ferenti*. Fescennia nunc *Galese*, ad Tiberim, in Patrimonio

S. Petri: nec procul inde Hortanum *Orta*. HARD.

42. *Herbanum*. Idem Urbis veteris nomine insignitum, *Orvioto*. HARD.

43. *Nepet. Nepi*, juxta amnem *Pozzolo*, inter Romam et Viterbium. Νέπετα Ptolemæo, lib. III, cap. 1. In decretis Hilarii Papæ, *Projectus Nepesinus episcopus*. HARD.

44. *Novem pagi*. Supra Centumcellas, hoc est, *Civita Vecchia*, ad fontes Minionis amnis, *il Mignone*, positi: præfecturæ Claudiæ attributi. HARD.

45. *Præfectura Claudia Foroclodii* in quibusdam *Præfectura Claudia, Forum Claudii*; ap. alios *Forum Cassii*. ED. — Nunc est *Oriolo*, in Ducatu Bracciani. Apud Optatum, *Domitianus a Foro Claudii*, inter Episcopos qui sederunt iudices in causa Donati. Cæterum præfecturæ a coloniis municipiisque omnino diversæ. Ex pluribus constare videntur vicis oppidisque minoribus, eodem ad petenda jura convenientibus. Sic novem pagi Claudiæ adscribuntur. In Ægypto Præfecturas oppidorum Nomos vocabant, ut dicemus lib. V. « Præfecturæ, inquit Festus, hæ appellantur in Italia, in quibus et jus dicebatur, et nundinæ agebantur, etc. » HARD.

46. *Pistorium*, etc. Nunc *Pistoia*, *Perugia*, *Sovana*, et *Saturnia distructa*. Ptolemæo, lib. III, cap. 1, Πιστωρία, Περουσία, Σουάνα, Σατουρνια κολωνία. HARD.

enses, Saturnini qui antea⁴⁷ Aurinini vocabantur, rtani⁴⁸, Statones⁴⁹, Tarquinienses⁵⁰, Tuscanienses⁵¹, lonienses⁵², Veientani⁵³, Vesentini⁵⁴, Volaterrani⁵⁵, entini cognomine Etrusci, Volsinienses⁵⁶. In eadem : oppidorum veterum nomina retinent⁵⁷ agri, Cru-
 inus, Caletranus.

Antea. Sic Chiff. codex; legi-
 te ap. Dalec. et Elz. Ed.

Subertani. Sic MSS. omnes, ssi-
 que libri ante Hermolaum, Suderno Ptolemæi lib. III, t, *Sudertani* scripsit. Nos *Su-
 i* anteponimus, quoniam id ei o, quod *Soverro* hodie appel-
 peraccommodatum nomen ubere, quo circumjectus ager lat. Situm est autem oppidum to, prope *Sovana*, haud pro-
 nne *Flore*. H. et Ed.

Statones. Oppidum Στατώνια, niensis lacus accolæ, de quo s, lib. II, cap. 96, in Du-
 lastrensi, *le daché de Castro*. lacu Olpita fluvius manat. H. : *Tarquinienses.* La *Tarquinia*, rupte *la Turchina*. Ptolemæo, II, cap. 3, Ταρχουίνα. In Pa-
 nio S. Petri, infra Viterbium. cretis Hilarii Papæ, *Apuleius
 iniensis*. HARD.

Tuscanienses. Hodie *Tosca-*
 in Ducatu Castrensi. In Conc. zonensi, in Gallia, *Ioannes
 vensis*, tom. VII Conc. anno pag. 281. HARD.

Vetulonienses. Horum oppidi a nomen priscum retinent, *Ve-*
 supra Plumbinum. Οὐετλων- Dionysio Halic. lib. III An-
 om. pag. 189. HARD.

Veientani. A Verento oppi-
 nunc *Varentano* et *Valentano*,

in Ducatu Castrensi. Frobenius, aliique post eum, *Veientani* pro Veretanis scripsere. HARD.

54. *Vesentini.* Vet. apud Dalec. *Vasentini*. Ed. — Haud procul a Veientanis. Oppidum hodie *Bisontia*, ad ripam Volsiniensis lacus, *Lago di Bolsena*. H. et Ed.

55. *Volaterrani.* Oppido nomen *Volterra* : olim Volaterræ, in Etruria. — In libris editis, *Volaterrani cognomine Etrusci*, Volcentinis præ-
 termissis : at eosdem ex Chiff. codicis fide restituimus, probe gnari, præter Etruscos Volaterranos esse nullos uspiam : neque eo proinde cognomine discerni ab aliis necesse fuisse. Volcentinos autem, seu Volcentanos, et in Lucanis Plinius commemorat, cap. 15. Idem, haud dubie sunt Volcentini isti, quorum urbi apud Ptolem. lib. III, nomen est Οὐόλχοι, quod quidem ad lacum Aprilem situm fuisse putant, hodieque *Grosseto* vocatur. H.

56. *Volsinienses.* Flor. libro I, cap. 21, *Volsini*. Valer. Max. lib. IX, cap. 1, 2, *Volsinenses*. DALEC.

57. *Retinent agri.* Ambo nunc incerti situs. H. — Cave autem ne Crustuminum istum Etruriæ agrum cum alio cognomine agro confundas in Latio sito Crustumerio-
 que urbi circumjecto, et de quo mox insequenti capite dicemus, nota 9. Ed.

IX. Tiberis, antea Tybris appellatus; et prius Albula', e media fere longitudine Apennini, finibus Aretinorum profluit: tenuis primo, nec nisi piscinis corrivatus emissusque, navigabilis, sicuti Tinia² et Glanis influentes in eum, novenorum³ ita conceptu dierum, si non adjuvent imbres. Sed Tiberis propter aspera et confragosa, ne sic⁴ quidem, præterquam trabibus verius quam ratibus, longe⁵ meatibus fertur, per centum quinquaginta millia passuum non procul Tiferno, Perusiaque, et Ocriculo⁶, Etruriam ab Umbris ac Sabinis: mox⁷ citra tredecim millia passuum Urbis, Veientem⁸ agrum a Crustumino⁹, dein Fidenatem

IX. 1. *Albula*. Varro, lib. IV, de Ling. Lat. pag. 13: «Sunt qui Tiberis priscum nomen Latinum Albulam vocitatum litteris tradant: posterius propter Tiberinum regem Latinorum mutatum, quod ibi interierit: nam hoc ejus, ut aiunt, sepulcrum.» Idem prodidit et Livius, lib. I, cap. 3; Ovid. lib. III Fastor. etc. HARD.

2. *Tinia et Glanis*. Vet. ap. Dalec. *Tinia et Glanius*. ED.—*Tinia* Τυνία; Straboni, lib. V pag. 227. H.—Male editio princeps, *Trima*; aliæ, *Tinia*. Recte emendavit Cl. Rezzonicus, *Timia*. Servat nomen, et dicitur *Timia*. In fluvium *Topino* influit prope oppidum *Cannara*. *Glanis*, *La Chiana*. BROX.

3. *Novenorum*. Postquam diebus novem cohibita fuerint eorum annuum aquæ in piscinis, in quas deducti et corrivati fuerunt, ut inde emissi largius fluant. H. — Unde patet, ut animadvertit Broterius, antiquis notam fuisse artem aliquam molium, gallice, *les écluses*. ED.

4. *Ne sic quidem*. Subintellige, navigabilis. HARD.

5. *Longe meatibus*. Scrib. *longe meabilis*, ex MS. Reg. 2, editione principe, et Cl. Rezzonico. BROX. — Vet. apud Dalecamp. *longis meatibus*. ED.

6. *Ocriculo*. Vet. ap. Dalec. *Otriculo*. Item Chiffi. ED.

7. *Mox citra*. Antequam Tiberis ad sextum decimum lapidem ab Urbe perveniat. H. — In MS. Reg. et editione principe, «citra xvi millia», quod mallem. BROX.

8. *Veientem*. Elz. *Veientum agrum*. ED. — Is ager in Etruria fuit, cis Tiberim, in ea regione, in qua nunc insula, *Isola*, est, Farnesiarum pagus: ut recte vidit Holstenius, in Ital. Antiquit. pag. 53 et 55. A Veis nomen Veiens ager accepit. H.

9. *A Crustumino*. Fuit hic ager ultra Tiberim, a Crustumino Etruriæ agro, qui cis Tiberim fuit, de quo in fine sup. cap. diversus. Nomen habet a Crustumio, de quo mox. HARD. — Huic enim urbi circumjectus fuit ager ille, ad flumen Alliam, hodie *Alia* vocatum, et imperio tam funesta Gallorum victoria clarum. ED.

Latinumque a Vaticano¹⁰ dirimens : sed infra¹¹ Aretinum Glanim duobus et quadraginta fluviis auctus, præcipuis autem Nare et Aniene, qui et ipse navigabilis Latium includit a tergo : nec minus tamen aquis¹² ac tot fontibus in Urbem perductis : et ideo¹³ quamlibet magnarum navium ex Italo mari capax, rerum in toto orbe nascentium mercator placidissimus, pluribus prope solus, quam cæteri in omnibus terris amnes, accolitur, aspiciturque villis. Nullique fluviorum minus licet, inclusis utrimque lateribus : nec tamen ipse pugnat, quanquam creber ac¹⁴ subitus incrementis, et nusquam magis aquis quam in ipsa¹⁵ Urbe stagnantibus. Quin immo vates intelligitur potius ac monitor, auctu semper religiosus verius¹⁶, quam sævus.

Latium¹⁷ antiquum a Tiberi Circeios¹⁸ servatum¹⁹ est, 4

10. *A Vaticano.* Qui cis Tiberim fuit, ab Roma versus septemtrionem, et in vetere Etruria. Liv. lib. X, cap. 26. HARD.

11. *Sed infra Aretinum, etc.* Vet. *Intra Tiniam et Glanim.* Lego, *ultra Tiniam item Glanim e duobus quadraginta, etc.* DALEC. — Sed a confluyente Glanis, qui in finibus Aretinorum oritur, ad mare usque, Tiberis duo et XL excipit flumina : quorum præcipui sunt Nar, ipseque Anio, qui item navigabilis includit a tergo Latium. Quin nec minora incrementa Tiberis adeptus ex tot aquis ac fontibus Romam deductis : ideoque mercator rerum toto orbe nascentium placidissimus, ut qui quamlibet magnarum navium sit capax, pluribus prope solus accolitur aspiciturque villis. HARD.

12. *Aquis ac tot fontibus.* Emendabat Menagius, *tot aquis ac fontibus.* ED.

13. *Et ideo.* Scribendum censebat Menagius *est ideo.* ED.

14. *Ac subitus.* Legimus cum eruditissimo viro Broterio *subitus incrementis* ex MS. Reg. 5, et edit. principe. Male emendatum in recentioribus, *subitis.* Malebat etiam *subitus* Harduinus; illud autem reponere non ausus fuerat; legebat autem Dalec. *crebris ac subitis.* ED.

15. *In ipsa urbe.* Anno U. C. 565, duodecies Campum Martium, et plana urbis inundavit. Liv. lib. XXXVIII, cap. 28. HARD.

16. *Religiosus.* Quoniam non tam mala infert per se, quam ea præ-sagit, quæ sacris averti, ac religionibus expiari oporteat. HARD.

17. *Latium antiquum.* Nunc primam Italiæ regionem describere instituit. Latium fuit et antiquum, et novum. Antiquum, ad Circeios: ad Sinuessam usque pertinuit novum. Ita cum Plinio Strabo, lib. V, pag. 231. HARD.

18. *Circeios.* Chiff. *Cerceios.* ED.

19. *Servatum.* Vet. apud Dalec. *usque observatum.* ED.

mille²⁰ passuum quinquaginta longitudine. Tam tenues primordio imperii fuere radices. Colonis sæpe mutatis, tenere alii aliis temporibus, Aborigines²¹, Pelasgi, Arcades, Siculi, Aurunci, Rutuli. Et ultra Circeios²² Volsci, Osci, Ausones, unde nomen²³ Latii processit ad Lirim amnem. In principio est Ostia, colonia a romano²⁴ rege deducta. Oppidum Laurentum²⁵, lucus Jovis²⁶ Indigetis, amnis Numicius, Ardea a Danae Persei matre condita. 5 Dein quondam Aphrodisium²⁷, Antium colonia²⁸, Astura²⁹

20. *Mille passuum quinquaginta longitudine.* Scribo *L. M. pass. longitudine.* Male MS. Reg. 2, *M. P. L. longitudine* : unde in editione principe mille *p.* et in recentioribus, *mille passuum quinquaginta longitudine.* Emendandum fuit *L. M. passuum.* Immo mallet, *sexaginta millia passuum longitudine.* Tot enim sunt locorum millia; si loca ipsa inspicias, tabulamque geographicam Cl. BOSCOVICH accuratissimam dimetiariis inter Tiberis ostia et Circeios, nunc *S. Felice*, ad radices Circeii montis, monte *Circello*. BRON.

21. *Aborigines*, etc. Et hæc Solinus, cap. II, pag. 12. De ea porro voce, Sex. Aurel. Victor. in *Orig. Gentis Rom.* pag. 26 : « Aborigines appellati, inquit, Græca scilicet appellatione, a cacuminibus montium, quæ illi ὄρη vocant : alii volunt eos, quod errantes illo venerint, primo Aberrigines : post mutata littera, altera adempta, Aborigines cognominatos. » Hausit hoc a Dionys. Halic. lib. I, *Antiq. Rom.* pag. 9. HARD.

22. *Circeios.* Chiff. *Corceios.* EN.

23. *Nomen Latii.* Sic in Chiff. Legitur ap. Dalec. et Elz. *nomen*

modo Latii. Pro voce *modo* proponebat Menagius *demum.* EN.

24. *A Romano Rege.* Anco Marcio, ut Livius docet, lib. I, cap. 33. Festus item, verbo *Ostia.* H.

25. *Laurentum.* Δωρεντὸν Dionys. Halic. lib. I, pag. 51. *S. Lorenzo*, medio inter Ostiam Antiamque intervallo. Holsten. Hæc *Laurentia* Maronis *arva.* HARD.

26. *Lucus Jovis.* Ubi sacellum fuit, cujus inscriptio, « Patri Deo Indigetis, qui Numicii amnis undas temperat : Πατρός Θεοῦ χθονίου δὲ ποταμοῦ Νομικίου ῥεύμα διέπει. » Auctor Dionys. Halic. lib. I, pag. 52. Ardeam is amnis alluit, quod nunc Castrum Cæsarinæ gentis, cum veteri appellatione *Ardea.* Virgilius, *Æneid.* lib. VII, vs. 410, Plinio prævit, et Solino, cap. II, pag. 12. HARD.

27. *Aphrodisium.* Hoc est, Veneris templum olim, nunc vestigia tantum. HARD.

28. *Antium.* Nunc quoniam sola supersunt rudera, *Anzio rovinato* Itali accolæ vocant. HARD.

29. *Astura.* Et insulæ nomen hodie, et amni manet. Festus : « Stura flumen in agro Laurenti est, quod quidam Asturam vocant. » H.



flumen et insula. Fluvius Nymphæus³⁰, Clostra³¹ Romana. Circeii³² quondam insula immenso quidem mari circumdata, (ut creditur Homero³³) at nunc planitie. Mirum est, quod hac de re tradere hominum notitiæ possumus. Theophrastus³⁴, qui primus externorum aliqua de Romanis diligentius scripsit: (nam Theopompus, ante quem nemo mentionem habuit, Urbem duntaxat a Gallis captam dixit: Clitarchus ab eo proximus, legationem tantum ad Alexandrum missam:) hic jam plusquam³⁵ et fama³⁶, Circeiorum³⁷ insulæ mensuram³⁸ posuit stadia octoginta, in eo volumine, quod scripsit Nicodoro Athe-

— Sic quidem Harduinus; ego autem in mappis probatissimis flumen hodie *Canal di Conca* dictum reperrī, insulamque inter ejus brachia sitam nullo nomine designatam. ED.

30. *Nymphæus*. Nunc *La Ninsa* dicitur: cujus verum ostium inter Circeios et Terracinam: altero quod Plinii ætate fuit, ad fauces lacus *Fogliani*, arena oppleto. Holsten. H.

31. *Clostra*. Latii veteris limes, et claustra antiqui Imperii, ad coercendos Volscos. Vel claustra forsan ostio Nymphæi amnis opposita, ut Holstenius conjicit, contra vim Oceani, ne oppleretur arena: quod postea nihilominus effectum est. HARD.

32. *Circeii*. Oppidum Volscorum fuit, *Κίρκαία πόλις* Dionysio Halic. lib. VIII, pag. 490, cujus in ruderibus nunc pagus est *S. Felicitæ*, in radicibus Circeii montis, *Monte Circello*. Hic Circe Solis filia creditur habitasse. Dionys. lib. IV, pag. 260. HARD.

33. *Homero*. *Odyss.* x, v. 194. Non intellexit Homerum hoc loco Pliniam. Circes insula, ipsa Tellus

est, Oceano magno circumdata quam *Αἰαίαν* vocat, versu 135, et λ, 70. Ipsa est, inquam, quæ *εὐσιζωος Αἴα* ab eodem vocatur, λ, versu 300, quoniam gignit quidquid opus est alendis mortalibus. Fratrem Circeæ dedit Homerus, μ, versu 137, quem *Æeten*, *Αἰήτην*, hoc est, terrestrem, vocat. Ambos fingit ex Sole genitos, et Nympha Persa, Oceani filia. Hic Circes, sive Telluris frater, vigor est telluri insitus, ex Sole inprimis, quem ali finxere aquis Oceani. HARD.

34. *Theophrastus*. Libro V, *Hist. plant.* cap. 9. HARD.

35. *Hic jam plusquam*. Theophrastus, inquit, Circeiorum insulæ mensuram tradendo, certius quam e fama incertoque rumore, prodidit de ea. HARD.

36. *Et fama*. Volebat Menagius ad auctoris marginem, *ex fama*. ED.

37. *Circeiorum*. Chiffi. *Cereiorum*. ED.

38. *Mensuram posuit stadia octoginta*. Hoc est, x. m. p. Nam vulgo VIII stadia in milliaro romano computantur. ED.

mille²⁰ passuum quinquaginta longitudine. Tam tenues primordio imperii fuere radices. Colonis sæpe mutatis, tenere alii aliis temporibus, Aborigines²¹, Pelasgi, Arcades, Siculi, Aurunci, Rutuli. Et ultra Circeios²² Volsci, Osci, Ausones, unde nomen²³ Latii processit ad Lirim amnem. In principio est Ostia, colonia a romano²⁴ rege deducta. Oppidum Laurentum²⁵, lucus Jovis²⁶ Indigetis, amnis Numicius, Ardea a Danae Persei matre condita.
5 Dein quondam Aphrodisium²⁷, Antium colonia²⁸, Astura²⁹

20. *Mille passuum quinquaginta longitudine.* Scribo *L. M. pass. longitudine.* Male MS. Reg. 2, *M. P. L. longitudine* : unde in editione principe *mille p.* et in recentioribus, *mille passuum quinquaginta longitudine.* Emendandum fuit *L. M. passuum.* Immo mallem, *sexaginta millia passuum longitudine.* Tot enim sunt locorum millia; si loca ipsa inspicias, tabulamque geographicam Cl. BOSCOVICH accuratissimam dimetiariis inter Tiberis ostia et Circeios, nunc *S. Felice*, ad radices Circeii montis, *monte Circello.* BROR.

21. *Aborigines*, etc. Et hæc Solinus, cap. II, pag. 12. De ea porro voce, Sex. Aurel. Victor. in Orig. Gentis Rom. pag. 26 : « Aborigines appellati, inquit, Græca scilicet appellatione, a cacuminibus montium, quæ illi ὄρη vocant : alii volunt eos, quod errantes illo venerint, primo Aberrigines : post mutata littera, altera adempta, Aborigines cognominatos. » Hausit hoc a Dionys. Halic. lib. I, Antiq. Rom. pag. 9. HARD.

22. *Circeios.* Chiff. *Cerceios.* Ed.

23. *Nomen Latii.* Sic in Chiff. Legitur ap. Dalec. et Elz. *nomen*

modo Latii. Pro voce *modo* proponebat Menagius *demum.* Ed.

24. *A Romano Rege.* Anco Marcio, ut Livius docet, lib. I, cap. 33. Festus item, verbo *Ostia.* H.

25. *Laurentum.* Δωρεντὸν Dionys. Halic. lib. I, pag. 51. *S. Lorenzo*, medio inter Ostiam Antiumque intervallo. Holsten. Hæc *Laurentia Maronis arva.* HARD.

26. *Lucus Jovis.* Ubi sacellum fuit, cujus inscriptio, « Patri Deo Indigetis, qui Numicii amnis undas temperat : Πατὴρ ὁ Θεοῦ χθονίου ὅς ποταμοῦ Νομικίου ῥεῦμα διέπει. » Auctor Dionys. Halic. lib. I, pag. 52. Ardeam is amnis alluit, quod nunc Castrum Cæsariæ gentis, cum vetere appellatione *Ardea.* Virgilius, Æneid. lib. VII, vs. 410, Plinio prævit, et Solino, cap. II, pag. 12. HARD.

27. *Aphrodisium.* Hoc est, Veneris templum olim, nunc vestigia tantum. HARD.

28. *Antium.* Nunc quoniam sola supersunt rudera, *Anzio rovinato* Itali accolæ vocant. HARD.

29. *Astura.* Et insulæ nomen hodie, et amni manet. Festus : « Stura flumen in agro Laurenti est, quod quidam Asturam vocant. » H.

n et insula. Fluvius Nymphæus³⁰, Clostra³¹ Romana. ii³² quondam insula immenso quidem mari circum- (ut creditur Homero³³) at nunc planitie. Mirum quod hac de re tradere hominum notitiæ possumus. Theophrastus³⁴, qui primus externorum aliqua de Re diligentius scripsit: (nam Theopompus, ante quem mentionem habuit, Urbem duntaxat a Gallis ca- dixit: Clitarchus ab eo proximus, legationem tan- ad Alexandrum missam:) hic jam plusquam³⁵ et³⁶, Circeiorum³⁷ insulæ mensuram³⁸ posuit stadia inta, in eo volumine, quod scripsit Nicodoro Athe-

quidem Harduinus; ego au- mappis probatissimis flumen *Canal di Conca* dictum repe- ulamque inter ejus brachia ullo nomine designatam. ED.

Nymphæus. Nunc *La Ninfa* : cujus verum ostium inter et Terracinam: altero quod estate fuit, ad fauces lacus *vi*, arena oppleto. Holsten. H. *Clostra*. Latii veteris limes, ustra antiqui Imperii, ad ndos Volscos. Vel claustra ostio Nymphæi amnis oppo- t Holstenius conjicit, contra ceani, ne oppleretur arena: ostea nihilominus effectum ED.

Circeii. Oppidum Volscorum *Ἰρκαία πόλις* Dionysio Halic. II, pag. 490, cujus in rude- tunc pagus est *S. Felicita*, in us Circeii montis, *Monte o*. Hic Circe Solis filia credi- bitasse. Dionys. lib. IV, pag. IARD.

Homero. *Odyss.* x, v. 194. intellexit Homerum hoc loco i. Circes insula, ipsa Tellus

est, Oceano magno circumdata quam *Αἰαίαν* vocat, versu 135, et λ, 70. Ipsa est, inquam, quæ *φυσίζωος Αἴα* ab eodem vocatur, λ, versu 300, quoniam gignit quid- quid opus est alendis mortalibus. Fratrem Circeæ dedit Homerus, μ, versu 137, quem *Æeten*, *Αἰήτην*, hoc est, terrestrem, vocat. Ambos fingit ex Sole genitos, et Nympha Persa, Oceani filia. Hic Circes, sive Telluris frater, vigor est telluri in- situs, ex Sole inprimis, quem ali- finxere aquis Oceani. HARD.

34. *Theophrastus*. Libro V, Hist. plant. cap. 9. HARD.

35. *Hic jam plusquam*. Theophras- tus, inquit, Circeiorum insulæ mensuram tradendo, certius quam e fama incertoque rumore, prodi- dit de ea. HARD.

36. *Et fama*. Volebat Menagius ad auctoris marginem, *ex fama*. ED.

37. *Circeiorum*. Chiffi. *Cerceo- rum*. ED.

38. *Mensuram posuit stadia octo- ginta*. Hoc est, x. m. p. Nam vulgo viii stadia in milliario romano computantur. ED.

niensium magistratu³⁹; qui fuit Urbis nostræ ccccxi anno⁴⁰. Quidquid est ergo terrarum, præter decem millia passuum prope ambitus⁴¹, adnexum insulæ, post eum annum accessit Italiæ.

6 Aliud¹ miraculum : A Circeiis² palus Pomptina³ est, quem locum xxxiii⁴ urbium fuisse Mucianus ter Consul prodidit. Dein flumen Ufens⁵, supra quod Ter-

39. *Magistratu*. Magistratum gerente. Tres simul fuisse Atheniensium Magistratus annuos, nisi quis eorum intra annum e vita decederet, nummi antiqui testari videntur, in quibus plerumque tres appellant. Ejusmodi est ille, quem Goltzius in Græcia refert, Tab. xiv, in quo hic ipse *Nicodorus* videtur notari. Sic enim habet : Α Θ Ε. hoc est, Ἀθηναίων Θεᾶ, *Atheniensium Dea*; Minerva scilicet. Deinde magistratuum nomina : Δ Ω Ρ Ο Θ Ε. ΝΙΚΟΔΩ. ΔΙΟ. *Dorotheus, Nicodorus, Diogenes*. HARD.

40. *CCCCXL* anno. Ita MSS. omnes, Reg. Colb. Paris. et Chiffi. Quin ipse Plinius, lib. XIII, cap. 30, et lib. XV, cap. 1, hunc ipsum annum signat. Hoc uno in loco permutatis numeris libri impressi, quos inter Dalec. et Elz. habent CCCC. LX. Quin et illud paulo ante, *quod scripsit Nicodoro Magistratui* mutare ausi non sumus, quum sic habeant libri omnes manuscripti, et editi : tametsi neque inscripsisse cuiquam librum suum de plantarum historia Theophrastus videtur. H. et ED.

41. *Prope ambitus*. Vet. ap. Dalec. *propinqui ambitus*. HARD.

1. *Aliud miraculum*. Glossema hæ voces sapiunt : videnturque ex ora libri in textum irrepisse. Nisi quis referri hæc malit ad illa priora,

Mirum est quod de re, etc. quibus ista modo respondeant, *Aliud miraculum*. Nam quod *accessisse Italiæ* proxime ante hæc verba dicitur, spatium illud terrarum intelligendum est, quod retrogresso mari eo, quo Circeii olim circumdabantur, accessit Italiæ, sive continenti : quum mox, vice versa, locum xxxiii Urbium Pomptina palus obtineat. H.—In Dalec. et Elz. sequuntur superiorem periodum, nullo interjacente intervallo, verba hæc *aliud miraculum* : ita ut legatur : *Accessit Italiæ aliud miraculum*. ED.

2. *Circeiis*. Chiffi. *Cerceiis*. ED.

3. *Pomptina*. Vel, ut alibi, ipsique Festo, *Pontina*. Nomen suum servat. In agro Pometino, ἐν τῷ Πομεντινῶν πεδίῳ fuit, inquit Dionys. loc. cit. cui nomen a Suessa Pometia, Volscorum urbe mediterranea. De hac palude dicemus iterum, lib. XXVI, cap. 9. HARD.

4. *XXXIII*. Sic in Chiffi. Apud Dalec. et Elz. *viginti trium*. ED.

5. *Ufens*. Vibius Seq. pag. 338, *Ufens Terracinae proximus*. Sil. Ital. VIII, v. 381 : « Liventes cano per squalida turbidus arva Cogit aquas Ufens, atque inficit æquora limo. » In MSS. *flumen Ufentum*. Amni nomen *il Portatore* : Terracina suum retinet. De vetusta Anxuris appellatione Festus Liviusque. Hinc Ju-

a oppidum, lingua Volscorum Anxur dictum : et fuere Amyclæ⁷, a serpentibus deletæ. Dein locus ncaë⁸, lacus Fundanus⁹, Caieta portus. Oppidum iiaë¹⁰, Hormiæ¹¹ prius olim dictum : ut¹² existimavere, uia Læstrygonum sedes. Ultra¹³ fuit oppidum Pyræ : uia Minturnæ¹⁴, Liri¹⁵ amne divisa, Glani appellato.

Anxurus, apud Maronem, l. lib. VII, versu 799. HARD. Ubi. Volebat Dalec. *ibi*, e æ Variorum. ED.

Amyclæ. Hæc rursum Plin. VIII, cap. 43. Vide Servium id Maronis, Tacitis regnavit is: Æneid. lib. X, vs. 564.

Spelunca. Amyclææ, in lit-
osita, hodie *Sperlonga*: unde Amyclano nomen, *Mare di nga*. HARD.

Fundanus. *Il Lago di Fondi*, pido cognomine, quod v. M. iari distat. HARD.

Formis. Ubi nunc oppidum in intimo Caietani, seu Forsinus recessu. Caieta, hodie . HARD.

Hormiæ prius olim dictum. it in Dalec et Elz. verba prius v. ED.

Ut existimavere. Homerus l. x; Ovid. lib. XIV Metam. 15 cap. II, pag. 14; Plinium 15. Læstrygonas ab Homero cilia, in qua tantum fuere, atos fuisse ait Harduinus, ut em doceat tam ab his qui con- em incolerent, quam ab his qui ent in insulis, aspera multa lisse. Parum arridet mihi ista retatio et præferenda videtur xura quam proponit POINSE- x SIVREX, Læstrygonas nempe

qui postea Siciliam incoluerunt, in eam venisse ex Italia, quam anti- quitus tenuerant. Sic enim Siculos ex Italia transisse in Siciliam, quam a Sicaniis, Hispanica gente, habi- tatam invenerunt, nos docet Dio- nys. Halicarnass. ED.

13. *Ultra fuit oppidum Pyræ*. Chiffletii codex, *Ultra fuit oppidum Pylo*. Dirutum jam tum ævo suo innuit: et de eo sane ceteri scripto- res silent. Unde ignoratur omnino situs ejus. ED.

14. *Minturnæ*. Ubi nunc Liris scapha trajicitur, fere in ejus ostiis: unde loco nomen, *La barca del Garigliano*. Idem Glanis sive Clanis olim appellatus. Strabo, lib. V, pag. 233. Δειρίς ποταμός, Κλάνης δ' ἐκα- λείτο πρότερον. Unde hic *Clani* le- gere vult Broterius. Alius ab amne Glani, quem propterea Aretinum Plinius cognominavit paulo superius; hoc cap. ut ea nota ab isto Clani, qui Liris est, sejungeret. Minturnas deductam coloniam au- ctor est etiam Livius, lib. X, cap. 21, et Ptolem. lib. III, cap. 1. Velleius, lib. I: « Q. Fabio quin- tum, Decio Mure quartum Coss. quo anno Pyrrhus regnare cœpit, Sinuessam Minturnasque missi col- loni. » HARD.

15. *Liri amne divisa, Glani ap- pellato*. Dalec et Elz. *Glanico ap- pellato*. Alias *Clanio*. ED.

Oppidum Sinuessa ¹⁶, extremum in adjecto ¹⁷ Latio, quam quidam Sinopen dixerę vocitatam.

7 Hinc felix illa Campania est. Ab hoc ¹ sinu incipiunt vitiferi colles; et temulentia nobilis ² succo per omnes terras inelyto, atque (ut veteres dixerę) summum Liberi Patris cum Cerere certamen. Hinc Setini ³ et Cæcubi protenduntur ⁴ agri. His junguntur Falerni ⁵, Caleni. Dein consurgunt Massici ⁶, Gaurani ⁷, Surrentinique ⁸ montes.

16. *Sinuessa*. Supersunt ¹⁷ ingentis oppidi rudera, prope castellum *Rocca di Mondragone*: medio ferme intervallo inter ostia Liris, et Savonis. Livius loc. cit. • Placuit, ut duę colonię deducerentur: una ad ostium Liris fluvii, quę Minturnę appellata: altera in saltu Vestino Falernum contingente agrum, ubi Sinope dicitur Græca urbs fuisse, Sinuessa deinde ab colonis Romanis appellata. • ED.

17. *In adjecto*. In novo Latio, quod veteri adjunctum est. Sinuessa alioqui in confinio Latii Campanięque posita, alterutri, ut fit, adjudicatur: nunc quidem Latio; Campanię, lib. XXXI, cap. 4. H.

1. *Ab hoc sinu*. Ab hoc terrarum tractu, quo Latium novum diximus contineri. Hunc locum non intellexit Camillus Peregr. qui mox legendum censuit, *Hinc Vescini, et Cæditii*, pro *Setini, et Cæcubi*, pag. 129 et 143. HARD.

2. *Nobilis succo*. Elz. *nobiles, succo*. ED.

3. *Setini, et Cæcubi*. Ab oppido Latii novi, quod *Σητία* Ptolemæo, lib. III, cap. 1, dicitur, nunc *Sezza*, Setinus ager: Cæcubus, a Cæcubo oppido, quod τὸ Καικουβόν Straboni, lib. V, p. 233, inter Caietanum si-

num, oppidumque Fundanum. Hinc vina Setina et Cæcuba, de quibus lib. XIV, cap. 8. Setię situm Martialis edocet, lib. XIII, Epigr. 109. • *Pendula Pomptinos quę spectat Setia campos*. • HARD.

4. *Protenduntur*. Sic in Chiffli codice; apud Dalecamp. et Elzev. *obtenduntur*. ED.

5. *Falerni, Caleni*. Falernus ager a Massici montis radicibus, de quo mox, in latam planitiem: Calenus a Caleno oppido, nunc *Calvi*, citra Capuam, versus septemtrionem protendebatur. HARD.

6. *Massici*. Nunc *Monte Marsico*, vino suo nobilis, quod *Muscattellam* incolę vocant. Pars illius montis extrema, *Rocca di Mondragone*, de qua paulo antea. H. — Hęc loca et Falernus ager, nunc maxima ex parte sterilia sunt, ibi tamen fit adhuc vinum non insuave, si sit vetus. ED.

7. *Gaurani*. Vibius Seq. pag. 343: *Gaurus mons Campanię*. Sic etiam Liv. libro VII, capite 32. Nunc *Monte Barbaro*, inter Puteolos, et Lucrinum lacum. Camill. Peregr. pag. 231. HARD.

8. *Surrentini*. Qui Surrento oppido imminent, de quo mox. Hinc vina Surrentina, de quibus Plin.

laborini⁹ campi sternuntur, et in delicias alicæ¹⁰ 8
latur messis. Hæc littora fontibus¹¹ calidis rigantur :
æque cætera in toto mari conchylio et pisce¹² nobili
antur¹³. Nusquam generosior oleæ liquor : Et¹⁴ hoc
ue certamen humanæ voluptatis tenuere Osci, Græci,
ri, Thusci, Campani.

ora Savo¹ fluvius : Vulturum² oppidum cum 9
, Linternum³, Cumæ Chalcidensium⁴, Misenum⁵,

IV, cap. 8, ubi et de Gau-
HARD.

Laborini. MSS. Leburini. —

Leborini. De his dicemus
s, lib. XVIII, cap. 29. Ed.

Alicæ populatur. Sic MSS.

In Reg. populitur. Dalec. et
litur. Vet. ap. Dalec. politu-

rum. poliuntur mæsses; propone-
lec. colligitur mæssis; maluisset
ius colitur, qui cæterum affir-
ud Ennium reperiri arva pol-
est arva colere. Quid alica
cemus lib. XVII, cap. 29.
am faciendam mæssis popu-
ioc est, avide rapitur ob ejus
ationem, a Laborinorum
rum incolis. Ed.

Fontibus. Baianas aquas intel-
st Puteolanas, et Stabianas.

Pisce nobili. Scaro. Vide quæ
i sumus lib. IX, cap. 29.

quoque, credo, Baiana et
a intelligit, de quibus lib.
p. 79. HARD.

Adnotantur. Celebrantur, no-
tura. Sic libri omnes : nec
tura placet eruditi viri, le-
idnatantur : qua forma dictum
idio est, « Novit quæ multo
natantur aquæ. » Adnatari
onchylio littora dure admo-
ici nobis videtur. HARD.

14. Et hoc quoque. Felicem hunc
soli tractum, in quo humanæ vo-
luptati explendæ Liber pater cum
Cerere certat et Palladæ, tenuere
varii subinde populi : primum Opi-
ci Ausonesque, inquit Strabo ex
Polybio, lib. V, pag. 242. Deinde
Osci, etc. HARD.

1. Savo. Latium hio a Campa-
niâ disterminat. Hodie Saone. Ca-
mill. Peregr. pag. 151. HARD.

2. Vulturum. Amnis Campaniæ
maximus, Voltorno, dedit oppido
nomen, quod nunc castellum tenue
est in ora, Castel del Voltorno. H.

3. Linternum. Nunc vicus, Torre
di Patria, ab amne cognomine,
quem Virg. Georg. lib. II, Cla-
nium vocat, ut recte Camill. Pe-
regr. pag. 189. In Synodo Palmari,
sub Symmacho, Aprilis Linternensis.
HARD.

4. Chalcidensium. Hoc est, a
Chalcidensibus conditæ, sive ut
Solinus ait, cap. 11, ab Euboensibus.
Est enim oppidum Eubœæ
Chalcis. Livius, lib. VIII, cap. 22 :
« Cumani ab Chalcide Euboica ori-
ginem trahunt. » Sic et Eustath. in
Iliad. β, pag. 279. Nunc solum
superest nomen, Cuma. HARD.

5. Misenum. Capo di Miseno :
ubi oppidi rudera. Sic Baia solum
restat castellum, Castel di Baia.

portus Baiarum, Bauli, lacus Lucrinus⁶ et Averni juxta quem Cimmericum oppidum quondam. Dein teoli⁸, colonia Dicæarchia dicti: postque Phlegræi⁹ cipi, Acherusia¹⁰ palus Cumis vicina. Littore autem I polis Chalcidensium¹¹ et ipsa, Parthenope a¹² tur

Bauli retinet nomen: *Bauli et Bagola*. Hortensii villa quæ est ad Baulos, inquit Cicero, lib. IV, Acad. pag. 28. HARD.

6. *Lucrinus*. Fuit prope recessum intimum sinus Puteolani. Nunc est palus lutosa, cum arundineto. Olim Averno conjunctus, tunc quum portus esset, qualis a Virgilio describitur, Georg. libro II, versu 361: « An memorem portus, Lucrinoque addita claustra, Atque indignatum magnis stridoribus æquor; Julia qua ponto longe sonat unda refuso, Tyrrenusque fretis immititur æstus Avernis? » HARD.

7. *Avernus*. Antro Sibyllæ celebratissimus: hodie *Lago d'Averno*, et *Lago di Tripergola*. Quæ de Cimmericis hoc terrarum tractu sunt olim prodita, fabulis accenset Strabo, lib. V, pag. 245. Nihil præter verum Festus: « Cimmerici dicuntur homines, qui frigoribus occupatas terras incolunt, quales fuerunt inter Baias et Cumas, in ea regione, in qua convallis satis eminenti jugo circumdata est, quæ neque matutino, neque vespertino tempore Sole contegitur. » Et populi pariter et oppidi hujus Cimmerici meminit Homerus *Odyss.* λ: « Ἐνθα δὲ Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε, πόλις τε. » HARD.

8: *Puteoli*. Italis *Pozzuolo*: nostris, *Pouzzol*. Prius *Δικαιαρχία* Straboni, loc. cit. ubi de Puteolorum nominis origine disputat. Tacitus,

lib. XIV, Annal. « Vetus oppidum Puteoli jus coloniarum, et cognitum a Nerone adipiscuntur. » Titinus tamen, lib. de Colonia, 87: « Puteolis colonia Augustus deduxit. » Vide quæ acturi sumus, lib. XXXI, cap. HARD.

9. *Phlegræi*. Idem et *Leborini* seu *Laborini* dicti: nunc *Quarto*, ut egregie adversus verum disputat Camillus. Pag. 261. H. — Hi sunt *Phlegæi* quos egregio opere illustravit Cl. HAMILTON. BR.

10. *Acherusia*. Ἀχέρουσία. Straboni loc. cit. *Lago della luccia*. HARD.

11. *Chalcidensium et ipsa*. Peplus atque Cumæ. Livius enim, lib. I, cap. 22: « Palæopolis fuit haec, cuius inde, ubi nunc Neapolis est; duabus urbibus populus habitabat. Cumis erant oriundi Cumani ab Chalcide Euboicam gentem trahunt. Classe qua ab eis ab domo fuerant, multum in oris ejus, quod accolunt, potius primo in insulas Ænariam et thecasas egressi, deinde in mentem ausi sedes transferre. » quoque Velleium, lib. I. ED.

12. *A tumulo Sirenis*. Cui Parthenope nomen fuit. Strabo, lib. VI, pag. 246. Stephanus: Marti lib. VI, cap. de conditoribus, pag. 206. Solinus, cap. 11, parthenopem Sirenum trium nomina



Sirenis appellata : Herculanium¹³ : Pompeii¹⁴, haud¹⁵ procul spectante monte Vesuvio, alluente vero Sarno amne : ager¹⁶ Nucerinus : et novem millia passuum a mari, ipsa Nuceria¹⁷. Surrentum¹⁸ cum promontorio¹⁰ Minervæ, Sirenum quondam sede. Navigatio¹⁹ a Circeiis duodeoctoginta millia passuum patet. Regio ea a Tiberi prima Italiæ servatur, ex descriptione Augusti.

Tzetz. Chiliad. VI, vers. 719 : Δευχοσία, Δίγεια, Παρθενόπη. HARD.

13. *Herculanium*. Ἡράκλειον Straboni, loc. cit. Anno 79, Vesuvii eruptione destructa atque sepulta, annoque 1711 reperta, juxta urbem *Portici*, ab agricola puteum fodiente. ED.

14. *Pompeii*. Urbs illa cum Herculano Vesuvii eruptione sepulta hodie magna ex parte luci reddita est, innumeraque ejus etiam nunc stantia admirantur ædificia. Romanorum quoque domesticos usus multos nos docuerunt omnia, quæ ex ea et superiore urbe extrahuntur quotidie. Leucis quinque a *Napoli* distat, meridiem inter et orientem. Sarno amne, qui nomen suum servat, alluebatur, ut auctores sunt, præter Plinium, Strabo, pag. 247, et Stat. Sylv. lib. II, carm. 2, v. 265 : « Nec Pompeiani placeant magis otia Sarni. » ED.

15. *Haud procul aspectante monte Vesuvio*. Hoc et Mela Pomponius lib. II, cap. 4; *Herculaneum, Vesuvii montis aspectus, Pompeii*. Hic animadvertit ΠΟΙΝΣΙΝΕΤ ΔΕ ΣΙΥΡΥ, erravisse multos viros cæteroquin doctos, qui eruptionem, qua sepultæ sunt supra dictæ civitates et suffocatus Plinius noster, ut diximus, primam fuisse putaverunt, quum Diodorus Siculus, qui imperante

Augusto scripsit, lib. V. Antiq. Hist. dicat : « Campus quoque ipse dictus Phlegræus, a colle, qui olim plurimum ignis, instar Ætnæ sicculi, evomens, nunc Vesuvius vocatur, multa servans ignis antiqui vestigia. » ED.

16. *Ager Nucerinus*. Vet. apud Dalec. *ager Nucerinus est*. ED.

17. *Nuceria. Nocera*. Cognomen huic Alfaterna fuit, ad discrimen Nuceriæ Umbricæ, quæ Camellaria dicebatur. Auctor Diodorus Sic. lib. XIX, pag. 707. HARD. — Non autem IX M. pass. ut ait Noster, a mari distat, sed tantum VII, ut dant mappæ probatissimæ. ED.

18. *Surrentum. Sorrento*. Ibi ἀκρωτήριον Ἀθήναιον Straboni, lib. V, pag. 247, nunc quoque *Capo della Minerva* : Sirenianos montes Frontinus vocat, lib. de Colon. pag. 125. Ab ea regione Sirenum nomen accepit Homerus, Odyss. μ, versu 44. Sed eas virgines facit, quæ cantando permulcerent aures. H. — Pro *Sirenum . . . sede* legit Chiffi. *Sirenum . . . sedes*, quod Cl. Salmas. placebat. ED.

19. *Navigatio a Circeiis duodeoctoginta*, etc. Paulo longior est navigatio ista, quam Noster eam facit : nam LXXXV M. pass. in probatissimis mappis, recto quidem cursu, reperitur. ED.

portus Baiarum, Bauli, lacus Lucrinus⁶ et Avernus⁷, juxta quem Cimmerium oppidum quondam. Dein Puteoli⁸, colonia Dicæarchia dicti: postque Phlegræi⁹ campi, Acherusia¹⁰ palus Cumis vicina. Littore autem Neapolis Chalcidensium¹¹ et ipsa, Parthenope a¹² tumul-

Bauli retinet nomen: *Bauli* et *Ba-gola*. Hortensii villa quæ est ad Baulos, inquit Cicero, lib. IV, Acad. pag. 28. HARD.

6. *Lucrinus*. Fuit prope recessum intimum sinus Puteolani. Nunc est palus lutosa, cum arundineto. Olim Averno conjunctus, tunc quum portus esset, qualis a Virgilio describitur, Georg. libro II, versu 361: « An memorem portus, Lucrinoque addita claustra, Atque indignatum magnis stridoribus æquor; Julia qua ponto longe sonat unda refuso, Tyrrenusque fretis immititur æstus Avernis? » HARD.

7. *Avernus*. Antro Sibyllæ celebratissimus: hodie *Lago d' Averno*, et *Lago di Tripergola*. Quæ de Cimmeriis hoc terrarum tractu sunt olim prodita, fabulis accenset Strabo, lib. V, pag. 245. Nihil præter verum Festus: « Cimmerii dicuntur homines, qui frigoribus occupatas terras incolunt, quales fuerunt inter Baias et Cumas, in ea regione, in qua convallis satis eminenti jugo circumdata est, quæ neque matutino, neque vespertino tempore Sole contegitur. » Et populi pariter et oppidi hujus Cimmerii meminit Homerus *Odyss.* λ: « Ἐνθα δὲ Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμος τε, πόλις τε. » HARD.

8. *Puteoli*. Italis *Pozzuolo*: nostris, *Pouzzol*. Prius *Δικαιαρχία* Straboni, loc. cit. ubi de Puteolorum nominis origine disputat. Tacitus,

lib. XIV, Annal. « Vetus oppidum Puteoli jus coloniarum, et cognomen a Nerone adipiscuntur. » Frontinus tamen, lib. de Colon, pag. 87: « Puteolis colonia Augustæ Augustus deduxit. » Vide quæ dicturi sumus, lib. XXXI, cap. 2. HARD.

9. *Phlegræi*. Iidem et *Leborini* seu *Laborini* dicti: nunc *campo Quarto*, ut egregie adversus Cluverium disputat Camill. Peregr. pag. 261. H. — Hi sunt *Phlegræi campi* quos egregio opere nuper illustravit Cl. HAMILTON. BROU.

10. *Acherusia*. Ἀχερουσία λίμνη, Straboni loc. cit. *Lago della Coluccia*. HARD.

11. *Chalcidensium* et *ipsa*. Perinde atque *Cumæ*. Livius enim, l. VIII, cap. 22: « Palæpolis fuit haud procul inde, ubi nunc Neapolis sita est; duabus urbibus populus idem habitabat. Cumis erant oriundi: Cumani ab Chalcide Euboica originem trahunt. Classe qua advecti ab domo fuerant, multum in oramaris ejus, quod accolum, potuere: primo in insulas Ænariam et Pithecusas egressi, deinde in continentem ausi sedes transferre. » Vide quoque *Velleium*, lib. I. Ed.

12. *A tumulo Sirenis*. Cui Parthenope nomen fuit. Strabo, lib. V, pag. 246. Stephanus: *Martianus*, lib. VI, cap. de conditoribus urb. pag. 206. Solinus, cap. 11, pag. 13. *Sirenum trium* hæc nomina apud

Sirenis appellata : Herculanium¹³ : Pompeii¹⁴, haud¹⁵ procul spectante monte Vesuvio, alluente vero Sarno amne : ager¹⁶ Nucerinus : et novem millia passuum a mari, ipsa Nuceria¹⁷. Surrentum¹⁸ cum promontorio¹⁰ Minervæ, Sirenum quondam sede. Navigatio¹⁹ a Circeiis duodecoginta millia passuum patet. Regio ea a Tiberi prima Italiæ servatur, ex descriptione Augusti.

Tzetz. Chiliad. VI, vers. 719 : Δευξοσία, Δίγεια, Παρθενόπη. HARD.

13. *Herculanium.* Ἡράκλειον Straboni, loc. cit. Anno 79, Vesuvii eruptione destructa atque sepulta, annoque 1711 reperta, juxta urbem Portici, ab agricola puteum fodiente. ED.

14. *Pompeii.* Urbs illa cum Herculano Vesuvii eruptione sepulta hodie magna ex parte luci reddita est, innumeraque ejus etiam nunc stantia admirantur ædificia. Romanorum quoque domesticos usus multos nos docuerunt omnia, quæ ex ea et superiore urbe extrahuntur quotidie. Leucis quinque a Napoli distat, meridiem inter et orientem. Sarno amne, qui nomen suum servat, alluebatur, ut auctores sunt, præter Plinium, Strabo, pag. 247, et Stat. Sylv. lib. II, carm. 2, v. 265: « Nec Pompeiani placeant magis otia Sarni. » ED.

15. *Haud procul aspectante monte Vesuvio.* Hoc et Mela Pomponius lib. II, cap. 4; *Herculaneum, Vesuvii montis aspectus, Pompeii.* Hic animadvertit POINSINET DE SIVRY, erravisse multos viros cæteroquin doctos, qui eruptionem, qua sepultæ sunt supra dictæ civitates et suffocatus Plinius noster, ut diximus, primam fuisse putaverunt, quum Diodorus Siculus, qui imperante

Augusto scripsit, lib. V. Antiq. Hist. dicat: « Campus quoque ipse dictus Phlegræus, a colle, qui olim plurimum ignis, instar Ætnæ siculi, evomens, nunc Vesuvius vocatur, multa servans ignis antiqui vestigia. » ED.

16. *Ager Nucerinus.* Vet. apud Dalec. *ager Nucerinus est.* ED.

17. *Nuceria. Nocera.* Cognomen huic Alfaterna fuit, ad discrimen Nuceriæ Umbricæ, quæ Camellaria dicebatur. Auctor Diodorus Sic. lib. XIX, pag. 707. HARD. — Non autem IX M. pass. ut ait Noster, a mari distat, sed tantum VII, ut dant mappæ probatissimæ. ED.

18. *Surrentum. Sorrento.* Ibi ἀρωτήριον Ἀθηναιων Straboni, lib. V, pag. 247, nunc quoque *Capo della Minerva*: Sirenianos montes Frontinus vocat, lib. de Colon. pag. 125. Ab ea regione Sirenum nomen accepit Homerus, Odys. μ, versu 44. Sed eas virgines facit, quæ cantando permulcerent aures. H. — Pro *Sirenum*. . . sede legit Chiff. *Sirenum*. . . sedes, quod Cl. Salmas. placebat. ED.

19. *Navigatio a Circeiis duodecoginta*, etc. Paulo longior est navigatio ista, quam Noster eam facit: nam LXXXV M. pass. in probatissimis mappis, recto quidem cursu, reperitur. ED.

11 Intus coloniae : Capua¹ ab campo dicta, Aquinum², Suessa³, Venafrum⁴, Sora⁵, Teanum⁶ Sidicinum cognomine, Nola⁷. Oppida : Abellinum⁸, Aricia⁹, Alba lon-

1. *Capua ab campo*. Livius, lib. IV, cap. 37 : « Capua ab duce eorum Capye, vel (quod propius vero est) a campestri agro appellata. » Livium Festus exscripsit. Sic Diodorus a circumjacentium camporum planitie dictam esse vult. Strabo a capite, quod caput esset duodecim urbium, inditum nomen putavit, pag. 248. Nunc vicus est, *S. Maria di Capua* : a nova Capua millia passuum dissitus, Camillo Peregr. pag. 381, idemque recte admonet, pag. 347, in MSS. legi, *Capua ab xi campo*, hoc est, *ab undecimo campo*, sic enim et nostri habent, et favere Strabo proxime laudatus videtur, perinde ac si e duodecim urbibus, ipsa reliquis undecim præstaret. Plinius, lib. XVIII, cap. 29 : « Capua colonia ab Augusto deducta. » HARD.

2. *Aquinum*. Volscorum oppidum olim vino suo nobile, Livio quoque lib. XXVI, cap. 9, memoratum. Haud procul amne Liri, situm fuit, atque etiam nunc *Aquino* vocatur, in provincia *Terra di Lavoro* dicta. ED.

3. *Suessa*. Apud Gruter. pag. 1093; COLONIA. JULIA. CLASSICA. Hæc Aurunca olim cognominata, ad discrimen Suessæ Pometiæ, quæ in Volscis fuit. Sæpe etiam sine cognomine, quod Suessa Pometia eversa jam inde a Tarquinii temporibus foret. Hæc nunc *Sessa* dicitur, inter Lirim et Teanum, de quo mox. HARD.

4. *Venafrum*. Cujus oleum No-

ster, lib. XV, cap. 2, celebrat his verbis : « Principatum in hoc quoque bono (oleo silicet) obtinuit Italia toto orbe, maxime agro Venafrano, etc. » Venafrum meminit Livius, lib. LXXXIII, cap. 21. Ad Vulturum amnem, situm fuit, quo loco ad orientem flectitur, una circiter leuca ab urbe hodie *Venafrum* dicta, quæ illi successit. ED.

5. *Sora*. Gruter. pag. 409 : COLONIA SORANA. Ad Lirim amnem, Arpino proxima, *Sora*. Ptolemæo, Σῶρα, lib. III, cap. 1. Illam montibus scopulisque munitam fuisse nos docet, lib. IX, cap. 24, Livius, qui Soræ pluribus aliis locis meminit, v. g. lib. VII, cap. 28; X, 1, et XXIX, 15. ED.

6. *Teanum*. Τέανον Σιδικινόν Straboni, lib. V, pag. 249, ad fontes fluvii Savonis. Hodie *Teano*. Sidicinum autem cognominatum est ad discrimen Teani Apuli, hodie *Civita in Capitanata*. ED.

7. *Nola*. Gruterus ex Sirmondo, pag. 1085; COL. FEL. AUG. NOL. Frontinus, lib. de Coloniais, pag. 87 : *Nola Colonia Augusta*. Nomen suum servat. H. et ED.

8. *Abellinum*. Ab hoc Campaniæ Abellino diversum illud quod in Hirpinis fuisse videbimus, cap. 16. Hujus meminit Frontinus, pag. 82. HARD.

9. *Aricia*. Nunc *l'Ariccia*, ubi lucus Aricinus Dianæ sacer, prope Velitras. Ἀριχία, Ptolemæo, lib. III, cap. 1. Frontino, lib. de Colon. p. 82, *Arina*, pro *Aricia*. H.

Acerrani¹¹, Allifani¹², Atinates¹³, Aletrinales¹⁴,
nini¹⁵, Atellani¹⁶, Affilani¹⁷, Arpinates¹⁸, Auxi-
nates¹⁹, Avellani²⁰, Alfaterni²¹: et²² qui ex agro La-

Alba longa. Solo æquata a
tis, Tulli Hostilii principatu.
s. lib. I, pag. 53. Ex ejus
bus oppidum excitatum cui
vetus *Albano* est, XII fere
s. ab urbe Roma. HARD.

Acerrani. Ab Acerris, op-
pidum Liternum amnem, seu Cla-
hodie *Acerra*. De his Vir-
Georg. lib. II, vers. 225:
m dives arat Capua, et vicina
o Ora jugo, et vacuis Cla-
ion æquus Acerris. Vide
m in eum locum. Sunt et
v. alia, de quibus dicemus
9. HARD.

Allifani. Oppidum Strabo-
ni, V, pag. 238, Ἀλιφαί. Livio,
ζ, cap. 42, *Allifæ*: incolæ,
cap. *Allifates*. Frontino, lib.
don. pag. 83, *Allife*. Nunc
bus nomen est *Alifi*, prope
ri ripam. HARD.

Atinates. Ἄτινα Ptolemæo,
II, cap. 1, prope Fidenas,
pidis Latinorum mediterrana-
nunc vicus *Atino*, a Cassino
pass. in radicibus Apennini
s. HARD.

Aletrinales. Alatrinates Her-
omnis populos vocat Livius,
ζ, cap. 43. Nunc *Alatri*, in-
agniam, et Soram. Frontino,
Colon. pag. 82, *Alatrum*. H.

Anagnini. *Dives Anagnia*
ii dicitur, nunc *Anagni*, in
ania, ut vocant, Romana. H.
Atellam. Ἄτελλα Straboni,
pag. 249. In ejus ruinis
est *S. Arpino*, sive *S. Alpidio*,

duobus mill. pass. ab Aversa. Aver-
sanus Episcopus, etiam et Atella-
nus olim, et Cumanus dicebatur.
Holsten. HARD.

17. *Affilani*. Ab oppido, *Affile*.
— In MSS. *Afulani*. In edit. Parm.
Vesulani, perperam: exigente ele-
mentorum serie, ut ab a gentis ejus
nomen incipiat. Frobenius, et alii
post eum, *Asulani*. Nos *Affilani*:
quod apud Frontinum legitur, lib.
LXXXIII, *Affile oppidum lege Sem-
pronio*. H. — Vet. ap. Dalec. *Asu-
lani*. Ut nomen, ita situs incertus
est. ED.

18. *Arpinates*. Arpinum, natale
Ciceronis solum. *Arpino*, mill. pass.
ix a monte Cassino. HARD.

19. *Auximates*. Vet. apud Dalec.
Auximares. Horum situs ad-
huc obscurus. Cave enim Auxi-
matibus aliis confundas, de quibus
in quinta Italiæ regione dicemus
inferius, cap. 18. ED.

20. *Avellani*. Vet. apud Dalec.
Auzellani. Ἀβέλλα Straboni,
lib. V, pag. 249, et nunc *Avella*,
haud longe a Nola. ED.

21. *Alfaterni*. A Nuceria Alfa-
terna, de qua superius, hi nomen
habent. Νοκερίαν τὴν Ἀλφατέρνην
vocat Diodorus, lib. XIX, Bibl.
pag. 707; situs ignoratur. HARD.

22. *Et qui ex agro*. Alfaterni,
ut servetur locorum per litterarum
seriem digestio, in Latinis, Herni-
cis, Labicanisque sunt repetendi.
Λαβικανοὶ Dionys. Halic. lib. V,
pag. 326, Livius Labicos, seu La-
vicos et Lavicum urbem nominat,

tino, item Hernico, item Labicano cognominati : Bovillæ²³, Calatiæ²⁴, Casinum²⁵, Calenum²⁶, Capitulum²⁷ Hernicum, Cereatini qui Mariani²⁸ cognominantur : Corani²⁹ a Dardano Trojano orti : Cubulterini,³⁰ Castrimo-

lib. II, cap. 39, et IV, 47, incolas Labicanos, sive Lavicanos lib. IV, cap. 45 et 46, et VI, 21, agrum Labicanum, seu Lavicanum, lib. III, cap. 25; IV, 49, et XXVI, 9, et viam quæ inde Romam ducebat viam Lavicanam lib. IV, cap. 41. Hanc urbem a dictatore Q. Servilio Prisco captam dirutamque Romani deducta colonia recreaverunt. Nunc esse oppidum *Colonna*, Holstenio credit Fabrettus, dissert. 1, de Aquæd. pag. 13. ED.

23. *Bovillæ*. *Bovilla* oppidum Frontino, lib. de Colon. pag. 83, tab. Peut. *Bobellæ*, decem m. pass. a Roma, in via Appia inter vicos hodie dictos *ostium Fratocchio* et *capo di Leva*, ut vult Mannertus. ED.

24. *Calatiæ*. Livio, *Calatia*, lib. IX, cap. 2. Nunc vicus ignobilis, in Appia via, *Cajazzo*, inter Capuam et Beneventum. Holsten. HARD.

25. *Casinum*. Nunc *Monte Casino*. HARD.

26. *Calenum*. Non est *Carinola*, prope Massicum montem, ut visum est eruditus: sed *Calvi*, citra Capuam fere IV mill. pass. Cales et Calenum idem oppidum est. Calenum municipium Cicero vocat, orat. II, in Rull. Horat. lib. I, Ode 20: « Cæcubum, et prælo domitam Caleno Tu bibes uvam. » Et lib. IV, Ode 12: « Sed pressum Calibus ducere Liberum Si gestis. » Plura de eo argumento Ca-

mill. Peregr. pag. 436. HARD.

27. *Capitulum*. Frontino, lib. de Colon. pag. 123: *Capitulum oppidum lege Syllana est deductum*. In edit. Parm. *Capitulum Hernetum, Cernetani*. Frobenius, aliique deinceps, *Capitulum, Cernetum, Cernetani*. Emendationis nostræ auctor fuit partim Strabo, lib. V, pag. 238, partim Frontinus: sic enim ille: Ἐν τοῖς ἕρεσι τοῖς ὑπὲρ Πραίνεστον, ἢ τε τῶν Ἑρνίκων πολίτην Καπίτουλον, καὶ Ἀναγνία πόλιν ἀξιόλογος, καὶ Κερεαταί, etc. « In montibus supra Præneste urbs Hernicorum sita est, Capitulum, et Anagnia urbs insignis, et Cereate. » Itaque erit *Hernicum* pro *Hernicorum*, et a Cereate Cereatini. Frontinus vero, lib. de Colon. pag. 85: « Cereate Mariana (non *Marina*) municipium familia C. Marii obsidebat. » Et pag. 118: « Ceretium (lege *Cereatium*) municipium familia Marii obsidebant. » H. — *Capitulum* forte hodie *Paliano*, ut vult Mannertus, qui Cereatinos ignorari fatetur. ED.

28. *Qui Mariani*. Ob familiam C. Marii. HARD.

29. *Corani*. « Coram Dardanus condidit, » inquit Martianus, lib. VI, pag. 206, et Solin. cap. II, pag. 13. Lucan. lib. VII, vers. 393, vere admodum, . . . Gabios, Veiosque, Coramque Pulvere vix tectæ poterunt monstrare ruinæ. » Etiamnunc *Core*. HARD.

30. *Castrimonienses*. Frontino,

ses, Cingulani³¹ : Fabienses³², in monte Albano : populienses³³, ex Falerno : Frusinates³⁴, Ferentini, Freginates³⁵, Fabraterni veteres, Fabraterni no- Ficolenses³⁶, Foroappii³⁷, Forentani, Gabini³⁸; In-

e Colon. pag. 85 : « Castrim- oppidum lege Syllana est mu- num. » H. — Ignoratur situs nec non Cubulterinorum ur- id.

. *Cingulani*. Cave eos con- s cum Cingulani Piceni, de s cap. 18 dicemus. Hi et alii i ante illos memorati, multi- e insequentibus omnino igno- r. Ed.

. *Fabienses*. Chiffi. *Gabienses*. — Fabiæ gentis oppidulum in io monte prope Albam lon- de qua, antea dictum est. H.

. *Foropopul*. Legunt Dalec. et *Foropopulienses*. *Ex Falerno nates* : *Ferentinates*, etc. Ed. ll. Peregr. pag. 460 : *FORO- IENSIVM*. Forum Populi, vel ii, Φόρος Ποπλίου apud Ptole- n, lib. III, cap. 1, juxta Ca- i, cui finitimus ager Falernus Ex male distincto hoc Plinii Foropopulienses Cluverius e no agro transtulit in Albanum em. Ibi Forum Populi fuit, nunc *Rocca di Papa*. Ex Fron- pag. 85, *Forum Populi* dici- at rectius, pag. 119, *Popilii*. t Ποπλία, Dionys. Halic. lib. ig. 17. HARD.

j. *Frusinates*. Vet. ap. Dalec. nates. Ed. — A Frusinone op- , cujus Frontinus meminit, le Colon. pag. 85, cum Fe- no, a quo Ferentinates, et ateria, unde Fabraterni. Fa- ria hodie *Falvaterra*, prope

Lirim amnem. Ferentinates Hernici nominis populos appellat Livius, lib. IX, cap. 43. Frusinatum idem meminit, lib. X, cap. 1. Φρουσί- νωνος oppidi, Diod. Sic. lib. XX, Bibl. pag. 809, quod hodieque nomen durat, haud procul a fon- tibus Liris amnis. Juvenalis quo- que, Satyr. 3, vers. 224 : « Aut Fabrateriæ domus, aut Frusinone paratur. » Gruter. pag. 1095 : *FRA- BATERNI*. *NOVANI*. et alibi, *FRABA- TERNI*. *NOVI*. prave. Tab. Peutinger. segm. IV, *Anagnino VIII*, *Ferenti- num VII*, *Febrateriæ IV*. HARD.

35. *Freginates*. Ab alio, quam Fregenis, septimæ regionis, et Etruriæ oppido, de quo diximus cap. sup. HARD.

36. *Ficolenses*. *Ficulnea* est vetus oppidum, apud Liv. lib. I, cap. 38, prope Corniculum. Incolæ Φικάλνεσι Dionys. lib. I, pag. 13. Nunc fanum *S. Vasile*, tribus pass. mill. a Fidenis. H. — Post *Fico- lenses* legitur in Elz. *Fregellani*. Ed.

37. *Foroappii*. Dalec. et Elzev. *Foroappi*. Vet. apud Dalecamp. *Foro Appiani*, Ed. — Mira nominis conformatio a Foro Appii : saltem *Foroappienses* diceret, ut Foropopulienses. Nunc est *Casarillo di S. Maria*, infra Setiam, ad Pomptinam paludem, ut ait Vibius Seq. pag. 341; a Terracina, M. P. XVIII, ut Antoninus, sive, ut volunt, *Æthi- cus*. HARD.

38. *Gabini*. Γάβιοι oppidum in Prænestina via, inquit Strabo, lib.

teramnates³⁹ Succasini, qui et Lirinates vocantur: Ilionenses⁴⁰, Lavinii, Norbani⁴¹, Nomentani⁴², Prænestini⁴³, urbe quondam Stephane dicta, Privernates⁴⁴,

V, p. 258, a Præneste Romam euntibus. Hodie dirutum omnino. ED.

39. *Interamnates Succasini*. Succasini, et Lirinates, non nomina sunt, sed horum Interamnatium cognomina. Sunt enim alii rursus Interamnates in quarta sextaque regione nominandi. Hanc Interamnam, quæ ab amne Liri in Latio nomen habet, Holstenius ibi sitam esse putat, ubi nunc est *Torre di Termine*: alii ubi Castrum *l' Isoletta*. Hæc conjunctim ut legerentur, effecimus: non uti prius, *Interamnates, Succasani, qui et Lirinates*. Nam præter elementorum seriem, quæ nunc alioqui abrumperetur, docet id vetus inscriptio apud Gruterum, pag. 431, quæ Casino in monte reperta est: in qua REIP. INTERAMNAT. LIRIN. mentio habetur. Sic porro appellati sunt, quod ad Lirim amnem sedes haberent: Succasini autem (sic enim emendo, pro *Succasani*), quod sub Casino monte. Auctor emendandi Livius, lib. XXVI, cap. 9: « Sub Casinum biduo stativa habita: Inde præter Interamnam, Aquinumque, in Fregellanum agrum ad Lirim fluvium ventum. » HARD.

40. *Ilionenses, Lavinii*. Forte hæc conjunctim legenda, ut Ilionenses dicti sint, quod ab Ilio primi ejus oppidi incolæ cum Ænea venerunt, cui oppido nomen Lavinio fuerit. In eo colle situm fuisse videtur, qui nunc vulgo *Monte di Levano*, M. D. pass. supra Patricam. Holsten. *Lanuvii* reposuit Hermo-

laus ex Ptolemæo, ob vetus municipium Lanuvium, qui pagus est hodie *Indovina*, haud procul Velitris. At major longe dignitas Lavinii fuit, ut vetustas major: nam ut Varro ait de Ling. Lat. lib. IV, pag. 35: « Oppidum, quod primum conditum in Latio stirpis Romanæ Lavinium fuit: hoc a Latini filia, quæ conjuncta Æneæ, Lavinia appellata, etc. » Frontino, pag. 86, et 124, *Lauro-Lavinium* dicitur. Dionysius Halic. Antiquit. lib. V, pag. 287: *Δαουίνιον μητρόπολις τοῦ Λατίνων γένους*. Incolæ *Λαδινιαταί*, pag. 326. H. — Legendum *Ilionenses Lavinii*, sine commate; et ita habet editio princeps. Livius lib. I, c. 1: « Trojani oppidum condunt. Æneas ab nomine uxoris Lavinium appellat. » BROU.

41. *Norbani*. Norba olim Volscorum oppidum, hodie *Norma rovinata*, Signiam inter, paludisque Pomptinas. Liv. lib. XXXII, cap. 2. HARD.

42. *Nomentani*. Nomentum oppidum Livio, lib. I, cap. 28. Hodie *La Mentana*. Baccius, lib. V, pag. 271, in Terra Sabina. HARD.

43. *Prænestini*. Urbs Præneste, *Πραίνεστος* Straboni, lib. V p. 238, ubi et *Πολυστέφανον* quondam appellatam scribit, quo nomine coronarum multitudo exprimitur. Hodie *Pilastrina*, et *Palestrina* dicta. Olim summo montis attollebatur jugo. A Bonifacio VIII diruta, in vallem deinde dejecta est. HARD.

44. *Privernates*. *Πριουτέρινον* Pto-

⁴⁶, Signini, Suessulani, Telini ⁴⁶, Trebulani, co-
ine ⁴⁷ Balinienses, Trebani ⁴⁸, Tusculani ⁴⁹, Veru-
Veliterni ⁵¹, Ulubrenses ⁵², Ulvernates ⁵³: super-
Roma ipsa, cujus ⁵⁴ nomen alterum dicere, arcanis
ioniarum nefas habetur, optimaque et salutari fide
um enunciavit Valerius Soranus, luitque ⁵⁵ mox
s. Non alienum videtur inserere hoc loco exemplum 12

in Latio, lib. III, cap. 1.
num oppidum Frontino di-
p. 125. Nunc *Piperno vecchio*,
asenum fluvium et Pompti-
asenum. HARD.

Setini, etc. *Setini* a *Setia*,
supra. Hodie *Sezze*. *Signini*
ia colonia (adhuc *Segni*),
libro II, capite 21. *Se-*
Campania, ut vocant, Ro-
Suessulani ab oppido *Σουτ-*
cujus meminit Strabo, lib.
249, nunc *Castel di Ses-*
rope dirutum: olim colonia
la Frontino, pag. 88. H.

Telini. Forte *Telesini*, a
colonia, apud Front. pag.
125. Ptolem. lib. III, cap.
de Beneventum; etiam nunc
leucis septem a *Capua*. ED.
Cognomine. Ad discrimen
anorum in Samnio, de qui-
p. 17. Horum oppidum *τῆ*
Dionys. Halic. lib. I, pag.
id haud longe a *Maddaloni*
uisse probat Mannertus. ED.
Trebani. *Τρέβα* urbs Ptole-
icta, lib. III, cap. 1. Latii
m, nunc *Trevi*, in Campania
a. HARD.

Tusculani. Tusculum ibi
bi nunc *Frascati*. HARD.

Verulani. Oppidum *Verula*
10, lib. de Colon. pag. 90
Nunc *Veroli*, infra Ala-

trium, in *Hernicis*, auctore Livio,
lib. IX, cap. 42. HARD.

51. *Veliterni*. Sub monte *Algido*
hodie *monte Artemisio*, *Velitræ* op-
pidum Livio lib. II, cap. 30, hodie
Velletri. ED.

52. *Ulubrenses*. Ab *Ulubris*,
oppido ad *Pomptinas paludes sito*,
ut ex *Ciceronis* epist. 18, lib. VII,
apparet: « *Ulubris*, honoris mei
causa, vim maximam ranunculo-
rum se commosse constabat. » De-
sertum videtur fuisse tempore *Ju-*
venalis, qui de illo sic, sat. 10,
v. 102: « *paunosus vacuis ædilis*
Ulubris. » Conf. *Juvenal.* tom. II
edit. nost. ED.

53. *Ulvernates*. MSS. *Reg.* etc.
Uruanates, ab urbe fortassis extorta
appellatione, ut ait *Hard.* *Urbinate*
autem, quorum nomen legit *Chiff.*
habere hic locum nequeunt, quum
in regione sexta appellandi sint.
Porro supervacuum videtur recens
nomen quærere, quum vetus non
satis constet. ED.

54. *Cujus nomen*. Hæc deinceps
totidem verbis *Solinus*, cap. 1,
pag. 31. Nomen id alterum fuisse
Valentiam tradunt. Vide quæ in eam
rem dicturi sumus, lib. XXVIII,
cap. 4. HARD.

55. *Luitque mox*. Necem ei alla-
tam ait *Solinus*. Vide etiam *Plu-*
tarch. in *Quæst. Rom.* p. 278. H.

religionis antiquæ, ob hoc maxime silentium instituta. Namque Diva Angerona, cui sacrificatur, a. d. ⁵⁶ XIII: Calend. Januarii, ore obligato obsignatoque simulacrum habet ⁵⁷.

13 Urbem tres portas ⁵⁸ habentem Romulus reliquit, aut 1 (ut plurimas ⁵⁹ tradentibus credamus) quatuor. Mœniæ ejus collegere ambitu imperatoribus censoribusque Vespasianis anno conditæ DCCCXXVI ⁶⁰ pass. XIII ⁶¹ M. CC. Complexa montes ⁶² septem, ipsa dividitur in regiones

56. *A. d. XII.* Hoc est, ante diem duodecimum Calendas, seu ipso die duodecimo ante Calendas. Solinus, loc. cit. Vide quæ de hac forma loquendi dicturi sumus, lib. VIII, cap. 70. H. — Dalec. et Flz. *ad diem*, etc. ED.

57. *Simulacrum habet.* In ara Volupiæ collocatum, ut docet Macrobius, Saturn. lib. I, cap. 10, pag. 229, qui quamvis eo loco dissidere a Plinio videatur, affert tamen auctores alios, qui eidem suffragentur, Saturn. lib. III, cap. 9, pag. 405. HARD.

58. *Tres portas.* Carmentalem, Romanam, et Pandaniam, quæ dicta olim Saturnina est, teste Varrone: mox Pandana, auctore Festo, quod pateret omnibus. Hallucinantur porro, qui Quadratam Romam apud vetustos scriptores rerum Romanarum, de ipsa Urbe accipiunt, Solinum secuti scilicet, quadratamque urbem, et suam cuique lateri angulove portam fuisse somniant: quum Quadrata Roma locus in Palatio fuerit, structus a Romulo, priusquam Urbi condendæ sulcum duceret, qui locus Romæ fuit, etiam P. Victoris ævo, a quo in regione Urbis decima locatur, hoc

est, in Palatio. Vide et Plutarchum in Romulo: et Festum, verbo *Quadrata Roma*. HARD.

59. *Plurimas.* Vet. apud Dalec. *plurimis*. ED.

60. *DCCCXXVI.* Dalecamp. et Elz. DCCCXXVIII, Chiff. DCCCXX. De anno hujus Censuræ dicemus, lib. VII, cap. 50. Porro Imperatores Vespasianos, patrem et filium ex æquo vocat, quod sane est animadversione dignum. Vide lib. II, cap. 10. H. et ED.

61. *XIII. M. CC.* Minore tum aliquanto, quam nunc est passuum mensura: emensisque extrinsecus mœnibus, et castris Prætoriiis, turribusque circuitis. Hodiernam murorum amplitudinem vetere illa decem stadiis, hoc est, *MDCL pass.* contractiorem esse, auctor est Marlianus, lib. I, cap. 1, Topogr. Urbis. Non credimus. HARD.

62. *Montes septem.* Palatinum, Capitolinum, Cælium, seu Querquetulanum, ubi nunc ædes Lateranensis, Exquilinum, cum Viminali, nunc S. Mariæ ad Nives: Quirinalem, nunc *Monte Cavallo*, ab equis duobus marmoreis, quos gigantes tenent, Phidiæ opere, et Praxitelis: Aventinum, nunc S. Sa-

quatuordecim, compita⁶³ Larium cclxv. Ejusdem⁶⁴ spatium, mensura currente a milliario⁶⁵, in capite Romani fori statuto, ad singulas portas, quæ sunt hodie numero triginta septem⁶⁶, ita ut⁶⁷ duodecim semel numeren-

binæ : et trans Tiberim, Janiculum, quod Urbi Ancus addidit, et fuit, ut mox dicetur a Plinio, in parte Romæ : nunc est *Montorio*, ubi regio quarta decima fuit. HARD.

63. *Compita Larium*. Vetus apud Dal. *compita earum*. ED.—Non quævis compita Urbis, sive quoslibet exitus vicorum, sed quadrvia tantummodo, ubi Lares, sive ædes, ex quatuor angulis sibi opponuntur : ubi quatuor viæ concurrunt, eo numero colligi intelligimus. In compitis Lares olim coli solitos Festus testatur, et præter Festum nonnulli ex Veteribus; quos inter Ovidius, *Fastor. lib. II, vers. 615* : « . . . qui compita servant, Et vigilant nostra semper in urbe, Lares. » Et de Augusto Tranquillus, xxxi : « Compitales Lares, inquit, ornare bis in anno instituit, vernis floribus, et æstivis. » Hinc Tertulliani locum obiter emendamus, lib. de Spectaculis, lib. V, ubi vetus hæc aræ inscriptio legitur : CONSVS. CONSTITIO. MARS. DVELLO. LARES. COMITIO. POTENTES. Rigaltius edidit, *Coillo potentes*. Grammaticus nescio quis COLTO, idque pro æde jubet accipi : domicoliumque quondam dictum esse pro domicilio, hoc uno ductus argumento, suspicatur. Ego libentius, LARES. COMPITO. POTENTIS. agnoverim. Laribus dicata compita, et sub Larium tutela præsidioque ea esse : ludos idcirco compitalitios appellatos, ex compitis in quibus agitabantur, docet Macro-

buis, *Saturn. lib. II, cap. 7, pag. 221* : « Compitalia, inquit Varro, lib. V, de Ling. Lat. pag. 45, dies attributus Laribus . . . ideo ubi viæ competunt, tum in compitis sacrificatur. » Apud Servium non semel : Lares viales. HARD.

64. *Ejusdem . . . currente a milliario*. Dalec. et Elz. *Ejusdem spatii mensura currente a milliario*. ED.

65. *A Milliario*. Columna fuit aurea, χρυσῶν μῆτρον, inquit Dio, lib. LIV, pag. 526, ab Augusto in fori capite constituta, octava regione Urbis, in quam omnes Italiæ viæ desinebant. Id ei nomen inditum, quod ab ea milliariorum numerus, quibus itinera metiebantur, duci primum solebat. Constituta ea ab Augusto est, anno U. C. dccxxxiv, nempe M. Aguleio, P. Silio Nerva coss. HARD.

66. *Triginta septem*. Totidem pariter numerat Urbis portas Auctor Descriptionis Urbis Romæ sub finem, pag. 147, sed Plinio scilicet præeunte. HARD.

67. *Ita ut duodecim semel*. Dalec. et Elz. *d. portæ s.* ED.—Ad duodecim ex illis, inquit, itur via duplici; per directum, et per obliquum. At hæ semel a nobis numerantur, quia ad eas itur per directum. Sunt etiam aliæ septem, quæ sunt ex veteribus; omnino autem a nobis non numerantur, quia perviæ esse desierunt. Significat ætate sua legitimas fuisse Romæ portas triginta.

tur, prætereanturque ex veteribus septem, quæ esse desiderunt, efficit passuum per directum xxx⁶⁸ M. DCCLXV.
 14 Ad extrema⁶⁹ vero tectorum cum castris⁷⁰ Prætoriiis ab eodem milliario per vicos⁷¹ omnium viarum mensura colligit paulo amplius septuaginta⁷² millia passuum. Quo

H. — Urbis Romæ duodecim portæ erant geminæ: sed semel numerantur, quum triginta septem a Plinio recensentur. Aliter quadraginta novem forent numerandæ. Portarum geminarum vestigia adhuc manent in Portis Majore et Sancti Pauli. De urbis Romæ magnitudine et populi multitudine dixi in Notis ad Tacitum, Annal. XII, 23. BROZ.

68. XXX M. DCCLXV. Igitur a milliario ad portas singulas, si omnes adæquentur mensuræ, passus fuere omnino DCCXXXI, cum semisse. Sic enim ab eodem milliario ad universas triginta septem, mensura colliget xxx M. DCCLXV, pass. A milliario, si ita mavis, ad portas singulas mille passuum plus minus spatium erat; ad omnes, xxx millia, DCC LXV. HARD.

69. *Ad extrema vero tectorum.* Eorum scilicet quæ mœnium ipsorum ambitu continentur, non quæ extra mœnia posita in suburbio forent: nam de his postea. Miror sensisse aliter eruditos viros, ut olim Lipsium, in Admirandis, lib. III, cap. 2, ac plane nuper Raph. Fabretum, lib. de Aquis et Aquæduct. Dissert. III, pag. 158. H.

70. *Castris Prætoriiis.* Castra Urbi Tiberius Cæsar adjecit, Sejani monitu, Prætoriiis cohortibus Præfecti. Nam de eo Tacit. Annal. lib. IV: « Vim Præfecturæ modicam intendit: dispersa per Ur-

dem cohortes una in Castra conducendo. . . . Præstendebat lascivire militem diductum: si quid subitum ingruat, majore auxilio pariter subveniri, etc. » Quadrata fuere ea, muris, propugnaculis, turribusque munita: instructa templo, armamentario, balneis, fontibusque, ad portam Viuinalem: ut fuse demonstrat Alexand. Donatus, lib. I, de Urbe Romana, cap. 15, p. 42. H.

71. *Per vicos.* Non jam per directum, inquit, corrente mensura, ut prius, per vias quasque majores, a milliario ad singulas portas: sed ab eodem milliario per omnes omnium viarum majorum vicos et angiportus, castris etiam Prætoriiis, et vicis qui inibi erant, emensis. Viæ omnino in urbe fuerunt novem et triginta, quot fere portæ: vici quadringenti et viginti quatuor, ut quidem proditum est in Descriptione Urbis Romæ. Sed quotcumque Romæ vici essent, qui eos omnes, inquit Plinius, facto profectiois initio a milliario in capite fori Romani statuto, percurreret, is septuaginta millia passuum, et eo amplius, ambularet. Eo sensu in prophetia Jonæ, cap. 113, 3. *Ninive erat civitas magna itinere trium dierum; quoniam ejus vicos omnes pererrare nemo posset, nisi itinere trium dierum: ut iterum dicemus ad librum VI, cap. 16.* HARD.

72. *Septuaginta.* In Descriptione

uis altitudinem tectorum addat, dignam⁷³ profectio-
mationem concipiat, fateaturque nullius urbis magni-
nem in toto orbe potuisse ei comparari. Clauditur ab 15
nte aggere Tarquinii⁷⁴ Superbi, inter prima opere
ibili. Namque eum muris æquavit, qua maxime pa-
t⁷⁵ aditu plano. Cætero munita erat præcelsis muris,
abruptis montibus⁷⁶, nisi quod⁷⁷ exspatiantia tecta
tas addidere⁷⁸ urbes.

n prima regione præterea fuere¹: in Latio clara 16
ida, Satricum², Pometia, Scaptia, Pitulum, Polito-
1³, Tellene, Tifata⁴, Cænina, Ficana, Crustume-

modo laudata, regiones Ur-
iv pedes dicuntur continere
ix m. dcccxxiv. Passus ea
ura efficit, si pedem unum ad-
is, lxxxiii m. dcccclxxv. Sed
o certior auctor ac testis Pli-
HARD.

. *Dignam*. Debitam, conve-
em. H. — Volebat Dalec. *di-*
nis. ED.

. *Tarquinii*. Vide quæ dicturi
s libro XXXVI, capite 24,
2. HARD.

. *Patebat*. Urbs nimirum. H.
. *Montibus*. Aventino, Cælio,
inali. HARD.

. *Nisi quod*. Maluisset Dalec.
qua. ED.

. *Addidere urbes*. Suburbia
et, quæ producta longius, ad
as fere urbes pertinebant,
ulum, Tibur, Ariciam, etc. H.

. *Fuere in Latio*. Defecerunt,
t, in prima regione præterea,
umque in Latio oppida, etc.
enim, *In Campano autem agro*,
Ex his nec situs plerorumque,
omina ipsa constant. H.

. *Satricum*, etc. Ad viam

Appiam, lævo latere Romam eun-
tibus. Locus hodie ignoratur. De
Satrico, Livius pluribus locis, sci-
licet lib. VI, cap. 33, ubi illud a
Latinis concrematum narrat: nec
aliud tectum ejus superfuisse ur-
bis, quam Matris Matutæ templum.
Illam, anno U. C. 407, ab Antia-
tibus deducta colonia restitutam,
tertioque post anno, iterum a Ro-
manis dirutam atque incensam
addit lib. VII, cap. 27. Non tamen
ex hoc tempore omnino nulla facit,
quam non semel posthac illius me-
minerit Livius, qui lib. IX, c. 16,
a Papirio consule, anno U. C. 435,
Satricanis, qui cives romani post
Caudinam cladem ad Samnites de-
fecerant, arma adempta nos docet.
Incolæ Σατρικανοὶ Dionysio Halic.
lib. V, pag. 326. Pometia Suessa,
de qua nos superius egimus. A Sca-
ptia Σκαπτίνιοι apud Dionys. loc.
cit. HARD. et ED.

3. *Politorium*, etc. Πολιτόριον
Dionysio Halic. lib. III, pag. 179,
et Livio, lib. I, cap. 13; Τελλήνη
Dionysio, Livio Tellensæ, l. c. H.

4. *Tifata*. *Tifata* imminentes

rium, Ameriola, Medullia⁵, Corniculum⁶, Saturnia⁷, ubi nunc Roma est: Antipolis⁸, quod nunc Janiculum in parte Romæ: Antemnæ⁹, Camerium, Collatia, Amitinum, Norbe, Sulmo¹⁰: et cum his carnem¹¹ in monte Albano soliti accipere populi Albenses¹², Albani, *Æso-*

Capuæ colles vocat Livius, lib. VII, pag. 150, sed hi extra fines antiqui Latii, Κατινὴ et Κρουστομέριον Dionysio, lib. II, pag. 101, et 104. Livio, lib. I, pag. 14. « Corniculum, Cameria, Crustumerium, Ameriola, Medullia, Nomentum, » in Latio. Medulliam ab Albanis conditam ait Dionys. lib. III, pag. 136. Ficænæ denique Livius meminit, lib. I, pag. 13. Harum omnium situs hodie ignoratur. Cœninam tamen nunc *Sant' Angelo*, seu *Monticelli* esse putat Holstenius. Ed.

5. *Medullia*. Chiffletii cod. *Medullum*. Ed.

6. *Corniculum*. Tarquinio prisco regnante deletum, postea restitutum fuisse constat, quo autem loco situm fuerit ignoratur. Ed.

7. *Saturnia*. Ovidius, *Fastor.* lib. VI: « A patre dicta meo quondam Saturnia Roma est. » Virgilius, lib. VIII *Æneid.* « Hanc Janus pater, hanc Saturnus condidit urbem: Janiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen. » Vid. et Aug. de *Civit.* lib. VII, cap. 4; Dionys. *Halic. Antiq. Rom.* lib. I, pag. 36, et Varron. de *Lat. Ling.* lib. IV, pag. 13. HARD.

8. *Antipolis*. Quod ex adverso Saturniæ urbis, quæ ultra Tiberim erat, ubi nunc Roma est, condita esset in Janiculo, a Jano, ut diximus: ab *Enea*, ut *Hermolaus* credit. H. — Unde vetus cod.

apud Dalec. *Æneipolis*, hoc loco pro vulgata exhibet. Ed.

9. *Antemnæ*, etc. Vetus apud Dalec. *Antenna*. Unde *Antemnas* Liv. lib. I, capite 9, et Dionys. lib. I, pag. 13. Ad Tiberis et Anienis confluentem sitæ fuerunt, sed nullum earum exstat vestigium. — *Camerium*. Dionys. lib. V, pag. 307, Καμερία dictum. *Collatia* Livio, loc. cit. Κολαλία Dionys. lib. III, pag. 187; Festo *Porta Collatia*, a conlatis eo opibus: et porta Urbis inde dicta Conlatina; ad sinistram Anienis ripam sita fuit. — *Amitinum*, sic ap. Chiff. Dalec. et Elzev. *Amiternum* non confundendum cum *Amiterno* Sabinorum; hujus vestigia exstare ait D'ANVILLE juxta *San - Vittorino*. Nonnulli putant *Aquila*. — A *Norbe* Norbani sunt supradicti. H. et Ed.

10. *Sulmo*. Hæc non confundenda est cum *Sulmone* Piceni, Ovidii natalibus clara; ista hodie ut D'ANVILLE et Mannertus volunt, *Sermoneta* vocatur, leucis quinque a *Velletri*, ad meridiem. Ed.

11. *Carnem*. *accipere*. Meminit moris hujusce Livius, lib. XXXII, cap. 1: « Legati ab Ardea, inquit, questi in Senatu, sibi in monte Albano Latinis carnem, ut assolet, datam non esse. » H.

12. *Albenses*. *Albani* dicuntur ab *Albano*, inquit Charisius, lib. I, pag. 81, *Albenses* autem ab *Alba Fucente*. Sed ab his diversi sunt

lani¹³, Acienses, Abolani¹⁴, Bubetani¹⁵, Bolani, Cusvetani, Coriolani, Fidenates¹⁶, Foretii¹⁷, Hortenses, Latinienses, Longulani¹⁸, Manates, Macrales, Mutucumenses, Munienses, Numinienses, Olliculani, Octulani, Pedani¹⁹, Pollustini²⁰, Querquetulani, Sicani, Sisolenses, Toleriensis, Tutienses, Vimitellarii²¹, Velienses, Venetulanani, Vitellenses²². Ita ex antiquo Latio LIII populi inte-

Albenses, qui nunc a Plinio appellantur. HARD.

13. *Æsolani*. Vet. apud Dalec. *Solani*. Recte autem ait Hard. eos *Æsolanos* ab *Æsola* sive *Æsula* dictos fuisse, de qua Horat. lib. III, Ode 29: « Ne semper udum Tibur, et *Æsulæ* Declive contempleris arvum. » *Æsulam* juxta urbem nunc *Poli* dictam sitam fuisse vult Mannertus. ED.

14. *Abolani*, quorum urbs *Abola*; hod. *Aula Antica* esse ait D'ANVILLE. Nonnulli *Vola* ducunt. ED.

15. *Bubetani*. Chiff. *Nubetani*. Dionysio Halic. lib. V, pag. 326, Βουβήτανοι. Qui Plinio *Bolani*, hos Livius *Volanos*, lib. IV, cap. 49, oppidum *Bolas* vocat, lib. IV, cap. 5. Κοριολανῶν πόλιν habet Dionys. lib. VIII, pag. 495. Coriolos Livius, lib. II, cap. 33. Hinc Marcio Coriolano nomen. H. et ED.

16. *Fidenates*. Fidenæ oppidum, Livio, lib. I, cap. 27, XVIIII miliario ab urbe Roma, inquit Eutropius, lib. I, pag. 728. Fidenas, a Mamercio Dictatore direptas narrat Livius, lib. IV, cap. 17. Nunc *Castello Giubileo*, sex ab urbe mill. passuum, ut ait Holstenius in Ital. pag. 127. HARD.

17. *Foretii*. Vetus apud Dalec. *Foresi*. Strab. apud eundem *Foruli*.

ED. — Forte iidem sunt ac *Forienses*, de quibus Festus verbo *Novæ Curia*. HARD.

18. *Longulani*, etc. Chiff. *Longani*. Horum oppidum *Longulam* Livius, lib. II, cap. 33, appellat: Δογγόλαν πόλιν Dionys. lib. VIII, pag. 551. Cæteri deinceps fere ignoti. H. et ED.

19. *Pedani*. *Pedanos* quoque vocat Livius, lib. VIII, cap. 14, oppidumque *Pedum*, lib. II, cap. 39. Πέδα, πόλις Αύσονική Stephano. Romam inter et *Labicum Pedum* situm fuisse ait Mannertus, II M. pass. ab Urbe. De regione *Pedana* vide Horatium lib. I, epistol. 4. HARD. et ED.

20. *Pollustini*. Chifflet. *Poletaurini*. Oppidum *Poluscan* Livius appellat, lib. II, cap. 33 et 34. Κερκετουλανούς, Dionys. lib. V, pag. 326. Τολερινούς, Plutarchus, in *Coriolano*, pag. 227. HARD.

21. *Vimitellarii*. Vetus apud Dalecamp. *Vimitali*. Chiff. *Vinutellarii*. ED.

22. *Vitellenses*. Dalec. et Elzev. *Vicellenses*. Velienses a *Velia*, Livius, libro II, cap. 7. *Vitellenses* (sic enim reposui, pro *Vicellenses*), a *Vitellia*, de qua idem Livius, lib. II, cap. 39, quam Stephanus Βυττόλλαν vocat. H. et ED.

17 riere sine vestigiis²³. In Campano autem agro Stabiæ²⁴ oppidum fuere²⁵ usque ad Cn. Pompeium²⁶ et L. Catonem Consules, pridie Kalend. Maii, quo die L. Sylla legatus bello sociali id delevit, quod nunc in villam²⁷ abiit. Intercidit ibi et Taurania²⁸. Sunt et morientis Casilini²⁹ reliquiæ. Præterea auctor³⁰ est Antias, oppidum Latinorum Apiolas captum a L. Tarquinio rege, ex cujus præda Capitolium³¹ is inchoaverit³²: a Surrento ad³³ Silarum ænnem triginta millia passuum ager Picentinus³⁴ fuit Tu-

23. *Interiere sine vestigiis.* Minime mirum ergo lectori videbitur quod de istis populis, qui jam Plinii tempore sine vestigiis interierant, nos tam pauca retulerimus. ED.

24. *Stabiæ.* Etiamnum inter ostia Sarni amnis, et Surrentum, loco nomen est *Castell' a mare di Stabia*. De Stabiano lacte, Galenus, Meth. med. lib. V. Symmachus, lib. VI, epistol. 17: « Stabias ire desiderant, ut reliquias longæ ægritudinis armentali lacte depellant. » HARD.

25. *Fuere usque,* etc. Vet. apud Dalecamp. fuit. ED.

26. *Ad Cn. Pompeium, et L. Catonem.* Ita libri omnes tum impressi, tum manu exarati, ante Hermolaum, qui *L. Carbonem* importune obtrusit, quem bello Marisco, sive Sociali nullum fuisse consulem scimus. Fuit vero L. Porcius Cato anno secundo ejus belli, U. C. 665, cum Cn. Pompeio Strabone, Cn. Pompeii Magni patre. HARD.

27. *Villam.* Sic in Chiff. ap. Dalec. et Elz. villas. ED.

28. *Taurania.* Forte quæ est Stephano Ταυρανίη, πόλις Ἰταλίας.

Apud Melam, lib. II, cap. 4, Taurinum est: apud Strabonem, lib. VI, pag. 254, regio Tauriana: sed ad Plinii Taurianam nihil ista pertinent, etsi pertinere Casaubonus existimavit, in notis ad Strabonem, quum ista sint in Bruto, Plinii vero Taurania in Campano agro. HARD.

29. *Casilini.* Fuit illud oppidum, ubi nunc est Capua nova, et quidem ad utramque ripam Vulturini amnis, qui et Casilinus inde dictus. De Casilino multa Livius, lib. XXII, XXIII, XXIV, XXV et CXXVII. HARD.

30. *Auctor est Antias.* Etiam et Dionys. Halicarn. Rom. Antiq. lib. III, pag. 186, Ἀπιολάνων πόλιν a Tarquinio Prisco captam prodit. HARD.

31. *Capitolium. Lego Capitolinum.* DALEC.

32. *Inchoaverit.* Livius, lib. I, cap. 35. HARD. — De Capitolio vide quæ in nostra Taciti editione, tom. V, pag. 37, ex Broterio. ED.

33. *Ad Silarum.* Σίλαρις Straboni, lib. V, in fine: nunc Sele, in sinum Salernitanum influit. H.

34. *Picent.... Tuscorum.* Cl. Salm. *Oscorum.* LÆT. — Dal. *Tuscorum tem-*

scorum, templo Junonis Argivæ ab Jasone condito insignis. Intus³⁵ oppidum Salerni, Picentia.

X. A Silaro regio tertia, et ager Lucanus¹ Brutiusque¹ incipit: nec ibi rara incolarum mutatione². Tenuerunt eam Pelasgi³, OEnotrii, Itali, Morgetes, Siculi, Græciæ maxime⁴ populi: novissime Lucani a Samnitibus orti duce Lucio. Oppidum Pæstum⁵, Græcis Posidonia appellatum: sinus Pæstanus⁶: oppidum Helia, quæ nunc Velia⁷.

plO. ED. — Tuscos hanc oram olim tenuisse auctor est etiam Strabo loc. cit. Idem, lib. VI, pag. 252, templum ibi conditum ab Iasone tradit: Diodorus Sic. Bibl. lib. IV, pag. 859, portum de navis suæ nomine Ἀργῶν appellatum: unde Argœ forte potius quam Argivæ, legendum hic fuerit. Habet hæc quoque Solinus, cap. II, pag. 12. Nunc *Gifoni* vocant, quasi Junonis fanum: templum hodieque durat, Assumptæ Virgini sacrum. Confer. Holsten. HARD.

35. *Intus oppidum Salerni, Picentia.* Ita Colb. 3, librique omnes editi. In mediterraneo procul a mari fuisse tum Picentiam innuit, Picentini agri metropolim. Salernum autem, quod in ora fuit, uti nunc est, non oppidi tum nomen obtinuisse, sed præsidii tantum a Romanis ibi constituti: quod et Strabo diserte docet, lib. V, pag. 251. HARD.

1. *Lucanus.* Nunc Principatum vocant: Brutium agrum, Calabria. HARD.

2. *Mutatione.* Proponebat Dalec. *mutatio.* ED.

3. *Pelasgi,* etc. Hæc totidem verbis Antiochus Syracusanus, apud Dionys. lib. I, Antiq. Rom. pag.

10. A Pelasgo primum, mox ab OEnotro Pelasgi F. tum ab Italo: mox a Morgete, deinde a Siculo Morgetis hospite, populis nomina subinde commutata. Strabo pariter, lib. VI, 257. Idem, p. 254, ortos a Samnitibus Lucanos docet. H.

4. *Maxime.* Ap. Dal. *maxima.* ED.

5. *Pæstum.* Chiff. *Præstum.* ED. — Παῖστον Ptolemæo, lib. III, cap. 1, in Lucanis. Eadem Ποσειδωνία Straboni, lib. V; pag. 251, a Ποσειδῶν, hoc est, a Neptuno, Neptunia Velleio dicitur. Nunc vicus in ora, *Pesti.* Sinui Pæstano nunc a Salerno, vicino oppido, nomen est. H. — Ibi manent egregia antiquitatis monumenta, quæ optime descripsit Cl. Major, *les Ruines de Pæstum ou de Posidonie dans la Grande-Grèce.* BROU. — Alias quoque sub eodem titulo ea edidit C. M. DE LA GARDETTE, in-f. ann. 11 Gallic. Rep. ED.

6. *Pæstanus.* Ch. *Præstanus.* ED.

7. *Velia.* Ἑλία, ἡ νῦν Βελία Stephano, et Straboni, lib. VI, pag. 252, ad amnem cognominem, quem accolæ vocant *Halente*: vicum *Castell'a mare della Bracca.* Ptolem. lib. III, cap. 1. Οὐλία. Ἰάλιν dictam esse aliquando Strabo loc. cit. ad-mouet, et nummus Cimelii nostri

Promontorium Palinurum⁸ : a quo sinu⁹ recedente trajectus ad columnam¹⁰ Rhegiam centum m. pass. Proximum¹¹ autem huic flumen Melpes¹² : oppidum Buxentum, græce Pyxus¹³ : Laus¹⁴ amnis : fuit et oppidum eodem nomine. Ab eo Brutium littus : oppidum Blanda¹⁵, flumen Batum¹⁶ : portus Parthenius Phocensium¹⁷ : sinus Vibonensis¹⁸, locus¹⁹ Clamptiæ²⁰ : oppidum Temsa²¹, a

Parisiensis, ΓΕΑΗΤΩΝ, ex argento, et alter ex ære. H.—Brot. legit *Elea*, ut in MS. Reg. 1, et editione principe. Ed.

8. *Palinurum*. Nomen servat, *Capo di Palinuro*. Mela, lib. II, 4 : « Palinurus olim Phrygii gubernatoris, nunc loci nomen ». Vide Virgilium, lib. VI, vers. 381. H.

9. *Sinu recedente*. Quem nunc sinum vocant *Golfo di Policastro*, ab oppido Buxento. De quo mox. H.

10. *Ad columnam*. MS. vet. *coloniæ* : sed Plinius repetit paulo post *columna Rhegia*. Λῆτιος. — Hæc in ipso freto Rhegio constituta erat, unde τὴν Ῥηγίων στῆλῖδα τοῦ πορθμοῦ appellat Strabo, lib. VI, pag. 256, et 268. Ad columnam Rhegiam, Antoninus, Mela, lib. II, cap. 4, aliique. H. — Non autem centum, ut Noster ait, sed cXLV m. pass. est trajectus. Ed.

11. *Proximum autem huic*. *Palinuro*. HARD.

12. *Melpes*. Dalec. et Elz. *Melphes*, hodie *Faraone*. Ed.

13. *Pyxus*. Πυξός Straboni, lib. VI, pag. 253, nunc *Policastro*. H.

14. *Laus*. Ποταμὸς Λᾶος, καὶ πόλις Straboni loc. et Stephano pariter, in Lucanis. Amnis meminit etiam Ptolem. lib. III, cap. 1, in eodem tractu. Nunc oppido nomen *Laino*, amni autem *Lao*, Lu-

caniæ finis : Brutii inde agri initium. H. et Ed.

15. *Blanda*. Blandæ in Lucanis, Livio, lib. XXIV, cap. 20. Hodie *Maratea*, ut vult d'ANVILLE, aut, ut Mannertus ait, *S. Biasio*, qui vicus a *Maratea* vix 10 passibus distat, a *Policastro* autem leucis circiter quinque, meridiem inter et ortum. Fatendum tamen est hunc situm pugnare cum ordine quem sequitur Noster, qui Blandam post flumen Laum nominat; verum, ut modo rursus videbimus, de ea Italiæ parte in pluribus errat Plinius. Ed.

16. *Batum*. In MSS. *Baletum*. H. — Vet. ap. Dal. et Chiffi. *Balcetum*. Hodie, ut ait d'ANVILLE, *Bato*. Ed.

17. *Phocensium*. Chiffi. et *Phocensium*. Ed. — A Phocensibus conditur, inquit Solin. cap. 11, pag. 12. HARD.

18. *Vibonensis*. Straboni, lib. VI, pag. 353, a vicino fluvio oppidoque, κόλπος Λᾶος. HARD.

19. *Locus*. Maluissent Dalec. et Menagius *Lucus*. Ed.

20. *Clamptiæ*. Livio, lib. XXX, cap. 19, *Lampetia*. Dum Plinius locum appellat, excisum ævo suo innuit. Rursum deinde excitatum est : hodie *Amantea*, in ora Calabria citerioris. HARD.

21. *Temsa*. Τεμίση et Τέμψα in

Græcis Temese dictum : et Crotoniensium²² Terina, sinusque ingens Terinæus. Oppidum Consentia²³ intus²⁴. In peninsula²⁵ fluvius Acheron, a quo oppidani Acherontini²⁶. Hippo²⁷, quod nunc Vibonem Valentiam appellamus : Portus Herculis²⁸, Metaurus²⁹ amnis, Tauroentum³⁰ oppidum, Portus Orestis, et Medma³¹. Oppidum Scyllæum³², Cratais³³ fluvius, mater³⁴, ut dixere, Scyllæ. Dein columna³⁵

Brutiis, Straboni, lib. VI, pag. 255. Rudera visuntur, ubi *Torre di Lupo* in Calabriæ citerioris, ulteriorisque confinio. HARD.

22. *Crotoniensium*. Hoc est, a Crotoniensibus condita, ut ait Solinus, cap. 11, pag. 13. Terinæo sinui nomen, *Golfo di S. Eufemia*, a vico S. Eufemia dicto et juxta quem videntur rudera, quæ haud dubie Terinæ locum occupant, quamvis eum *Nocera* esse dicat Harduinus, qui vicus ad septemtrionem remotior est, ad flumen *Savuto*. ED.

23. *Consentia*. Hodieque *Cosenza*, in citiore Calabria. H.

24. *Intus*. In peninsula. Dalec. et Elz. *Intus in peninsula*. ED.

25. In peninsula. Peninsulam vocat Brutiorum partem eam, quæ maxime tendit in Siculum fretum, instar longæ cervicis : nunc Calabriam ulteriorem vocant. Dicemus de ea, cap. 15. HARD.

26. *Acherontini*. Exstat hujus oppidi memoria in nummis, AXEPONTAN. Non est *Cirenza*, in Basilicata : etsi hanc quoque Acherontiam vocant. HARD.

27. *Hippo*. Iisdem verbis Stephanus : Ἰππώνιον, πόλις Βρεττίων, ἢ μετανομάσθη ὑπὸ Ῥωμαίων Οὐίβων καὶ Οὐαλεντία. Hausit a Strabone, ib. VI, pag. 256. Nunc *Bivona*,

quod oppidi navale est, cui nomen *Monte Leone*. HARD.

28. *Herculis*. Ἡρακλείους λιμὴν Straboni, loc. cit. Nunc *Tropea*. H.

29. *Metaurus*. Μίταυρος Straboni loc. cit. Nunc *Marro*. HARD.

30. *Tauroentum*. Melæ, lib. II, cap. 4. Taurianum : cujus exstant rudera, prope vicum *Palmi* : ubi et Orestis portus, qui quidem mihi videtur agnoscere posse in parvo sinu qui infra vicum *Bagnara* reperitur. ED.

31. *Medma*. Dalec. et Elz. *Medua*. Vet. ap. Dalec. *Medina*. ED. — Μέδμα et Μίσμα Stephano : Melæ, lib. II, cap. 4, *Medama*, et Straboni Μέδαμα, lib. V, pag. 25. H. — Fortasse hodie *Melia*, una circiter leuca a *Seicha*, meridiem inter et ortum. ED.

32. *Scyllæum*. Τὸ Σκύλλαιον Strab. l. c. Scyllæum, nunc *Scigliò*, in ipso Siculo freto, contra Pelorum promontorium, hod. cap. *Faro*. ED.

33. *Cratais*. Vet. apud Dalec. *Cratis*. Elz. *Cratais*. Nunc *Conide* vocatur, qui in mare influit juxta vicum *Catona*, leucis duabus a *Reggio*, septemtrionem versus. ED.

34. *Mater*. Sic libri omnes. Alii, *pater*. Sit penes fabulas fides. H

35. *Columna*. Nunc vicus *Catona* : cujus superiori nota 10 modo meminimus. ED.

Rhegia : Siculum fretum, ac duo adversa promontoria : ex Italia Cænys³⁶, ex Sicilia Pelorum, duodecim stadiorum intervallo. Unde³⁷ Rhegium duodecim m. d. pass. Inde Apennini silva³⁸ Sila³⁹, promontorium Leucopetra⁴⁰, XII⁴¹ m. pass. Ab ea Locri⁴² cognominati a promontorio Zephyrio, absunt a Silaro ccciii m. pass.

4 Et includitur⁴³ Europæ sinus primus, in eoque maria nuncupantur : unde irrumpit⁴⁴, Atlanticum, ab aliis magnum : qua intrat, Porthmos⁴⁵ a Græcis, a nobis Gaditanum fretum : quum intravit, Hispanum⁴⁶, quatenus Hispanias illuit⁴⁷ : ab aliis Ibericum, aut Balearicum⁴⁸ : mox

36. *Cænys*. Elz. *Cænis*. ED. — *Capo di Cavallo*, duobus pass. mill. a Scyllæo. Καὶνὸς Straboni, p. 257. Proxime abest a Peloro : utriusque promontorii speculæ campana invicem sibi dant signum. HARD.

37. *Unde Rhegium duodecim M. D. pass.* Chiffi. *unde Rhegium XX. M. pass.* Non a Columna scilicet, ut vult Harduinus, quum Columnam Rhegiam inter et Rhegium VI m. pass. tantum sit intervallum, sed a Cæni promontorio quæ distantia revera XII m. d. pass. est, si sequantur littoris anfractus. Oppido nomen hodie *Reggio*. ED.

38. *Apennini silva*. Vet. ap. Dal. *Insula*. ED.

39. *Sila*. Inde pix Brutia. Vibius Seq. pag. 341. *Sila Brutiorum nemus*. Σίλαν Strabo vocat, lib. VI, pag. 261. HARD.

40. *Leucopetra*. *Capo dell' Armi*, in quo desinit alterum montis Apennini cornu. HARD.

41. XII. Chiffi. XXXV. ED.

42. *Locri cogn.* Epizephyrii, a Zephyrio promontorio, quod obsidebant, nunc *Capo di Bruzzano*.

Urbem autem sitam fuisse ait D'ANVILLE loco hodie *Motta* ou *Motticella di Bruzzano* vocato ; nonnulli tamen a Peloro : utriusque inter BALEAR D'ALBE, in probatissima sua Italix mappa, ejus ruinas monstrari dicunt quinque aut sex leucis inde septemtrionem versus, haud longe a *Gierace*. ED.

43. *Et includitur*. Hoc est, finitur. Sic lib. IV, cap. 18 : *Tertius Europæ sinus ad hunc modum clauditur*. — Chiffi. *His includitur Europæ sinus primus, in eoque maria diversa nuncupantur*. ED.

44. *Irrumpit*. Alii apud Dalec. *irrumpunt*. Alii *unde Oceanus irrumpit*. ED.

45. *Porthmos*, Chiffi. *Astmos*. — Πορθμὸς fretum sonat. H. — Hodie, ut jam diximus, *détroit de Gibraltar*. ED.

46. *Hispanum*, etc. Hæc deinceps Solinus iisdem verbis, cap. 23, pag. 44. HARD.

47. *Hispanias illuit*. Vet. apud Dalec. *alluit*. ED.

48. *Balearicum*. Hodie *Canal des Baléares*. ED.

licum⁴⁹ ante Narbonensem provinciam: hinc Ligusticum⁵⁰. Ab eo ad Siciliam insulam Tuscum⁵¹: quod ex cæcis alii Notium⁵², alii Tyrrhenum, e nostris plurimum vocant. Ultra Siciliam⁵³ ad Salentinos, Auson⁵⁴ Polybius appellat. Eratosthenes autem inter ostium ani et Sardiniam quidquid est, Sardoum⁵⁵. Inde ad liam Tyrrhenum. Ab hac Cretam usque Siculum⁵⁶: et Creticum⁵⁷.

II. Insulæ¹ per hæc maria primæ omnium Pityusæ a cæcis dictæ, a frutice pineo²: nunc Ebusus³ vocatur que, civitate fœderata, angusto freto interfluente;

1. *Gallicum*. Quatenus Galliæ onensis oras alluit, a Pyrenæo et promontorio, de quo supra Stœchades insulas. Illa est mediterranei pars quam hocæcant pessime *Golfe de Lyon*, ut nonnulli volunt optime, *du Lion*. ED.

2. *Ligusticum*. A Stœchadibus is ad portum Veneris; quam oram Galli Ligures tenuerunt nunc *Mer de Ligurie*, vel *de Gènes*. ED.

3. *Tuscum*. Hujus maris partem, inter Corsicam insulam est et is oram, nunc plerique *Canal orse* vocant; quidquid autem est ad Siciliam insulam, *Mer ile*, quo quidem nomine Strab. II, pag. 123, hanc ævo suo natam fuisse maris mediterræe partem nos docet quæ Siciinter et Africæ oram jacet, et quæ olim Ansonium mare unum fuerat. ED.

4. *Notium*. Solinus, cap. XXIII, 44, *Ionium*, male. Νότιον hoc dixere, quod Romanis spead austrum videretur, ut

Adriaticum e contrario, ad septemtrionem. HARD. — Inferum autem sæpius a Romanis vocabatur, quod infra Italiam jacere eis videbatur; contraque Adriaticum superum mare vocabant, quasi supra Italiam positum. ED.

53. *Siciliam ad Salentinos*. Chiffli. *Siciliam quod est ad Salentinos*. ED.

54. *Aus.* Hodie *golfe de Tarente*.

55. *Sardoum*. Etiam nunc, ut plurimum volunt, *mer de Sardaigne*, sed inter Baleares insulas tantum et Sardiniam. ED.

56. *Siculum*. Hodie, ut modo diximus, *golfe de Tarente*, et ab eo *mer Ionienne*. ED.

57. *Creticum*. Etiam nunc *mer de Crète*, circa Cretam insulam. ED.

1. *Insulæ*. Martianus hic Plinium de more transcribit, lib. VI, cap. de insulis, etc. pag. 206. HARD.

2. *A f. pineo*. Græcis πίτυς, pinus.

3. *Nunc Eb.* v. *utraque, civitate fœderata*, etc. Dalec. *Nunc Ebusus vocatur, utraque civitate*, etc.—Hodie *Iviza et Formentera*, duarum minus leucarum freto separatæ, quod etiam plurimis insulis coarctatur. ED.

patent⁴ XLVI.⁵ M. pass. Absunt⁶ a Dianio septingentis stadiis: totidem Dianium per continentem a Carthagine nova. Tantumdem⁷ a Pityusis in altum, Baleares⁸ duæ, et Sucronem⁹ versus Colubraria. Baleares funda bellicosas, Græci Gymnasias dixere. Major¹⁰ centum M. pass. longitudine,

4. *Patent XLVI.* Ebuso uni, quæ gemina, a Plinio proditur, tantam amplitudinem, atque adeo majorem, Strabo adjudicat, lib. III, pag. 167; nempe stadiorum cccc hoc est, L. M. pass. Agathemerus, Geograph. lib. I, cap. 5, geminam, ut Plinius, Ebusum novit: majorem trecentis, minorem stadiis centum porrectam: id quod eodem recidit. HARD. — Re autem vera xxxiv M. pass. sive cglxxii stadiis, patent insulæ istæ, a promontorio septemtrionali Ebusi, *Punta de Serra* dicto, ad australe Formenteræ promontorium, *Punta de la Anguila* vocato; nempe Ebusus xxii M. pass. seu clxxvi stadiis; fretum v M. pass. seu xl stadiis, et Formentera vii M. pass. seu lvi stadiis. Ed.

5. *XLVI.* Sic apud Chiffi. Dalec. et Elz. *XLIII.* Ed.

6. *Absunt a Dianio septingentis stadiis.* Dalec. et Elz. *Dianeo.* Hodie *Denia*, Hispaniæ oppidum, in ora quæ Pityusis opponitur, septingentorum stadiorum, ut Noster ait, seu unius gradus intervallo, sive xxv leucis gallicis. Errat autem Plinius, quum addit *totidem Dianium per continentem a Carthagine nova*; nam XIII leucis non amplius est intervallum istud. Ed.

7. *Tantumdem a Pityusis in altum.* Errat etiam hic Noster; nam XIX leucis, sive dxxii stadiis tantum, Baleares a Pityusis distant,

proximo quidem intervallo. Ed.

8. *Baleares.* Eam vocem Carthaginensium lingua, fundas bellicosas significare, auctor est Agathemerus loc. cit. Diod. Sic. 5, Bibl. p. 297, Baleares dictas putat ἀπὸ τοῦ Βάλαιον, a jaculando: Γυμνῆσιαι, quod corpore nudo incolæ incederent per æstatem. Livius, in Epit. libri LX, vel a teli missu, vel a Balco Herculis comite ibi relicto, quum Hercules ad Geryonem navigaret. Vide etiam Tzetzen, in Lycophronem, pag. 94. HARD.

9. *Sucronem versus Colubraria.* Colubraria hodie, ut diximus, non una tantum, sed plures insulæ eodem nomine, quod paulum a veteri diversum hodie *Columbrete* est. Non autem, ut ait Noster, *Sucronem versus*; ab ostio enim Sucronis fluminis, de qua Noster cap. 4 meminit, xxii circiter leucis distat Colubraria, parique intervallo ab Ebuso. Ed.

10. *Major centum M. pass. longitudine.* Lego *C. M. pass. est longitudine*, ex MS. Reg. 1, editione principe et Cl. Rezzonico. BROU. — Artemidorus apud Agathem. loco citato, stadia mille et ducenta ait continere, quæ sunt passuum c. millia; quæ quidem mensuræ verum excedunt: non enim amplior lxx M. pass. est Balearis majoris, quam recentiores Hispani vocant *Mallorca*, longitudo. Ed.

nitū vero CCCLXXV¹¹ M. Oppida habet civium romanū Palmam¹² et Pollentiam : Latina¹³, Cinium, et Cuc¹⁴; et fœderatum, Bocchorum¹⁵ fuit. Ab ea xxx M.¹⁶ . distat minor : longitudine¹⁷, XL M. circuitu CL M. . Civitates habet, Jamnonem¹⁸, Saniseram, Mago- . A majore XII M. pass. in altum abest Capraria¹⁹ :

. CCCLXXV. Dalec. et Elz. LXXX. Chiff. CCCCLXXV. m autem et istæ excedunt men- ; nam vix ccl M. pass. est tonsuizæ circuitus. Ed.

. *Palmam*. Πάλμαν, καὶ Πολ- τῶ Straboni, lib. III, pag. 167, aque civitatis Romanæ jure tam. Colonias appellat Mela, I, cap. 7. HARD.—Etiam nunc a ad sinum cognominem, me- m inter et occidentem, et Pol- , ad sinum etiam cognominem, mtrionem versus. Ed.

. *Latina*. Quæ Latii jus habe- In MSS. Reg. etc. *Latina, ci- et Tucim*. HARD.— Vet. apud . *Latinorum civium et Tusciūm fœderatum Bocchorum fuit*. Chiff. a *Cinium et fœderatum Boccho- Cinium*. fortasse hodie, ut ait iertus, est *Sineu* vel *Sinen*, in iori insula; alia ignorantur om- , nisi tamen Bocchorum ad flu- situm fuerit, quod etiam nunc z vocatur, et in mare se- trionem inter et orientem t. Ed.

. *Cunici*. Leg. *Tucim*: ita MS. 1 et 2. Sine auctoritate emen- in recentioribus editionibus, z. BROU.

. *Bocchorum*. Dalec. *Bochri*. hori nomen ei oppido erat, . jam tum intercidisse innuit, fœdere junctum Romanis.

Cave enim existimes Bocchos Mau- ritanizæ reges hic imperitasse: quod fere sensit Solinus, cap. XXIII, pag. 44. HARD.

16. *Ab ea XXX M.* Strabo, lo- co citato, LXX tantum stad. hoc est, VIII M. DCCI pass. HARD.— Non multum autem a vero abest Noster; nam IX saltem leucarum intervallo, seu XXVII M. pass. distat *Menorca a Mallorca*. Ed.

17. *Longitudine XL M. circuitu CL. M. pass.* Sic MSS. omnes et Chiff. Dalec. et Elz. Longitudine LX. Agathemerus hanc patere ait stadiis trecentis, hoc est, XXXVII M. D. quod paulum a vero distat: circuitus vero circiter CX M. pass. est. Ed.

18. *Jamnonem, Saniseram, Ma- gonem*. Vet. apud Dalec. *Lamnonem*. Chiff. *Labonem*. Proponebat Dalec. *Hannonem*. Mela, lib. II, cap. 7, *Castella sunt in Minoribus, Lamno et Mago*. Jamno hodie est, auctore Mannerto, *Ciudadela*.— Mago, ut fert nomen, *Puerto-Mahon*.— Igno- ratur Sanisera, quæ fortasse in re- gione promontorii *Cabateria* sita fuit. Ed.

19. *Capraria, etc.* Martian. I. VI, pag. 206. Nunc *Caprara*, vel *Ca- brera*. Majori Balearium subest, ad austrum, non XII, ut Noster ait, sed IX mill. passuum intervallo. HARD. et Ed.

insidiosa naufragiis : et e regione Palmæ urbis, Mænariæ²⁰, ac Tiquadra, et parva Hannibalis. Ebusi terra²¹ serpentes fugat, Colubrariæ parit. Ideo infesta omnibus, nisi Ebusitanam terram inferentibus. Græci Ophiusam dixere. Cuniculos²² Ebusus gignit, populantes²³ Balearium²⁴ messes. Sunt aliæ xx ferme parvæ mari vadoso.

3 Galliæ²⁵ autem ora, in Rhodani ostio, Metina²⁶: mox quæ Blascon²⁷ vocatur: tres Stœchades²⁸ a vicinis Massiliensibus dictæ propter ordinem²⁹, quas item nominant

20. *Mænariæ, ac Tiquadra et parva Hannibalis.* Pro *Tiquadra*, vet. apud Dalec. *Tiquetra* legit; pro *et parva Hannibalis*, et *patria Hannibalis*, perperam, ut vix dici necesse est. Errat, ut puto, Mannertus, qui eas in Palmæ sinu sitas ait, multoquæ magis etiam Harduin. qui eas mari demersas putat; ad occidentem enim sinus Palmensis reperiuntur, Mænariæ nempe, hodie *Malgrates* dictæ, Tiquadra, *Dragoneru*, supra Mænarias septentrionem inter et occidentem, et Parva Hannibalis, hodie *El Torre* vocata, infra Mænarias, austrum inter et orientem. ED.

21. *Ebusi terra.* Solin. cap. xxxii, pag. 44. HARD.

22. *Cuniculos.* Dalec. et Elz. *Nec cuniculos*, addita vocula *nec*, quæ in vet. deest. ED.

23. *Populantes.* Vide quæ dicturi sumus, lib. VIII, cap. 81. HARD.

24. *Balearium.* Vet. apud Dalec. *Brassacorum.* ED.

25. *Gallia autem ora.* Vet. apud Dalec. *Galliæ hinc ora.* Martianus, loco citato, in *Galliæ quoque ora*, in *Rhodani ostio*, etc. ED.

26. *Metina.* In MSS. *Metania*. Forte ab ostio Rhodani, in quo olim

fuit *Metapina*. HARD. — Harduino assentiri videtur D'ANVILLE, *Notice de l'ancienne Gaule*, aliam tamen opinionem referens, quam edidit ASTRUC, *Hist. nat. de Languedoc*, p. 48, qui depressas quasdam insulas, in Massiliensi Rhodani ostio sitas, hodieque dictas *Les Tignes*, Metinæ nomen repræsentare credit. ED.

27. *Blascon.* Festo Avieno, in *Ora marit.* v. 599: « Blasco propter insula est, teretique forma cæspes editur salo. » Hujus insulæ meminere etiam Strabo, qui eam ad montem Sigiam, aut potius Sitium, hodie *Cette*, ponit, et Ptolemæus qui ei præponit insulam quamdam *Agatham*, cujus non exstant vestigia; Blascon autem hodie *Brescon* vocari ait D'ANVILLE. ED.

28. *Stœchades.* *Les îles d'Hières*, a vicino in continente oppido appellatæ, quod Massiliensium olim ditionis fuit: quare Massiliensibus hæ vicinæ dicuntur. HARD.

29. *Dictæ propter ordinem, quas item nominant singulis.* In MSS. *quas iterum.* Forte ita rectius, cum Toletano Pintiani: *Propter ordinem quo Sitæ: a quo iterum nomina singulis, Rote et Mese.* Ab ordine, inquit, quem certis intervallis dispositæ hæ

lis vocabulis, Proten³⁰, et Mesen, quæ et³¹ Pom-
ana vocatur : tertia Hypæa. Ab his Sturium³², Phœ-
Phila : Lero³³, et Lerina³⁴ adversum Antipolim, in
Vergoani oppidi memoria.

it insulæ, in universon Stœ-
s dictæ sunt : rursusque ab
ordine singulatim sibi quæ-
omen adscivit : priore earum
altera mox, Media, demum-
rtia, Ultima appellata. Porro
cula Stœchadum nomina Pi-
et Dalecampius ea commini-
ur, quæ nec exteris, nec indi-
nota sint. Honor. BOUCHÉ,
Prov. lib. I, cap. 7, a Pom-
na Mesen perperam distinguit,
iter peccat. HARD. — Ordi-
Græci dixere στῆλον. Inde
ades appellatæ. BROT.

Proten. Πρωτήν, hoc est, Pri-
hodie *Porqueroles* : Μίσσην, Me-
nunc *Port-croz*, quæ anno 1200
na vocabatur, ut docet Hon-
is, Hist. Prov. lib. I, cap. 7,
43. Ἰπταῖαν denique, hoc est,
mam, nunc *l'île du Levant*,
Titan, quæ maxime omnium
am vergit. HARD.

Quæ et Pomponiana vocatur.
rare Plinium et cum eo Mar-
m Capellam ait D'ANVILLE,
onianamque non insulam, sed
onesum fuisse contendit ex
Maritim. in quo reperitur
onianam, aut, ut in nonnullis
legitur, *Pompeiana*, inter Te-
Martium, *Toulon*, et Hera-
Caccabariam, *St.-Tropez*, XVI
ass. a priore. Pomponianam
firmissimis argumentis pro-
ANVILLE in hunc locum sitam
qui hodie *Calle de Giens* vo-
quæ terra, Stœchadum pri-

mæ opposita, ita in mare procedit,
ut undique fluctibus cincta videat-
tur, quod Plinium in errorem in-
duxit. ED.

32. *Ab his Sturium, etc.* Nunc sunt
Ribaudas, Langoustier, Baqueou, ut
recte vidit idem auctor historiæ
Provinciæ, loc. citat. Sunt æ inter
Stœchadas minimæ, in quibus ex-
structæ arces Ludovici XIII prin-
cipatu. HARD. — D'ANVILLE, qui
in opere suo *Notice de l'ancienne*
Gaule, Harduini sequitur opinio-
nem de Stœchadibus, tres insulas,
quarum hic meminit Noster, obscu-
rioribus esse ait, quam ut distingui
possint. A communi auctorum fere
omnium opinione, qui Stœchades
hodie *les îles d'Hyères* esse contem-
dunt, recedere non audeam; hic
tamen doctissimi viri Valesii opi-
nionem, in Notitia Galliæ veteris,
non referre non possum, qui insulas
Stœchades hodiè esse *Ratoneau*,
Pomègue et *If* arbitrat; unde con-
jici posset Sturium esse hodie *Por-*
queroles, Phœnicen, *Port-Croz*, et
Philam, *l'île du Levant* seu *du Titan*.
Hæc videat lector sagax et erudi-
tus. ED.

33. *Lero.* Hæc Antipoli propior,
quam Lerina, est. Nunc a sacello
ei Divæ sacro, *l'île Ste-Marguerite*
de Lérins. HARD.

34. *Lerina.* A Lerone freto pas-
suum de dispescitur. Strabo, lib.
IV, pag. 185, Ἰδανασίαν vocat, a
planitie. Unde Sidonius in Euchar.
ad Faustum : « Quantos illa insula

XII. (VI.) In Ligustico mari est Corsica, quam Græci Cyrnon¹ appellavere, sed Tusco propior : a septemtrione in meridiem projecta², longa passuum CL millia³ : lata majore ex parte quinquaginta : circuitu CCCXXV⁴ M. Abest⁵ a vadis Volaterranis LXII M. pass. Civitates habet⁶ XXXIII, et colonias, Marianam⁷, a C. Mario deductam : Aleriam⁸, a dictatore Sylla. Citra⁹ est Oglasa¹⁰ : intra

plana, Miserit in cælum montes : » viros sanctos intelligit, seu Monachos Lerinenses. Nunc *St.-Honorat de Lérins*. Antoninus in *Itiner. Maritim.* « Ab Antipoli Lero et Lerina insulæ, M. P. XI. » HARD.

XII. 1. *Cyrnon*. A Græcis Κύρνος, a Pœnis Κορυνή, inquit Pausanias in *Phoc.* lib. X, pag. 639. HARD.

2. *Projecta*. Maluisset Dalecamp. *porrecta*. ED.

3. *CL millia*. Strabo, lib. V, pag. 224, ex Chorographo nescio quo, CLX millia longitudine, latitudine LXX, porrigi ait. Plinium, ut solet, sequitur Martianus, lib. VI, pag. 207. HARD.

4. *CCCXXV*. Sic libri omnes MSS. cum Martiano. HARD. — Dalec. et Elzev. *CCCXII*, contra Tolet. et Chiff. fidem. ED.

5. *Abest a vadis Volaterranis, LXII M.* Corruptus haud dubie numerus, quum xc circiter M. pass. inter utraque loca nunc supputentur. Nota fortassis centenarii in quingenarium deflexa ab amanuensibus est, scriptumque *LXII* pro *CXII*. Quin si Artemidoro credimus, apud Agathemer. *Geogr.* lib. I, cap. 5, gemina centenarii nota librariis excidit, scribique necesse est *cclxxv*. Trajectum enim ait esse stadiorum Lis mille ducentorum. Sed coarguit

Artemidorum Strabo, lib. V. Ed.

6. *Habet XXXIII*. Sic Martianus, loc. cit. HARD.

7. *Marianam*, etc. Utriusque coloniarum, et a Maria, et a Sylla deductæ Seneca meminit, lib. de *Consol.* ad Helv. cap. 8, pag. 808; *Aleria* Mela lib. II, cap. 7; *Florus*, lib. II, cap. 2, et Antoninus. Utriusque ruderera hodieque visuntur, latere insulæ eo, quod Italiam spectat. H. — Mariana quidem ad stagnum cui nomen *Stagno di Bigaglia*, auctore Mannerto; non autem ad ostium Tavolæ fluminis, hodie *Gole*, ubi etiam veteris cujusdam oppidi monstrari a quibusdam vestigia ait : *Aleria* autem juxta ostium Rhotani fluminis, hodie *Sarignano*, ad Austrum; quantum, ut ait idem Mannertus, ex Ptolemæo situs ejus conjici potest. In Conc. *Lateranensi* sub Martino *Donatus Marianensis* episc. ED.

8. *Aleriam*. Vet. cod. apud Dalec. *alteram*. ED.

9. *Citra est Oglasa*. Martianus: *Scipa autem citra est, Oglasa infra*. ED.

10. *Citra est*, etc. *Oglasa*. Alii, *Oglasa*. Apparet ex situ esse *Monte Cristo* : ubi Monachi olim degebant, ad quos litteras scribit S. Gregor. lib. I, epistol. 9. HARD.

vero sexaginta millia passuum a Corsica, Planaria¹¹ a specie dicta; æqualis freto, ideoque navigiis fallax. Amplior Urgo¹², et Capraria¹³, quam Græci Ægilon¹⁴ dixere; item Ægillum¹⁵: et Dianium, quam Artemisiam¹⁶: ambæ contra Cosanum¹⁷ littus: et Barpana¹⁸, Mænaria, Columbaria,

11. *Intra vero sexaginta millia pass. a Corsica Planaria.* Errat haud dubio Hard. qui eandem insulam esse arbitratur Planariam istam et Planasiam, cujus paulo infra meminit Plinius. Planasia, ut mox dicam, hodie *Pianosa* est; Planaria vero ad austrum ejus sita, v. circiter leucis, a Corsica vero XI, sive XXXIII M. pass. non autem LX, ut Noster ait, hodie vocatur *Formicole*, non una tantum insula, sed plures maxime exiguæ æquales freto, ut ait, et sicut *Formicæ* ut ita dicam, coacervatæ. Cave tamen eas confundas cum aliis eodem nomine *Formiche*, seu *Formicole di Grossetto*, quæ multo magis ad orientem jacent, ad Tuscum littus, contra urbem *Grossetto*. Proponebat Dal. *Planataria*. ED.

12. *Urgo.* Sic MSS. omnes, sic etiam Mela, lib. II, cap. 7, et Martianus loc. citat. Rutilio in Itiner. pag. 315, *Gorgon*: « Assurgit ponti medio circumflua Gorgon, Inter Pisanum, Cyrnaicumque latus. » Greg. M. lib. I, ep. 50: « Gorgonis insulæ monasteria » laudat. Steph. ὄργων, νῆσος Τυρρηνίας. Hodie *la Gorgona*. HARD.

13. *Capraria.* Αἴγυλον Græci dixerunt, ἀπὸ αἰγῶν, hoc est, a capris silvestribus, ut ait Varro, de Rust. lib. II, cap. 3, qui Caprasiam vocat. Hodie *Capraia* nomen retinet. HARD.

14. *Ægilon.* Vet. apud Dalecamp. *Ægillum*. ED.

15. *Item Ægillum.* Diversa hæc insula a superiore: Antoninus in Itiner. Maritim. « Insula Ægillum a Cosa stadia XC. » Melæ, lib. II, c. 7, et Martiano, lib. VI, p. 207, *Igilium*. Laudat hanc Rutilius eximie in Itiner. lib. I, p. 308: « Eminus Igili silvosa cacumina miror, etc. » Nunc *Giglio*. HARD.

16. *Artemisiam.* Subintellige, dixerunt Græci: est enim Ἀρτέμις Græce Diana. Ἀρτέμιτταν hanc insulam Stephanus vocat. Nunc *Gianuto*, contra *Monte Argentaro*, quod promontorium in continente Italiæ est. H.

17. *Cosanum.* De Cosa diximus cap. 8. HARD.

18. *Barpana, Mænaria, Columbaria, Venaria.* Sic MSS. omnes. Dal. et Elzev. et parvæ *Mænaria*, etc. Pro *Barpana*, Mannertus dixit se etiam reperisse *Harponæ*. Eadem haud dubie est, auct. Hard. quæ Melæ, lib. II, cap. 7, Carbania dicitur. Columbariam ab avium genere dictam Solinus autumat. Veneriam, non Venariam habet Martianus, loc. cit. Sunt autem hodie, ut vult Mannertus, *Barpana*, sive, ut ait, *Harponæ*, *Formiche di Grossetto*, de quibus nos jam supra. *Mænaria, Troja*, contra promontorium ejusdem nominis ad septentrionem *Harponarum*. Denique *Columbaria* et *Venaria, Palmajola* et *Cervoli*

Venaria. Ilva¹⁹ cum ferri metallis, circuitu centum mill. a Populonio decem, a Græcis Æthalia dicta. Ab ea Planasia²⁰, xxxviii²¹ m. Ab his ultra Tiberina ostia in²² Antiano Astura, mox Palmaria²³, Sinonia, et adversum Formias³ Pontiaë. In Puteolano autem sinu Pandataria²⁴, Prochyta²⁵; non ab Æneæ²⁶ nutrice, sed quia profusa²⁷ ab Ænaria

insulæ parvæ, Ilvam inter et *Piombino*. Harduinus Mænariam nominis quadam similitudine ductus *Meloria* esse credit, quæ portui Liburno objacet; sed, ut ait Mannerus, hæc tantum rupes est, cui nullo nomen certe fuit, ante exstructam satis recentem in ea turrim, quæ nocturno navium Liburnum portum petentium cursui ignes ostendit. ED.

19. *Ilva*. Rutilius in Itiner. lib. I, pag. 309: « Occurrit Chalybum memorabilis Ilva metallis. » Nunc *Elba* dicitur, contra Plumbinum. Eadem Αἰθάλια cur nuncupata sit, discite ex Stephano. Ilvam ab Æthalia perperam sejungit Ptolemæus, et mox Ænariam rursum a Pithecusa. HARD.

20. *Planasia*. Non autem c m. pass. ut ait Noster, sed circiter lxx circuitu. Insula M. Pisonis Planasia a Varrone dicitur, de Rust. lib. III, cap. 6. Hodie ut diximus, *Pianosa*. ED.

21. XXXVIII. Sic apud Chifflet. Dalec. et Elz. XXXIX. Hic autem graviter errare videtur Noster, *Pianosa* enim vix vii m. pass. ab *Elba* distat. ED.

22. In *Antiano Astura*. Ubi colonia Antium, Astura flumen et insula, ut diximus, cap. 9. HARD. — Insula maxime exigua vetus nomen, ut videtur, servat. ED.

23. *Palmaria*, etc. *Palmaria* hodie *Palmarola*. *Sinonia*, *Sennone*, *Caietan* versus. Cæteris major *Pontia*, *Isola di Ponza*: universæ fere communi vocabulo *Pontiaë* appellatæ. Unica Straboni Πονρία, lib. II, pag. 123. *Pontiaë* multitudinis numero, Livio, lib. IX, cap. 28: « Volsci Pontias, insulam sitam in conspectu littoris sui, incoluerant. » Fortasse *Pontiaë*, quod uno nomine appellantur cum *Pontia ipsa*, tum exiguæ insulæ, nunc *la Botte*, *Vendotena*, etc. dicuntur. ED.

24. *Pandataria*. Chiffi. *Pandateria*, quod legitur etiam in plerisque Taciti editionibus, Annal. lib. I, cap. 53; quamvis lib. XIV, cap. 63, *Pandutaria* legatur. Straboni lib. V, p. 233, Πανδατάρια. Melæ lib. II, cap. 7, et Dioni, LV, 10, *Pantaderia*. Nunc *Ventotiene*. ED.

25. *Prochyta*. Προχύτη Stephano, hodie *Procida*, contra promontorium Misenum. HARD.

26. *Non ab Æneæ nutrice*. Ut existimavit Dionys. Antiq. Rom. lib. I, p. 43. HARD.

27. *Quia profusa ab Ænaria erat*. Quia motu terræ avulsa, ac veluti in altum projecta ab Ænaria, sen Pithecusa, foret. Strabo, lib. V, p. 247. Ex his Plinii verbis Martianus ridicule *Ahenariam* insulam finxit. HARD. — Quidam *Ænaria* ubique hic scribunt. DALEC.

erat. *Ænaria* ipsa a statione²⁸ navium *Æneæ*, Homero²⁹ *Inarime* dicta, Græcis *Pithecusa*, non a simiarum³⁰ multitudine (ut aliqui existimavere), sed a figlinis³¹ doliorum. Inter *Pausilypum*³² et *Neapolim Megaris*³³: mox a *Surrento*

28. *A statione.* Festus : « *Ænaria* appellavere locum, ubi *Æneas* classem a Trojanis veniens appulit. » Plinius non *Æneam* cum navibus, sed *Æneæ* naves dumtaxat, quas ille *Tithono* in Italiam proficiscenti ad transvehendos colonos locaverat vel commodarat, usque ad hanc insulam pervenisse refert, nec ultra progressas ibi substituisse in tutissima statione, donec in Troadem ante Græcorum adventum remigrarent; *Tithono* interim (qui missus, non a *Laomedonte*, ut suspicati nuper in *Apologia* *Homeri* sumus, sed a *Priamo* fratre fuerat, ad transvehendos, quos diximus, colonos, scilicet valetudine, ætate, vel sexu inutiles bello Trojano sustinendo, quod imminabat a Græcis), ad *Lirim* amnem usque ad *Circeios* naves suas peragente. Naves enim *Æneas*, quibuscum in Italiam venire ipse potuisset, easdem agnato suo *Tithono* potuit in publicam patriæ utilitatem commodare: aut si venit ipse ductor navium suarum, id quod minus esse verisimile arbitramur; ante Trojanam certe obsidionem, *Homero* teste idoneo ac locuplete, Trojam rediit, *Tithono* in Italia remanente. Fortasse etiam ab alieno ærisque metallis, *Ænaria* dicta est, quasi *Ahenaria*. *Αἰναρίαν* scripsere cum diphthongo antiqui omnes: unus instar sit omnium *Appianus*, *Bell. Civil. lib. V, p. 711*, qui *νήσόν τῆς Πιθηκούσας* vocat, ἢ

νήσόν ἐστιν Αἰναρία. Nam quod suadere *Salmasius* nititur, in *Solin. pag. 97* et *321*, et *Bochartus*, de *Animal. lib. III, cap. 31, pag. 994*, scribi *Enaria* oportere, ut ab *Enaribus*, hoc est, sine naribus, simiis videlicet, nomen insulæ deflexum videatur, valde vereor ut quisquam vir naris emunctæ probet. Hodie appellatur *Ischia*. *HARD.*

29. *Homero.* In *Catalogo Navium*, vers. 290: εἰν Ἀρίμοις: unde *Virgilius*, *Æneid. IX*; *Ovidius*, *Metam. lib. XIV, vers. 89*, aliique *Inarimen* finxere. *HARD.*

30. *Non a simiarum.* Volebat *Dalecamp. non a simiarum multitudine.* *ED.*— Quas Græci *πίθηκος* vocant. Ita nihilominus visum *Ovidio*, *Met. lib. IV, vers. 90*. *Xenagoræ* et *Æschini* apud *Harpocrat. pag. 168*, atque e recentioribus, *Salmasio*, et *Bocharto*, de *Animal. lib. III, cap. 31, pag. 994*. Sane ἀρίμοις *Hesychio* *πίθηκος* est, hoc est, simia. *HARD.*

31. *A figlinis doliorum.* *Officinis*, in quibus dolia fiunt figlina: ἀπό τῶν πίθηκων, hoc est, κεραμέων πίθων. Α πίθος fit πίθακον, πίθηκον, πίθηκέεις, πίθηκέσσαί, et πίθηκούσαι, id est, figlinæ. *HARD.*

32. *Pausilypum.* Hodieque *Posilipo*, in Campania, prisca incolarum Græcorum appellatione, ab abigendis curis, tristitiæve cessatione, Πρωσίλυπον. Mons enim mare prospectans, consitus arboribus, villisque refertus, omnium ejus ora

octo millibus passuum distantes, Tiberii principis arce nobiles Capreae³⁴, circuitu XI millium³⁵ passuum.

XIII. Mox¹ Leucothea²: extraque conspectum³, pelagus Africum attingens, Sardinia, minus octo⁴ millibus passuum a Corsicæ extremis, etiamnum angustias eas arctantibus insulis parvis, quæ Cuniculariæ⁵ appellantur: itemque⁶ Phintonis, et Fossæ: a quibus fretum ipsum Taphros nominatur. (VII.) Sardinia ab oriente⁷ patens, CLXXXVIII millia passuum: ab occidente, CLXXV⁸ millia:

amoenissimus est: Virgillii quoque cineribus inclutus. HARD.

33. *Megarıs*. Μεγαρίς, nunc *Castel dell' Ovo*. HARD.

34. *Capreae*. Eleganter describuntur a Tacito *Annal*, lib. IV, cap. 67, qui quidem rectius quam *Noster*, hanc insulam « trium millium freto ab extremis Surrentini promontorii disjunctam » ait. Vide etiam *Sueton*. in *Tiberio*, cap. XL, et *Dionem*, lib. LII, p. 495. Nunc *Capri* vocatur. ED.

35. *XI millium*, etc. Male MSS. Reg. et editio princeps aliæque, atque etiam *Harduinus*, *LX M*. Optime emendavit *Cl. Rezzonicus*, *XI M*. errorem monstrante *Josepho Maria Secundo*, *Caprearum præfecto*, in erudita insulæ descriptione. BROU.

XIII. 1. *Mox*. Sunt qui hanc vocem non legant. DAL.

2. *Leucothea*. Meminit hujus *Mela*, lib. II, cap. 7; sed in mappis non reperitur. ED.

3. *Extraque conspectum*. Vet. ap. *Dalec*. et *Chiffli. extra quem*. ED. — Sic in altum recedens, ut a continente prospici non possit, nisi ægre admodum. *Strabo*, lib. V, p. 223: Κατοπτύεται δ' ἀπὸ τῆς πόλεως πὸβ-

ρωθεν μὲν καὶ μόλις ἡ Σαρδῶν, ἐγγυτέρα δὲ ἡ Κύρνος, etc. HARD.

4. *Minus octo*. Apud *Chiffli. minus novem*. ED. — « In octavo milliaro a Corsica Sardinia est, » inquit *Martianus*, lib. VI, pag. 207. *Stadiorum fere LX intervallum esse ait Strabo*, lib. V, pag. 223, hoc est, VII M. D. pass. HARD. — *Vix V M. pass. est verum intervallum*. ED.

5. *Cuniculariæ*. Hodie sine nomine, scopulis, quam insulis, proprie res. HARD.

6. *Itemque*. Id est: *Angustis illæ arctantur*, non modo *Cuniculariis insulis*, sed illa etiam insula, quæ *Phintonis* (*Ptolemæo*, lib. III, cap. 3, Φίντωνος νῆσος), et his quæ *Téphros*, seu *Fossæ* vocantur. Illa nunc *Isola di Figo*: altera *Isola Rossa*, *Cluverio*, lib. de *Corsica antiqua*, pag. 502. HARD. — Aut potius, ut vult *Mannertus*, *Caprera* et *Santa Maddalena*, extra fretum, orientem inter et austrum. Vet. apud *Dalec. Phitonis*. *Tolet. Pintonis*. ED.

7. *Ab oriente*. Latere orientali. Hæc *Martianus* iisdem verbis, lib. VI, cap. de *Sardin*. pag. 207. H.

8. *CLXXV*. Sic apud *Chifflet*. et *Tolet. Dalec. et Elzev. CLXX*. Alii ap. *Dalec. CLXXII*. ED.

idie, LXXVII⁹ millia : a septemtrione, CXXV¹⁰, cir-
DLXV¹¹ millia : abest ab Africa Caralitano¹² pro-
prio ducenta millia, a Gadibus quatuordecies centena.
et a Gorditano¹³ promontorio duas insulas, quæ
tur Herculis¹⁴ : a Sulcensi¹⁵, Enosin¹⁶ : a Carali-
Ficariam¹⁷. Quidam haud procul ab ea etiam Bere-
ponunt¹⁸, et Collodem, et quam vocant Heras
Celeberrimi in ea populorum, Ilienses²⁰, Balari,

LXXVII. Sic ap. Chiffi. Dal.
LXXIV. ED.

LXXV. Sic ap. Chiffi. Dalec.
LXXII. ED.

LXXV. Sic ap. Chiffi. Dalec.
DLX. Omnes istæ mēsuræ
lram a vero aberrant. ED.
Caralitano. Vet. apud Dalec.
10. Hodie, ut omnes aiunt,
ra, a quo quidem promon-
cc m. ut Noster ait, sed
tum m. pass. distat proxi-
fricæ littus; Gadesque non
decies centena, sed circiter
cxxx m. pass. ED.

Et a Gorditano. Γορδίτανον
Ptolemæo, lib. III, cap. 3, ab
tali insulæ latere : Nunc
Iacone. Habet hæc quoque
us iisdem verbis, loc. supra
ARD.

Herculis. Ἡρακλείους νῆσον uni-
lemæus agnoscit, lib. III,
ut tamen geminæ : major,
, sive Zavora : minor, Isola
citur. HARD.

Sulcensi. Quod meridionali
latere, vulgo la Punta dell
omen olim habuit a Sulcensi
de quo mox. HARD. — Vet.
Dalec. Solcensi. ED.

Enosin. Ἐνοσιν. Hodie a S.
nomen habet. HARD.

17. Ficariam. Φικαρία νῆσος, Ptole-
mæo, lib. III, cap. 3. Cluverio,
Cotelaso. HARD.

18. Berelidas. An Balaridas ex
Martiano rectius ? scilicet a Balaris
Sardinia gente, de qua mox Plinius.
An potius Boaridas, ex Tab. Peu-
ting. ut scopull intelligantur duo,
qui S. Antiochi insulam obsident,
il Toro, et la Vacca ? an denique
Banauridas ex Stephano, Tyrrheni-
cas insulas sic nominante ? Et Bel-
leridas, et Κολλώδη, et Ἡρας λούτρα,
seu Junonis thermas, inter insulas
quæ Sardinia adiaceant, ab aucto-
ribus haud satis probatæ fidei af-
ferri, haud obscure prodit ea lo-
quendi formula, Quidam ponunt,
etc. HARD.

19. Heras lutra. Vet. ap. Dalec.
Hieraca. Chiffi. Heralytra. ED.

20. Ilienses. Ἰλιείς, qui Ilio everso
huc confugere, Iolao duce, ut Pau-
sanias refert, Phocic. lib. X, p. 639,
unde et Ἰολάσιοι a Diodoro appellati,
Bibl. lib. V, p. 296. Ilienses quo-
que et Mela, lib. II, cap. 7, et Li-
vius vocat, lib. XLI, cap. 6,
quibus iste adjuncta Balarorum
auxilia scribit. Quare Plinium haud
merito Salmas. arguit, in Sol. p. 29
et 99, quasi Ilienses pro Iolenses
dixerit. Βαλαρῶν et Κορσῶν appella-

Corsi. Oppidorum²¹ XVIII²² Sulcitani²³, Valentini²⁴, Neapolitani²⁵, Bosenses²⁶, Caralitani civium romanorum, et
 3 Norenses²⁷. Colonia autem una, quæ vocatur ad turrim²⁸

tio unde sit deducta, Pausanias aperit, loc. cit. HARD.

21. *Oppidorum XVIII*. Ita MSS. omnes. Dalec. tamen et Elz. *XIV* egunt. Subintellige celeberrima. ED.

22. *Sulcitani*. Strabo, lib. VI, pag. 224 : Πόλις ἀξιόλογοι Κάραις καὶ Σουλχοί. Ptolem. loc. cit. μεσημβρινώτατοι Σολκητῶναι et Σόλχοι λιμῆν. Mela, lib. II, cap. 7 : « Urbium antiquissimæ Caralis et Sulci. » Steph. Byz. Σόλχοι πόλις ἐν Σαρδίῃ, Καρχηδονίων κτίσμα. Anton. *Sulci*. Vide quoque Pausaniam lib. X, cap. 17. Hujus urbis situm indicari ait Mannertus ruderibus exiguoque vico, cui nomen etiam nunc est *Sulci*, haud longe a portu, cui nomen *Palma di Solo*, contra insulam hodie *S. Antioco* vocatam. ED.

23. *Valentini*. Οὐαλεντῖνοι Ptolemæo, lib. III, cap. 3, ab oppido cognomine, quod perperam in libris editis Οὐαλερία pro Οὐαλεντία scribitur. HARD. — Illam hodie *Iglesias* esse ait Mannertus. ED.

24. *Neapolitani*. Ptolemæo, loc. cit. Νεαπολίται et ὕδατὰ Νεαπολιτάνα. Oppidum hoc Aquæ Neapolitanæ, cujus meminit etiam Antoninus, sive Æthicus, unum fuisse huic populo innuit Harduinus : nonnulli tamen duo agnoscunt, quorum unum in littore fuit, quondam Neapolis, hodieque etiam *Napoli* dicta, aliud autem in Mediterraneo, Aquæ Neapolitanæ quondam, hodieque si Mannerto credimus, *Aqua di Corsari* vocata. ED.

25. *Bosenses*. Bosam urbem nomen

sum retinere aiunt n'ARVILLE, nonnullique alii; Ptolemæus tamen loc. cit. illam inter oppida Sardinie mediterranea nominat; unde diversa ab hodierna urbe *Bosa*, ad ostium fluminis *Tyrsis*, contra insulam cognominem sita, esse videtur. Anteponenda igitur fortasse est Mannerti opinio, qui antiquæ *Bosæ* rudera ad antiquum fluminis, hodie *Gavino* dicti, alveum monstrari ait, unde fortasse in hodiernam urbem migrarunt incolæ, quum *Bosa* episcopalis sedes facta est. ED.

26. *Caralitani*. Quibus jus civium Roman. concessum. Sive *Caralim*, seu *Calarim* legas, nihil interest. Variant enim libri vetusti. *Livius urbem Carales* vocat, lib. XXIII, cap. 40 et 41, et lib. XXX, c. 39; *Florus*, lib. II, cap. 6, urbem urbium *Caralin*, quia jam tum, ut hodieque, metropolis insulæ fuit : incolis *Cagliari*. HARD.

27. *Norenses*. Antonino *Nora*; Ptolemæo Νόρα, meridionali insulæ latere. Hanc Pausanias, lib. X, cap. 17, antiquissimam fuisse Sardinie urbem nos docet, ab Iberis, duce quodam *Norace*, Mercurii filio, conditam. Domorum usum *Libycis* cæterisque antiquis insulæ incolis monstrarunt. *Noram* locum, ubi hodie est *Torre Forcadizo*, tenuisse probat Mannertus. ED.

28. *Ad Turrim*. Nunc *Porto di Torre*. In Notitia Episcop. apud Victorem Vitens. inter Episcopos Sardinie, *Felix de Turribus*. Antonino, *Ad Turrem*, oppidum Sardinie

onis. Sardiniam²⁹ ipsam Timæus Sandalio³⁰ appellat ab effigie soleæ, Myrsilus Ichnusam a similitudine
 ii. Contra Pæstanum sinum Leucasia³¹ est, a Sirene pulta appellata. Contra Veliam, Pontia, et Ischia³², quæ³³ uno nomine OEnotrides³⁴, argumentum possessæ Enotriis³⁵ Italiæ. Contra³⁶ Vibonem parvæ, quæ vocatur Ithacesiæ³⁷, ab Ulyssis³⁸ specula³⁹.

V. (VIII.) Verum ante omnes claritate Sicilia, Sicilydidi¹ dicta, Trinacria² pluribus, aut Triquetra³,

olemæo, libro III, cap 3 :

Βίσσωνος πόλις, pro Δεῦσ-
 HARD.

Sardiniam. Hæc totidem verlinus, cap. iv, pag. 18, et nus, lib. VI, cap. de Sardinia. 207. Prævit auctor libri Auscult. p. 1159. HARD.

Sandalio. Σανδαλιῶτιν, et v. Claudianus, de bello Germanicæ Humanæ speciem plantæ figurat Insula : Sardiniam dixere coloni. Vide etiam iam in Phocic. lib. X, pag. 180.

Leucasia. Apud Strabonem, pag. 123, Λευκασία : at σαυκασία, ut Stephanus habet : or libri Mirab. Auscult. pag. quo nomine Sirenen etiam ocitatam diximus, cap. 9. *la Licosa*, petra verius quam

Ab Æneæ consobrina ibi ta, Λευκασίαν nominatam Dionys. Halic. lib. I, pag. 180.

Ischia. Proponerat Dalecamp. Ed.

Utræque. Vet. ap. Dalec. utraque.

OEnotrides. Οἰνωτρίδες νῆσοι ni, lib. VI, pag. 252. De

Velia diximus cap. 10, et de Pæstano sinu, et de Vibone. HARD.

35. *Ab OEnotriis.* Quos in Italia rerum potitos olim Strabo etiam prodidit, pag. 253. HARD.

36. *Contra.* Dalec. et Elz. et contra. Ed.

37. *Ithacesiæ.* Ἰθακησία. Meminere Solinus, et Martianus. Nunc *Toricella*, *Praca*, *Brace* : scopulique alii sine nomine. HARD.

38. *Ulyssis.* Vet. ap. Dalec. et Chiffi. ob *Ulyssis*. Ed.

39. *Specula.* Vet. ap. Dalec. Tolet. et Chiffi. *spectacula*. Ed.

XIV. 1. *Thucydidi.* Edit. princeps a *Thucydide*. Brot. — Libro VI, pag. 411. HARD.

2. *Trinacria.* Thucyd. loc. cit. Diodoro, Bib. lib. V, pag. 286, et aliis. Homero, *Odyss.* A, 106, et M, 127. *Τρινακίη νῆσος*, alia longe a Trinacria est. Hæc partim latina vox est ab adjectivo *trinus*, partim græca, ex voce *ἀκρα*, *promontorium*. Illa ad quamdam prioris similitudinem ficta est, et Solis insula appellatur, quoniam in ea sol perpetuo lucet. Est enim ea insula in Odyssæa, ipsum hoc terræ hemisphærium, quod certe semper lucet a sole. H.

3. *Triquetra.* *Prædia Triquetra*,

a triangula specie : circuitu patens, ut auctor est Agrippa⁴, DCXVIII M. pass. quondam⁵ Brutio agro cohærens, mox interfuso mari avulsa XV⁶ M. in longitudinem freto, in latitudinem autem M. D. pass. juxta⁷ columnam Rhegium. Ab hoc dehiscendi⁸ argumento, Rhegium Græci nomen dedere oppido, in margine Italiæ sito. In eo freto est scopulus Scylla : item Charybdis⁹ mare vorticosum : ambo clara¹⁰ sævitia. Ipsius Triquetrae, ut diximus¹¹, promontorium Pelorus vocatur, adversus Scyllam vergens in Italiam : Pachynum¹² in Græciam, CCCCXL M. ab eo

hoc est, Sicula, dixit Horatius, lib. II, satir. VI. HARD.

4. *Agrippa*. At Posidonius apud Strabonem, lib. VI, pag. 266, habet tantum stadia quater mille et cccc, hoc est, DL mill. pass. Timosthenes vero apud Agathemerum, lib. I, cap. 5, stadiis 4746 ambitum Siciliae definit, hoc est, DXCIII mill. CCL pass. HARD.

5. *Quondam*. Vide quæ diximus, lib. II, cap. 90. HARD.

6. *XV*. Sic ap. Chiff. Dalec. et Elz. XII. ED.

7. *M. D pass. juxta*. Ita Timosthenes apud Agathem. duodecim stadia patere hoc fretum latitudine prodidit, lib. I, cap. 3. HARD.

8. *Ab hoc dehiscendi*. Ita Solinus, cap. v, pag. 19. Ἀπὸ τοῦ ῥαγῖναι Rhegium dictum volunt, quod ibi terra dehiscat interfuso tenui maris euripo. Alii Regium sine aspiratione scripsere, quasi Regiam, hoc est, Βασίλειον. Conf. Strabonem lib. VI, p. 258. HARD.

9. *Charybdis mare vorticosum*. Vel summa fuit olim navigandi imperitia, vel valde mutata est locorum facies. Charybdis enim, antiquis

adeo formidata, adhuc videtur prope arcem Messanæ, *Messine*, et ab incolis dicitur *Garofalo*. Vel minimæ cymbæ eam sine periculo trajiciunt. Nec ibi aliud est quam vortex ortus a variis aquarum inter-cursionibus, quæ colliduntur in iis angustiis Phari Messanæ. Altitudo aquæ ibi est tantum palmorum 30. Vide *Voyage en Sicile et dans la grande Grèce, adressé à M. Winkelmann, page 161. BRON.*

10. *Ambo clara*. De his satis apposite Ovidius, *Metam. lib. VII, vers. 62* : « Quid quod nescio qui mediis concurrere in undis Dicuntur montes? ratibusque inimica Charybdis Nunc sorbere fretum, nunc reddere : cinctaque sævis Scylla rapax canibus Siculo latræe profundo? » At apud Homerum, *Odyss. M, 61*, Scylla et Charybdis petrae sunt duæ fabulosæ, cum scopulis totidem; quibus imaginibus poetice describit adulteriorum, discordiæ, et luxuriæ mala. HARD.

11. *Ut diximus*. Cap. 10, Πέλωρος ἄκρα Ptolemæo, lib. III, cap. 4. Nunc *Capo di Faro*. HARD.

12. *Pachynum*. Malebat Dalec.

te Peloponneso¹³ : Lilybæum¹⁴ in Africam CLXXX
 ervallo a Mercurii¹⁵ promontorio : et a Caralitano Sar-
 cxc¹⁶ M. Inter se autem hæc promontoria ac latera
 t his spatiis. Terreno itinere a Peloro Pachynum¹⁷
 XI M. pass. Inde Lilybæum, CC M. inde Pelorum,
 Coloniae¹⁸ ibi quinque : urbes ac civitates LXIII. A
) mare Ionium ora spectante, oppidum Messana ci-

us. Ed. — Παλιός ἀρα Pto-
 nunc *Capo di Passaro*. H.

CCCCXL M. ab eo distante
 neso. Ita rescripsimus, ad-
 codicum Reg. 1, 2, Colb. 1,
 s. etc. quum in editis perpe-
 atur, cXLIV, hoc est, centena
 ginta quatuor, pro *quater*
et quadraginta. Suffragatur
 Capellam, qui hunc plane
 im habet, lib. VI, cap. de
 p. 208, etiam Strabo, dum
 fluminis ostium quatuor mil-
 lium, hoc est, D millia pas-
 Pachyno abesse testatur,
 , pag. 266. HARD.—Proxima
 ipsa est hæc Pachynum inter
 rium promontorium ccccxl
 . distantia. Ed.

ilybæum. Αδουβαίων ἀρα Pto-
 ipb di Boco, Marsala. HARD.
 t Mercurii. Hodie *cap Bon*,
 ca. De eo lib. V, cap. 3. Hoc
 llum Timosthenes loc. citat.
 e fere CC M. pass. sed gra-
 trat, nam vix LXXVIII M.
 st; unde etiam non CLXXX,
 ntum LXXX hic legendum
 Ed.

XC. Sic ap. Chiffi. Dalec. et
 XX. Ego autem CEX legere
 , quod vero multo vicinius
 Ed.

achynum CLXXXVI. Ita MSS.
 , Dalec. et Elz. CLXVI. Ca-

pella, pag. 208, CLXXXVI. Terreno
 itinere hæc mensura instituitur,
 atque adeo brevior insulæ circuitus
 ex triplici hoc intervallo colligetur,
 quam quem Agrippa efficit, ora
 sinubusque lustratis. HARD.—Hæc
 Harduinus : ego autem corruptos
 quoque numeros insequentes arbi-
 tror : nam ex probatissimis mappis
 intervalla terreno itinere desumpta
 mihi dederunt circiter cL M. pass.
 inter Pelorum et Pachynum; ccx,
 inter Pachynum et Lilybæum, et
 cccxxx, inter Lilybæum et Pello-
 rum. Ed.

18. Coloniae ibi quinque : urbes ac
 civitates LXIII. Locum hunc resti-
 tuimus, tum ex Martiano Capella,
 lib. VI, cap. de Sicilia, pag. 208,
 tum ex eorundem codicum fide, in
 quibus civitates LXIII, nullis adje-
 ctis aut detractis leguntur. Colonia-
 rum numerum, quem nos etiam
 reposuimus, ex Martiano, subse-
 quentis voculæ, *urbes*, littera prior
 absorberat. Porro totidem infra
 coloniæ redduntur : Tauromenium,
 Catina, Syracusæ, Thermæ, Tyn-
 daris. In Excerptis Legationum e
 Diodori libro XXIII, urbes in Si-
 cilia LXXVIII omnino numerantur :
 qui numerus e quinque coloniis :
 urbibusque tribus et sexaginta recte
 conflatur. HARD.— Dalec. et Elz.
 LXXII. Ed.

3 vium¹⁹ romanorum, qui Mamertini vocantur. Promontorium Drepanum²⁰ : colonia Tauromenium²¹, quæ antea Naxos²², flumen Asines²³ : mons Ætna²⁴ nocturnis mirus

19. *Civium Rom.* Jure civitatis a senatu donatum. *Messine.* Incolis, *Messina città nobile.* Nummi Veteres sub Augusto cusi, MESSENION, latinis scripti characteribus, ut se cives romanos incolæ testarentur; seque a Messeniis Peloponnesi discriminent. Cuniculus in ea nummi parte sculptus, cuniculosam eam fuisse, vel esse regionem docet. Fuit hic nummus argenteus apud D. DE BOZE. HARD.

20. *Drepanum.* Nunc, ut vult Harduinus, et confirmat Mannerus, *capo di S. Alessio* a proximo S. Alexii castello. Non vero, ut Harduinus addit, idem quod Ptolemæo Ἀργεῖνον ἄκρον, hodie, ut ait Mannertus, *capo Grosso* dictum. ED.

21. *Colonia Tauromenium.* Nunc *Taormini.* Ibi adhuc visitur antiquum ejus theatrum, in quo scena, quæ in cæteris omnibus deest, exstat integra. Inde patet quam curiosum sit hujus antiquitatis monumentum. BROU.

22. *Antea Naxos.* Solin. cap. v, pag. 19. Etiam Antoninus in Itiner. Tauromenium Naxon vocat. Nempe Naxo excisa, Tauromenium successit, quo deducti sunt Naxii, ut auctor est Diod. Sic. Bibl. lib. XIV, pag. 282, et lib. XVI, pag. 411. Græcis Ταυρομένιον. Nummus Græcus e Museo nostro Parisiensi, TAYPOMENITAN. HARD.

23. *Asines.* Fluvius ille, quem Tauromenium inter et Ætnam ponit Noster, idem esse videtur, qui ab aliis Onobala, hodie *Alcantara*

vocatur; nisi tamen illum confundat Noster cum flumine Aci, quod Catanæ multo vicinius fuit. Certe longe alius fluvius hic Asines ac ille, quem Ἀσινάρων ποταμὸν vocant Thucyd. lib. VII, pag. 554, et Plut. in Nicia, pag. 541, et quocum male confunditur ab Harduino: hic enim Asinarus flumen hodie *fume di Noto* est, haud longe ab urbe *Noto*, auctore Mannerto. ED.

24. *Ætna. Mont Gibel.* HARD. — Cl. HAMILTON die 26 mensis junii, anno 1769, Ætnam conscendit, craterem ejus diligenter inspexit, ejusque ambitum æstimavit quoque duobus millibus et quingentis passibus. Conus est concavus inversus, intus crusta salina et sulphurea vestitus, qui sensim decrescit, et ferme in punctum desinit. Audit a Cl. REMPRO, qui Ætnæ historiam scribebat, montis altitudinem perpendicularum esse trium millium Italicorum. Die illa 26 junii in summo cratere barometrum notabat gradus 18, lineas 10; in imo monte gradus 27, lineas 4. Thermometrum vero, in summo cratere gradus 26, in imo monte gradus 24. Vidit ibi ortum solis et patentissimum prospectum. Vidit maximam partem Calabriae, totam insulam Siciliae, insulas *Lipari* et *Stromboli*, licet amplius septuaginta millibus distent. In accuratissima tabula geographica dimensus spatium, quod suis oculis tum obversabatur, reperit hujus prospectus ambitum esse nongentorum millium passuum.

incendiis. Crater²⁵ ejus patet ambitu stad. xx. Favilla²⁶ Tauromenium et Catinam²⁷ usque pervenit fervens: fragor vero ad Maronem²⁸ et Gemellos colles. Scopuli²⁹ tres Cyclopum, portus Ulyssis³⁰, colonia Catina³¹. Flumina:

900 milles. Pyramidalis umbra montis totam insulam percurrebat, et mare attingebat. Quadraginta quatuor montes numeravit in latere Ætnæ, quod Catanam spectat, et multos alios in adverso latere. Singuli illi montes sunt, conica forma, et craterem habent, qui in multis intra et extra magnis arboribus est tectus. C. HAMILTON, *Voyage du mont Etna*, pag. 354. BROU.

25. *Crater*. Qui in summo vertice aperit se hiatus. HARD.

26. *Favilla*. Ita etiam Strabo, lib. VI, pag. 269; August. de Civit. lib. III, cap. 31, alique. HARD.

27. *Catinam*. Dalec et Elz. *Catanam*, de qua infra. ED.

28. *Ad Maronem*, etc. Chifflet. *Maroneum*. In martyrologio Maurolyci, Maronis pariter montis fit mentio, Gemellorumque collium. Maro nunc *Madonia* dicitur: Gemelli, *monte di Mele*: utrique uno nomine Mons Nebrodes Solino, c. v, p. 19, et aliis. HARD.

29. *Scopuli tres*. In ora, citra Catinam *i Fariglioni*. Qua parte Sicilia spectat Eurum, Cyclopus Plinius collocat, cum portu Ulyssis, recte. At Homerus ad septemtrionem fere; quoniam sic poscit descriptio itinerum Ulyssis in ea fabula. Venisse constabat Ulyssem in Siciliam ex fama publica, atque ibi tunc Cyclopus exstitisse. Cætera invenit, immutavit, disposuit vates, ex artis licentia et legibus. Cyclops, græce Κύκλωψ, non hominem signi-

ficat, cui lumen sit unicum; sed qui rotundos oculos habet, sive orbiculares. Unoculum Cyclopa finxit Homerus, tum ut monstrosior esset: tum quia si oculos duos haberet, uno effosso satis ei alter esset ad animadvertendos percussores: id quod fabula prohibebat. Docet enim illa, juste pœnas ab eo exigi, qui sacrosancta hospitii jura violet: quod Cyclopi facinus fuisse finxit Homerus. HARD.

30. *Portus Ulyssis*. Idem de quo meminit Virgilius, *Æn.* III, vers. 570: « Portus ab accessu ventorum immotus et ingens; » auctore Manerto. Nunc *Lognina statione* vocari, prope Catinam, ait Harduinus. ED.

31. *Catina*. Sic omnes MSS. Dalec. et Elz. ut supra, *Catanam*. Quam Græci *Κάτανα*, Catinam Latini dixerunt: ut illi *Μασσαλία*, Masiliam isti. Catanam tamen legimus in nostra T. Livii editione, lib. XXVII, cap. 8. Nummus in Museo nostro, KATANAIQN. Nobis *Catane*: incolis, *Catania*. In vetere instrumento apud Parutam, pag. 14, *Catana città clarissima*. Catana Naziorum colonia fuit, auctore Strabone, libro VI, pag. 268; illam Ætuam nominari voluit Hiero Syracusarum tyrannus; quo quidem mortuo, antiquum nomen recuperavit. Colonos postea Romanos accepit. Urbi superne imminet mons Ætna, ita ut ignis, qui ex eo evomitur, sæpe in Catanæum agrum devolvatur. HARD. et ED.

Symæthum³², Terias. Intus Læstrygonii³³ campi. Oppida : Leontini³⁴, Megaris³⁵ : amnis Pantagies³⁶. Colonia Syracusæ³⁷, cum fonte Arethusa³⁸. Quamquam et Temenitis³⁹,

32. *Symæthum*. Σύμαθος Straboni, lib. VI, pag. 272. Hodie *Zaretta*, ultra Catinam. Τηρίας Diodoro in Eclog. pag. 868, et Hesychio. Illum nunc *fiume di S. Leonardo*, Harduinus, *Lentini* Mannertus vocari volunt : fortasse idem fuit, qui hodie *Guarna Lunga*, dicitur. Ed.

33. *Læstrygonii*. Λαιστρυγόνες appellati, qui Leontinos campos incoluere, ἐὶ τὸ Ἀσσυρίων πεδίων ὀκλήσαντες, inquit Polybius in Excerptis, pag. 22. Silius, lib. XIV : « Prima Leontinos vastarunt prælia campos, Regnatam duro quondam Læstrygone terram. » HARD.

34. *Leontini*. In nummis Musei nostri, ΛΕΟΝΤΙΝΩΝ. Melæ quoque, lib. II, cap. 7, *Leontini*. Λεόντιον Ptolemæo, lib. III, cap. 4. *Leontini* Livio, lib. XIII, cap. 50; XIV, 3, et XXIV, 7, 23 et 30. Nunc *Lentini*. In vetere instrumento, apud Parutam, pag. 14, *Lentini* città fecondissima. HARD.

35. *Megaris*. In nummis apud Parutam, ΜΕΓΑΡΑ. Et apud Ptolem. Μέγαρα. Stephano Μεγαρίς ἐν Συκελίᾳ, ἡ πρῶτον Ἰθάα. HARD. — Cic. in Verrem, V, 25 : « Megaris, qui locus est, non longe a Syracusis. » Illam a consule Marcello M. dirutam nos docet Livius, lib. XXIV, cap. 35. Monstrari ejus rudera ait Mannertus. Ed.

36. *Pantagies*. Vet. ap. Dalec. *Pantagia*. Ed. — Vibio Seq. *Pantagias* : Silio quoque, libro XIV. Παντάγιος Thucydidi, lib. VI, pag.

413. Ptolemæo, Παντάγια. Nunc *Porcuro*. HARD.

37. *Syracusæ*. Incolis *Siracosa* città fedelissima : nobis *Syracuse*. Coloniam eo deductam ab Augusto, anno U. C. 733, M. Lollio, Q. Lepido coss. auctor est Dio, lib. LIV, pag. 527, et Strabo, lib. VI, pag. 270. HARD.

38. *Arethusa*. Cic. in Verrem, orat. VI, num. 18 : « In hac insula extrema est fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium : qui fluctu totus operiretur, nisi munimine ac mole lapidum a mari disjunctus esset. » Nunc fons est sine nomine. Falcandus, in hist. Sic. motu terræ lutulentum hunc fontem ait effectum, multa maris admixtione saporem salsum contraxisse. Vide quæ de eo fonte et Alpheo amne dicturi sumus libro XXXI, cap. 30. HARD.

39. *Temenitis*, etc. Vinc. Mirabella, Syracusanus, in erudito opere de patria sua, ait hos hodieque fontes exstare. Temenitum, quæ *Pismotta* hodie est auctore Cluverio, nunc dici, *Fonte di Canali*. Archidemiam, *Cefalino*. Magæam, *Fontana della Maddalena*. Cyanen, *Fonte Ciane*. Milichien Μελιχίην, cujus aqua suavissima, et nomini suo maxime conveniens, *Lampismotta*. De Cyane in primis Ovidius, Fastor. lib. IV, vers. 469, et Metam. lib. V, vers. 412. Vibius Seq. pag. 340, lacum vocat. HARD.

chidemia⁴⁰, et Magæa, et Cyane, et Milichie⁴¹ fontis Syracuso potantur⁴² agro. Portus Naustathmus⁴³, 4 in Elorum, promontorium Pachynum : a qua⁴⁴ fronte e flumen Hirminium⁴⁵, oppidum Camarina⁴⁶, fluvius⁴⁷, oppidum Acragas⁴⁸, quod Agrigentum nostrum. Thermæ⁴⁹ colonia : amnes Achates⁵⁰, Mazara,

Archidemia et Magæa. Vet. *Archidemisa et Margæa.* Ed. *Milichie.* Vet. ap. Dalec. *Milichie.* Ed.

Potantur. Vet. ap. Dalecamp. *ur*; alii *putantur.* Ed.

Vaustathmus. Ναύσταθμος, quæ rivium stationem sonat. Pto., lib. III, cap. 4 : Φοινικεύς Nunc *Fontane bianche*, inter isas, et Elorum amnem, cui hodie *Acellaro* auctore ino, *Abisso* Mannerto : quoniam, apud Stephan. et Visseq. Ed.

A qua fronte. Meridionali. H. *Hirminium.* Nunc *Maulo*, et, et *fume di Ragusa.* HARD.

Camarina. Καμαρίνα Stephargil. Æneid. libro III : « Et numquam concessa moveri et Camarina procul. » Hodie *ana* dicitur, latere Siciliæ metali : in nummis apud Paru- KAMAPINAION. HARD.—Vet. Dalec. *Camerina.* Ed.

Gelas. Gela Vibio. In nummis apud eundem Parutam, Σ. Caput virile, cum auribus idio corpore bubulo, docet las, qui flumen illud accolunt, erferentes laboris : in aversa parte equus, vel eques, vel pictæ generosos in eo tractu esse. HARD.— Hunc hodie s esse *fume Salso* ait Hardui-

nus, d'ANVILLE autem, Mannertusque, multique alii Gelam fluvium et urbem cognominem hodie esse *fume Ghiozzo* et urbem *Terra Nova*, quæ tamen antiqua paulo inferior reperitur ad ostium fluminis. Ed.

48. *Acragas.* In nummis Musei nostri, et apud Parutam, AKPAΓANTINON. Hodie *Girgenti*; incolis, *Agrigento città magnifica.* HARD.

49. *Thermæ.* Antonino Aquæ Laredæ, ab Agrigento, XL M. P. Nunc sunt eæ prope urbem *Sciaccia*, vel *Xacca*, ut recte Fazellus, cujus opinionem sequitur et Mannertus. HARD. et Ed.

50. *Amnes Achates, Mazara, Hypsa.* Ἀχάτης, nunc *Belice*, qui primus post Thermæ occurrit : Μαζάρας, *Mazara*, ad oppidum ejusdem nominis : latere uterque meridionali. Ψάρας, *Marsala*, prope Lilybæum. HARD.— In edit. Parm. *amnes Agathe, Mathehypsa.* In Reg. et Colb. *Agathe mater Hypsa*, pro qua lectione, Barbarus *Acis et Hypsa* reposuit : pluribus sane quam par fuerat, extritis litteris. Sed Acin quoque, de quo Schol. Theocriti, ad vers. 69, idyll. 1, et Vibius Seq. pag. 329, ab Ætna, Solino quoque auctore, fluentem, e cujus ripis saxa in Ulyssem Polyphemum jecisse quidam dixerunt, ad oram quam nunc percurrit Plinius, non pertinere, docebit subjecta oculis de-

Hypsa. Selinus⁵¹ oppidum. Lilybæum ab eo promontorium, Drepana⁵², mons⁵³ Eryx⁵⁴. Oppida: Panhormum⁵⁵, Solus⁵⁶, Himera⁵⁷ cum fluvio, Cephalœdis⁵⁸, Aluntium⁵⁹,

scriptio insulæ. Quapropter priscis litterarum vestigiis insistendo, locum nos ita legimus: « amnes: Achates, Mazara, Hypsa. » De Achate Siciliæ fluvio, Vibius Seq. pag. 328: « Achates Siciliæ, ubi pari nomine lapillos generat, unde gemmæ fiunt. » Plinius ipse, libro XXXVII, c. 54. Ejusdem meminit etiam Ptolemæus, lib. III, cap. 4, ubi corrupta voce Ἀχίθων vocat: ac Selinuntis ab eo, et Mazaræ fluminum ostia refert. De Mazara Antoninus quoque, XII M. P. a Lilybæo. Stephano quoque castellum est et propugnaculum Selinuntiorum Mazara, a præfluente, ut credimus, amne dictum. Servat adhuc in hoc ipso tractu oppidum Mazaræ nomen: a quo tertia Siciliæ pars *val di Mazara* nuncupatur. HARD. — Vet. ap. Dalec. *Alya* et *Hypsa*. ED.

51. *Selinus*. Σελινοῦς Græcis, ab apii, quod σέλινον vocant, ubertate dictum. HARD. — Urbis hujus a Pœnis anno U. C. 504, ante Christum 249, dirutæ etiã nunc exstant vestigia *Seleni* vocata, in latere insulæ meridionali. ED.

52. *Drepana*. Incolis, *Trapani città invitta*. Stephano, Δρέπανα, Δρέπανον Ptolemæo. HARD.

53. *Mons*. Vet. ap. Dalecamp. *mox*. ED.

54. *Eryx*. Vibius Seq. pag. 343: « Eryx mons Siciliæ. » Solinus, cap. 7, pag. 19: « Eminent *Sicilia* montibus Ætna et Eryce: Vulcano Ætna sacer est: Eryx Veneri. » Mela quoque, libro VI, capite 7:

« Montium Eryx maxime memoratus, ob delubrum Veneris ab Ænea conditum. » Nunc *monte S. Juliano* dicitur. HARD.

55. *Panhormum*. Bene editio princeps *Panormum*. BROU. — Incolis, *Palermo città felice*. HARD.

56. *Solus*. Antonino Soluntum dicitur: ut quod Romanis Hydruntum, Græcis Hydrus fuit. In nummis apud Parutam, COAONTINON, Nunc *Solunto*. HARD.

57. *Himera*. Schol. Pind. p. 110. Θερμὰ λουτρά τῆς ἡμέρας πόλεως Ptolemæo, lib. III, cap. 4. Sunt Thermæ Himerenses, Θέρμαι ἡμέραι πόλις. Coloniam deinde factam, testatur vetus inscriptio apud Gruter. pag. 433, sed falsi suspecta, ut pleraque apud eundem: COL. AVE. HIMERAEORUM. THERMIT. In nummis antiquis est IMEPAION, et aspirata interdum priore littera more latino, ob commercium Romanorum, post Siciliam captam, HIMEPAION. Nunc oppido nomen *Termini città splendidissima: amni, fiume di Termini*. HARD.

58. *Cephalœdis*. Κεφαλοῦδης Ptolemæo, loc. cit. Incolis *Cesalù città placentissima*. HARD.

59. *Aluntium*. Vet. ap. Dalec. *Aleuntium*. Ἀλόντιον Ptolem. loc. cit. Dionys. Halic. libro I, pag. 41, Ἀλόντιον. In nummis, AAONTINON. Fazellus, decad. I, lib. IX, c. 4: « In colle edito et mari prominenti, infra *S. Philadelphi* oppidum, Aluntium vetusta urbs jacet, Alontio. » HARD. — Fazellum citat Mannertus,

rum⁶⁰, Tyndaris⁶¹ colonia, oppidum Mylæ⁶², et
 æpimus, Pelorus.

is, latinæ¹ conditionis, Centuripini², Netini³, 5

in mappis novis non re-
Philadelphi oppidi nomen,
 que mihi contigit; requi-
 gitur est Aluntium, ut ait
 innotuit, ad orientem fluvii
 ED.

Agathyrnum. Alias *Agathyr-*
 LEO. — Straboni, lib. VI,
 i, Ἀγάθυρον. Polybio apud
 γάθυρα. Diodoro, libro V,
 i, Ἀγάθυρον, ab Agathyrno
 LEO. — Livius lib. XXVI,
 i, et lib. XXVII, cap. 12,
Agathyrnam vocat, indeque a
 consule inconditam multi-
 tudinis hominum per latrocinia ac
 tolerantium vitam, in Ita-
 liam vectam fuisse nos docet,

C. 542. Ex Peutingeri ta-
 bularum haud immerito potest
 oppidi hodie *S. Agata* vocati
 occupavisse XII M. pass. a
 ED.

Tyndaris colonia. In nummis
 TITAN. Polybio, lib. I, pag.
 271. A Dionysio majore
 Olympiadis 96 anno condita
 que perferuntur multi Mes-
 sariensesque ex insula
 qui legibus suis diu vix-
 erunt cum Himera sola vere
 respublica Græca facta est in
 permansitque usque ad Sexti
 i Octaviique belli tempora.
 itani pluribus locis a Cice-
 ro Verrem citantur: Τυνδαρίδα
 rano, lib. VI, pag. 266 et
 V M. pass. a Mylis, xxx ab
 rano, quod Ἀγάθυρον vocat,
 o diximus. Antonini Itinera-

rium Peutingerique tabula illam
 xxviii M. pass. ab Agathyrna, ortum
 solis versus, xxxvi a Messana po-
 nunt: unde conjicit Mannertus eam
 juxta promontorium hodie *capo di*
Mongioio, antiquis promontorium
 Tyndaris dictum, sitam fuisse, ad
 orientem fluminis *Pati*. Illius rudi-
 ribus insidet virginis Mariæ tem-
 plum, cujus claustrum, auctore
 Mannerto, in prærupto monte, qui
 nomen *Tindari* servat, cernitur.
 Extremo sinu situm erat oppidum,
 cujus dimidiam partem fluctibus
 abruptam narrat Noster lib. II, c.
 94. Male addit Mannertus Tynda-
 rim perperam a Nostro coloniam
 citari, quum sic pro quinque, sex
 colonias interserat; non enim sex,
 sed quinque tantum in Nostro re-
 perio, Tauromenium scilicet, Cati-
 nam, Syracusas, Thermas et Tynd-
 arim. ED.

62. *Mylæ*. A Zanclæis conditæ, si
 audiantur Scymnus Chius, v. 287,
 et Strabo, lib. VI, pag. 266. Hódie
Melazzo vocatur. ED.

1. *Latinæ*. Jure veteris Latii
 donata, de quo diximus supra in
 nota 5, cap. 3. ED.

2. *Centuripini*. Oppidum τὰ Κεν-
 τούρινα Straboni, lib. VI, pag. 272,
 supra Catinam, juxta Ætnæos mon-
 tes: in nummis Parutæ KENTOPI-
 ΗΙΝΩΝ. Vide etiam Tullium in Ver-
 rem, lib. III, cap. 45; lib. II, cap.
 68, et libro IV, cap. 50. Hodie
Centorbi dicitur. HARD et ED.

3. *Netini*. Chiffi. *Nepini*. Netinos.
 quoque Tullius vocat, in Verr. lib.

Hypsa. Selinus⁵¹ oppidum. Lilybæum ab eo promontorium, Drepana⁵², mons⁵³ Eryx⁵⁴. Oppida: Panhormum⁵⁵, Solus⁵⁶, Himera⁵⁷ cum fluvio, Cephalœdis⁵⁸, Aluntium⁵⁹,

scriptio insulæ. Quapropter priscis litterarum vestigiis insistendo, locum nos ita legimus: « amnes: Achates, Mazara, Hypsa. » De Achate Siciliæ fluvio, Vibius Seq. pag. 328: « Achates Siciliæ, ubi pari nomine lapillos generat, unde gemmæ fiunt. » Plinius ipse, libro XXXVII, c. 54. Ejusdem meminit etiam Ptolemæus, lib. III, cap. 4, ubi corrupta voce Ἀκίθων vocat: ac Selinuntis ab eo, et Mazaræ fluminum ostia refert. De Mazara Antoninus quoque, XII M. P. a Lilybæo. Stephano quoque castellum est et propugnaculum Selinuntiorum Mazara, a præfluente, ut credimus, amne dictum. Servat adhuc in hoc ipso tractu oppidum Mazaræ nomen: a quo tertia Siciliæ pars *val di Mazara* nuncupatur. HARD. — Vet. ap. Dalec. *Atya et Hypsa*. ED.

51. *Selinus*. Σελινούς Græcis, ab apii, quod σέλιον vocant, ubertate dictum. HARD. — Urbis hujus a Pœnis anno U. C. 504, ante Christum 249, dirutæ etiam nunc exstant vestigia *Selenti* vocata, in latere insulæ meridionali. ED.

52. *Drepana*. Incolis, *Trapani città invitta*. Stephano, Δρέπανα, Δρέπανον Ptolemæo. HARD.

53. *Mons*. Vet. ap. Dalecamp. *moz*. ED.

54. *Eryx*. Vibius Seq. pag. 343: « Eryx mons Siciliæ. » Solinus, cap. v, pag. 19: « Eminent *Sicilia* montibus Ætna et Eryce: Vulcano Ætna sacer est: Eryx Veneri. » *Mela* quoque, libro VI, capite 7:

« Montium Eryx maxime memoratus, ob delubrum Veneris ab Ænea conditum. » Nunc *monte S. Juliano* dicitur. HARD.

55. *Panhormum*. Bene editio princeps *Panormum*. BROT. — Incolis, *Palermo città felice*. HARD.

56. *Solus*. Antonino Soluntum dicitur: ut quod Romanis Hydruntum, Græcis Hydrus fuit. In nummis apud Parutam, COΛONTINON, Nunc *Solunto*. HARD.

57. *Himera*. Schol. Pind. p. 110. Θερμά λουτρά τῆς ἡμέρας πόλεως Πτολεμαίου, lib. III, cap. 4. Sunt Thermæ Himerenses, Θέρμαι ἡμέραι πόλεως. Coloniam deinde factam, testatur vetus inscriptio apud Gruter. pag. 433, sed falsi suspecta, ut pleraque apud eundem: COL. AVG. HIMERABORUM. THERMIT. In nummis antiquis est IMEPAION, et aspirata interdum priore littera more latino, ob commercium Romanorum, post Siciliam captam, HIMEPAION. Nunc oppido nomen *Termini città splendidissima: amni, fiume di Termini*. HARD.

58. *Cephalœdis*. Κεφαλοῦδης Ptolemæo, loc. cit. Incolis *Cesalà città placentissima*. HARD.

59. *Aluntium*. Vet. ap. Dalec. *Aluntium*. Ἀλόντιον Ptolem. loc. cit. Dionys. Halic. libro I, pag. 41, Ἀλόντιον. In nummis, ΑΛΟΝΤΙΝΟΝ. Fazellus, decad. I, lib. IX, c. 4: « In colle edito et mari prominenti, infra *S. Philadelphi* oppidum, Aluntium vetusta urbs jacet, Alontio. » HARD. — Fazellus citat Mannertus,

Agathyrnum⁶⁰, Tyndaris⁶¹ colonia, oppidum Mylæ⁶², et unde cœpimus, Pelorus.

Intus, latinæ¹ conditionis, Centuripini², Netini³, 5

additque in mappis novis non reperiri *S. Philadelphi* oppidi nomen, quod neque mihi contigit; requirendum igitur est Aluntium, ut ait idem Mannertus, ad orientem fluvii *Furiano*. Ed.

60. *Agathyrnum*. Alias *Agathyrsum*. DALRO. — Straboni, lib. VI, pag. 266, Ἀγάθυρον. Polybio apud Steph. Ἀγάθυρσα. Diodoro, libro V, pag. 991, Ἀγάθυρον, ab Agathyrno rege. HARD. — Livius lib. XXVI, cap. 40, et lib. XXVII, cap. 12, illam *Agathyrnam* vocat, indeque a Lævino consule inconditam multitudinem hominum per latrocinia ac rapinam tolerantium vitam, in Italiam transevectam fuisse nos docet, anno U. C. 542. Ex Peutingeri tabula conjici haud immerito potest illam oppidi hodie *S. Agata* vocati situm occupavisse XII m. pass. a *Calata*. Ed.

61. *Tyndaris colonia*. In nummis ΤΥΝΔΑΡΙΤΑΝ. Polybio, lib. I, pag. 35, Τυνδαρίς. A Dionysio majore primo olympiadis 96 anno condita fuit, eoque perfugerunt multi Messenii, Methymnæique ex insula Lesbo, qui legibus suis diu vixerunt. Sic cum Himera sola vere libera respublica Græca facta est in Sicilia, permansitque usque ad Sexti Pompeii Octaviique belli tempora. Tyndaritari pluribus locis a Cicero in Verrem citantur: Τυνδαρίδα citat Strabo, lib. VI, pag. 266 et 272, xxv m. pass. a Mylis, xxx ab Agathyrno, quod Ἀγάθυρον vocat, ut modo diximus. Antonini Itinera-

rium Peutingerique tabula illam xxviii m. pass. ab Agathyrna, ortum solis versus, xxxvi a Messana ponunt: unde conjicit Mannertus eam juxta promontorium hodie *capo di Mongioio*, antiquis promontorium Tyndaris dictum, sitam fuisse, ad orientem fluminis *Patti*. Illius ruderibus insidet virginis Mariæ templum, cujus claustrum, auctore Mannerto, in prærupto monte, qui nomen *Tindari* servat, cernitur. Extremo sinu situm erat oppidum, cujus dimidiam partem fluctibus abruptam narrat Noster lib. II, c. 94. Male addit Mannertus Tyndarim perperam a Nostro coloniam citari, quum sic pro quinque, sex colonias interserat; non enim sex, sed quinque tantum in Nostro reperio, Tauromenium scilicet, Catinam, Syracusas, Thermas et Tyndarim. Ed.

62. *Mylæ*. A Zanclæis conditæ, si audiantur Scymnus Chius, v. 287, et Strabo, lib. VI, pag. 266. Hódie *Melazzo* vocatur. Ed.

1. *Latinæ*. Jure veteris Latii donata, de quo diximus supra in nota 5, cap. 3. Ed.

2. *Centuripini*. Oppidum τὰ Κεντόριτζα Straboni, lib. VI, pag. 272, supra Catinam, juxta Ætnæos montes: in nummis Parutæ KENTOPIHINON. Vide etiam Tullium in Verrem, lib. III, cap. 45; lib. II, cap. 68, et libro IV, cap. 50. Hodie *Centorbi* dicitur. HARD et Ed.

3. *Netini*. Chiffi. *Nepini*. Netinos, quoque Tullius vocat, in Verr. lib.

Segestani⁴, Stipendiarii, Assorini⁵, Ætenses⁶, Agyrini⁷, Acestæi⁸, Acrenses⁹, Bidini¹⁰, Cetarini¹¹, Cacyrini, Dre-

VII, cap. 55. Oppidum Ptolemæus Νήτων. HARD. — Hodie *Noto antiquo*, ut ait Mannertus, haud longe, occidentem versus, ab ea urbe quæ incolis *Noto*, *città ingeniosa* dicitur, prope Pachynum. Ed.

4. *Segestani*. Vet. ap. Dalecamp. *Ægestani*. A Segesta dicti, vel Egesta, præposita ei littera S a romanis scriptoribus, inquit Festus, ne obsceno nomine appellaretur. In nummis Parutæ, ΣΕΓΕΣΤΑΙΩΝ et ΕΓΕΣΤΑΙΩΝ. HARD. — Videntur ejus reliquæ, præsertimque templum immensum in colle, ad rivulum quemdam *S. Bartolomeo* flumini vicinum, ad occidentem urbis *Alcamo*, duorum milliarum geographicorum intervallo, ut ait Mannertus. Ed.

5. *Assorini*. Ἀσσώρων urbi nomen apud Stephan. nunc *Asaro*. Chrysa amne alluitur, nunc *Battaino*, sive *Dittaino*, ut vult Mannertus. In nummo apud Parutam, ΑΣΟΡΥ. ΧΡΥΣΑΣ. Ed.

6. *Ætenses*. Vet. apud Dalec. *Echetienses*; alii *Esclatienses*. Ἄτρην Straboni, lib. VI, pag. 273. Ptolemæo Ἄτραι. In montis Ætnæ radicibus olim fuit, stadiis a Catina LXXX, loco dicto *Nicolosi*, auctore d'ANVILLE. Oppidum illud condiderunt, ut nos docet Strabo lib. VI, pag. 268, coloni quos Hieron, Syracusanorum tyrannus, Catinam occupare jusserat, pulsus pristinis incolis, qui quidem sub mortem Hieronis postliminio reversi inquilinos expulerunt. At illi cedentes loco Ætnæ montis radices occupa-

runt, locoque nomen Ætnæ imposuerunt. Nummī ΑΙΤΝΑΙΩΝ. Ed.

7. *Agyrini*. Agyrium et Agyrinenses apud Cicer. Verr. libro V, cap. 62. In nummis, ΑΓΥΡΙΝΑΙΩΝ. Nunc *San Filippo d'Argyro*, et aiunt d'ANVILLE et Mannertus. Ed.

8. *Acestæi*. Ab Acesta, de qua Virgilius, *Æneid.* lib. V: « Urbem appellabunt permissio nomine Acestam. » HARD. — Ignoratur omnino situs. Ed.

9. *Acrenses*. Ἀκραιῶι Stephano. Oppidum *Acrus* Antoninus, et Thucyd. lib. VI, pag. 414. Ptolemæus Ἀκραιῶι vocat. HARD. — XXIV m. pass. a Syracusis, x stadiis ab Anapo flumine, ad veteremque ejusdem fluminis alveum, juxta vicum *Pallazola*, hujus rudera reperiri ait Mannertus, vicinusque mons, si ei creditur, etiam nunc *Acremons* dicitur. Male Cluverius a distantia vera recedens hanc urbem ad meridiem Syracusarum reperire vult. Ed.

10. *Bidini*. Cic. Verr. libro IV, cap. 54: « Bidis oppidum est tenue sane non longe a Syracusis. » Incolæ Βιδίωι Stephano. Superest modo templum, *S. Giovanni di Bidini*, teste Cluverio, Sicil. Antiq. lib. II, cap. 10. HARD. — XV m. pass. a Syracusis; hoc autem nomen in probatissimis mappis reperiri negat Mannertus, sed tantum montem cui nomen *Bibino* esse dicit. Ed.

11. *Cetarini*, *Cacyrini*. Dalec. et Elz. *Citarii*. Κητάρια et Κάκυρον, duo Siciliae oppida, apud Ptolem. lib. III, cap. 4. Illud in mediterraneis, nunc vulgo *Cassaro*, inter Herbes-

panitani¹², Ergetini¹³, Echetlienses¹⁴, Erycini¹⁵, Entellini¹⁶, Etini¹⁷, Enguini¹⁸, Gelani¹⁹, Galatini²⁰, Hale-

sum et Syracusas : illud in ora occidentali; situs vero ignoratur. HARD. et ED.

12. *Drepanitani*. A Drepano proxime antea memorato. HARD.

13. *Ergetini*. Ἐργετινῶν Philisto apud Stephan. Ptolemæo, addito, ut sæpe alias, sibilo, Σεργετινῶν. Nomen rudaribus *Cittadella*, ad Chrysam amnem, ut ait Hard. quamvis situm ignorari dicat Mannertus. ED.

14. *Echetlienses*. Prius *Ecastienses* legabant, quos perspicuum est vel ab Acestæis, vel a Segestanis minime diversos esse. In MSS. *Ecastienses* : nos ex certissima conjectura, *Echetlienses*, ab Ἐχέτλια oppido, cujus meminere Polybius, libro I, pag. 20, et Diodorus. Sic. lib. XIX, ac Stephanus. Illud ipsum forte quod Ptolemæo, lib. III, cap. 4, Ἐκάστιον pro Ἐχέτλιον dicitur. HARD. — Hodie *Ochula*, si Harduino credimus; Mannertus autem illam juxta oppidulum *Vizini* sitam ait. HARD. et ED.

15. *Erycini*. Steph. Ἐρυκίνοι : in nummis apud Parutam ἘΡΥΚΕΙΝΩΝ. Eorum urbi nomen fuit ab Eryce monte, hodie *S. Juliano*, cui insidebat, et in quo nulla, teste Mannerto, neque templi Veneris Eryciæ, quod celeberrimum fuit, neque urbis supersunt rudera. Est et alia Eryce haud longe a *Sentini*, occidentem versus, cujus rudera monstrari ait Fazellus, in monte *Catalfano* hodie dicto haud longe ab urbe *Calatagironæ*. Stephanus hanc a fluvio cognomine appellatam fuisse ait, qui quidem fluvius hodie *Pala-*

gonia vocatur et in flumen *Paolo* influit. ED.

16. *Entellini*. Stephano Ἐντελλίνοι; oppidum Ἐντέλλα Diodoro, lib. XVI, pag. 491. Videntur ejus rudera etiamnunc Entellæ nomen servantia, in monte prærupto ad antiquum fluminis *Baliei* alveum, haud longe a *Poggio Reale*, ortum solis versus. ED.

17. *Etini*. MSS. *Edini*. HARD. — Leg. *Netini*, *Edini*, *Getini*, etc. DAL. — Etinorum, atque Edinorum situs pariter ignoratur. ED.

18. *Enguini*. De his sæpius Cicero in Verr. Ἐγγυῖον, oppidum : incolæ Ἐγγυῖνοι, Stephano. Diodorus Sic. lib. V, abfuisse ab Agyro patria sua, stadii centum ait. HARD. — Illius rudera ad montem ex quo defluit flumen *Salso* reperiri ait Mannertus, juxta oppidulum *Gangi*, quam quidem opinionem sequitur et D'ANVILLE. ED.

19. *Gelani*. Idem Gelenses Cic. in Verr. lib. VI, cap. 73. Γελῶσι Pausaniæ, lib. VI, pag. 380, alii-que dicti. In nummis, ΓΕΑΑ, quod oppidi nomen est Scylaci in Periplo, pag. 4. HARD. — Urbes duæ recentis inclyti oppidi Gela situm occupandi honorem sibi vindicant, *Alicato* scilicet ad ostium fluminis *Salso*, et *Terra Nova* ad parvum flumen *di Ghiozzo*. Exhibet prior nummum in vicinio repertum, posteriori vero magis favent veterum historicorum narrationes, auctore Mannerto. ED.

20. *Galatini*. Qui Ciceroni passim *Calatini*, Verr. lib. VI, c. 101,

sini²¹, Hennenses²², Hyblenses²³, Herbitenses²⁴, Herbesenses²⁵, Herbulenses²⁶, Halicyenses²⁷, Hadranitani²⁸,

etc. Diodoro Sic. Bib. lib. XII, pag. 89, Καλλατινοί. Oppidum Antonino, *Galeate*. Nunc *Galati*, in monte situm, ad occidentem fluminis *Fitalia* et oppidi *Tortorici*. ED.

21. *Halesini*. Antonino, *Alesa* : in Tab. Peut. *Halesa*. Ἀλέσα πόλις, Diodoro, Bibl. lib. XIV, pag. 246. HARD. — Ἀλαίσα Straboni lib. VI, pag. 272. Octo stadiis a littore distabat, ibique ab Archonide quodam, Herbitæ principe, condita fuerat, qui Archonidion illam vocaverat. Hujus rudera reperiri ait Mannertus haud longe a fluminis *Pettineo* ostio, et vico *Tysa*, septemtrionem inter et ortum solis; XVIIII m. pass. a Cephaledo distabat; quamvis in Antonini Itinerario XXVIII m. pass. legatur librariorum negligentia, qui litteram x interseruerunt. ED.

22. *Hennenses*. Ab Enna urbe, de qua Strabo, lib. VI, pag. 272 : Ἐν δὲ μεσογαίᾳ, τὴν μὲν Ἐνναν, ἐν ἧ τὸ ἱερὸν τῆς Δήμητρος, ἔχουσιν ὀλίγοι, κειμένην ἐπὶ λόφῳ περιελημμένην πλάττειν ὀροπεδίους ἀροσίμους πᾶσαν. Vocem hanc Latini sæpius aspirarunt : non item Græci, quibus *Ἐννα* scribitur. Sic nos Hannonem dicimus : Græci Ἄνωνα. Et apud Jul. Firmic. lib. de Errore Prof. Relig. pag. 24, *Ceres Hennensis mulier*. Hodie *Castro Giovanni*, città *inespugnabile*. HARD.

23. *Hyblenses*. Præter cæteras urbes ejus nominis, fuit in Sicilia *Hybla major*, in *Catinensium* agro, cujus incolæ Ἰθλαῖοι apud Stephan. nunc *Paterno*, ut quidem Cluverio videtur, Sicil. lib. II, cap. 8. In

nummis apud *Parutam*, ΥΒΑΑΣ ΜΕΓΑΛΑΣ. HARD.

24. *Herbitenses*. Ἐρβιταῖοι Stephan. et Diodoro Sic. lib. XIV, pag. 296. Gens Ciceroni in *Verr.* libro IV et V, sæpius memorata. Illam super omnes siculas urbes, ad septemtrionem *Nebrodon* montium sitas dominatam esse putat Mannert. Oppidum id esse hodie creditur, quod *Nicosia città costantissima* Siculi vocant, et cujus ruinis crevit *Sperlinga*, in Siculis vesperis celebrissima. ED.

25. *Herbessenses*. Herbessum Livius inter *Syracusas* et *Leontinum* agrum collocat, libro XXIV, cap. 30, ubi nunc *Cryptæ, le Grotte*, ut quidem Fazellus existimat, decad. I, lib. X. Situm ignorari ait Mannertus. ED.

26. *Herbulenses*. Forte *Harbelenses*. Nam Stephano urbs Siciliae Ἀρβῶλη, ex *Philisto*, lib. VIII *Rerum Sicular.* Situs ignoratur. ED.

27. *Halicyenses*. Sic appellantur a Cicer. in *Verr.* lib. IV, cap. 68, qui eos liberos et tributū immunes dicit. Ἀλικυαῖοι, a Thucyd. lib. VII, pag. 511. Inter *Entellam* et *Lilybæum* Ἀλικύαι a Stephano collocantur. Nunc *Salerno* oppidum haud ignobile, antiquum illud nomen refert vulgari sermone. Sal quippe Græcis ἄλς dicitur : unde ἄλικός *salsus*. HARD. et ED.

28. *Hadranitani*. Diod. lib. XIV, pag. 265, Ἄδρανον. Silio, *Hadranum*. Herbitæ dominationi subjectum. In nummis AAPANITAN, apud *Parutam*. Nunc *Aderno* vocatur. ED.

Imacarenses²⁹, Ichanenses³⁰, Ietenses³¹, Mutustratini³²,
Magellini³³, Murgentini³⁴, Mutycenses³⁵, Menanini³⁶,

29. *Imacarenses*. Ita libri omnes. At elementorum series nobilior paulo oppidum appellandum hoc loco fuisse forte admonet, nempe Hyccarensium, quod Stephano Ἰχκαρον, Hiccaro Antonino, a Panhormo XVI M. P. In nummis apud Parutam, ΙΚΑΡ. Nunc quoque *Carini*, et *Muro d'Yccarini*, teste Fazello, decad. I, lib. VII, cap. 7. HARD. — Lego *Hyccarenses* ab oppido Hyccaro: unde autem hoc nomen acceperit vide apud Athenæum sub finem libri VII. DALEC. — Ager Imacarensis Cicer. in Verr. lib. V, cap. 47. Ἰμακάρα Ptolemæo, in oppidis Siciliae mediterraneis. Imacaram hodie esse *Traina* putat Mannertus. ED.

30. *Ichanenses*. Ἰχνα urbs est Siciliae, apud Steph. Situs autem ignoratur. ED.

31. *Ietenses*. Vet. ap. Dalecamp. *Ietenses*. Ex Philisto Steph. Siciliae urbem Ἰετας vocat, incolas Ἰεταίους. In nummis, apud Parutam, ΙΑΤΙΝΩΝ. Diodoro, in Eclog. pag. 876, Ἰετινῶν. HARD. — Nunc *Iato* dici, ad veterem *Belici* fluvii alveum, supra Entellam auctor est Fazellus: sed in mappis novis non reperitur nomen istud. ED.

32. *Mutustratini*. Chiff. *Mutustrani*. Vet. ap. Dalec. *Mytistratini*. Μυττισταρον enim oppido ei nomen est apud Polyb. lib. I, pag. 34. Μύστραρον apud Diod. Sic. in Eclog. pag. 876. HARD. — Ἀμίστρατος apud Stephan. Byz. et incolæ *Amestratini* apud Cic. Hodie *Mistretta* est, ad rivulum *Seravelli*, atque etiamnunc

antiquæ arcis cerni vestigia ait Mannertus. ED.

33. *Magellini*. Macellam oppidum Siculum a Romanis, a quibus defecerat, in ditionem redactum narrat Livius, lib. XXVI, cap. 21. Μακέλλαν κώμην vocat Diodorus in Eclog. pag. 895; πῶλιν Polyb. lib. I, pag. 233. Situs omnino ignoratur. ED.

34. *Murgentini*. Ager Murgentinus, Cic. Verr. lib. V, cap. 47. Hoc cum Magellinis defecisse ad Pœnos auctor est Livius, loc. cit. Stephan. Μοργεντινῶν. Urbs Thucyd. lib. IV, pag. 295, Μοργεντινή. Et in nummis, ΜΟΡΓΑΝ. HARD. — Hanc in mediterraneo sitam fuisse, et fere haud dubie vicum *Mandri Bianchi*, in colle situm, ad flumen *Dittaino* esse probat Mannertus; quamvis vehementer huic sententiæ repugnet Livius, qui lib. XXIV, cap. 27, hic centum navium classem habuisse Romanos ait; sed dubium eidem Mannerto non videtur quin a Livio non Murgantiæ nomen, sed Megaræ scribendum fuerit. ED.

35. *Mutycenses*. Ita MSS. omnes, et Parm. edit. Dalec. et Elz. *Mutyonses*. Cicero quoque, in Verr. lib. V, cap. 101, *Mutycenses*; ab urbe mediterranea Siciliae, Μότυα Ptolemæo, lib. III, cap. 4; nunc *Modica*, inter Pachynum et Syracusas. Diversa videtur ab ea *Μοτύη* fuisse, de qua Thucyd. libro VI, pag. 412, et Diod. lib. VI, p. 69. HARD. et ED.

36. *Menanini*. In nummis apud Parutam, ΜΕΝΑΝΙΝΩΝ, et ΜΗΝΑ-

Naxii³⁷, Noæni³⁸ Petrini³⁹, Paropini⁴⁰, Phinthiensis⁴¹, Semellitani⁴², Scherini⁴³, Selinuntii⁴⁴, Symæthii, Ta-

NINON. Ciceroni in Verr. libro V, cap. 102, *Meneni*. Hodie *Mineo*. H.

37. *Naxii*. Quorum oppidum Pausaniæ ævo plane excisum ac deletum, ut ipse testatur, 106. Eliac. poster. pag. 367 et 368. HARD. — Illud oppidum idem fuisse cum Tauromenio conjici posset ex supradictis Nostri verbis « Colonia Tauromenium quæ antea Naxos »; præclare autem demonstrat Mannertus Tauromenium portum fuisse et Naxon vicino monti stetisse. ED.

38. *Noæni*. Stephano, Suidæ, Phavorino, Νόαι urbs Siciliæ est: incolæ Νοαῖοι. Hodie *Noara*, in montibus ad veterem fluminis *Grangotta* alveum, auctore Mannerto. ED.

39. *Petrini*. Urbs Πέτρα Ptolemæo, in mediterraneis Siciliæ oppidis. Πετρίνοι quoque Diodoro memorati in *Eclog.* pag. 876. HARD. — Petrinæ quoque habet Antoninus in itinere ab Agrigento Lilybæum, 17 m. pass. septemtrionem inter et occasu solis, a Comiciapo, cujus rudera juxta *Castro Novo* videntur, auctore Mannerto. ED.

40. *Paropini*. Πάρωπος juxta Thermas Himærenses a Polybio statuitur, lib. I. Nunc *Colisano*, ut quidem Fazellus existimat. HARD. — Situs ignorari ait Mannertus. ED.

41. *Phinthiensis*. Ptolemæo, in mediterraneis Siciliæ oppidis, Φύνθια. Etiam in Sicilia Φυντιάδα Diodorus agnoscit, *Eclog.* p. 880, sed in littore positam. In nummis, ΦΥΝΤΙΑ. HARD. — Hæc urbs a tyranno cognomine, qui in eam dirutæ

Gelæ incolæ transtulit, condita fuit. Ejus rudera ad orientem Gelæ et ostii fluminis *Dirillo* requirenda patet Mannertus. ED.

42. *Semellitani*. An *Somentiani*? nam Σμάντιον Siciliæ oppidum, καὶ Μοργεντίον, legere me memini apud Diod. Sic. Bibl. lib. XIV, p. 297. HARD. — Sminthei autem nomen, quod quidem cognomen Apollinis est, multis in locis exstare nos monet Strabo lib. XIII, p. 605. Nempe apud Hamaxitum præter templum quoddam Sminthium, cujus jam superius lib. X, pag. 473, meminerat, duo alia loca Sminthia usurpari nos docet, et alia in Larissæo agro et in Pariano, quæ etiam Sminthia dicebantur, itemque in Rhodio et Lindo, tandemque addit καὶ ἄλλοι δὲ πολλοῦ; in Sicilia ergo hujus nominis oppidum exstitisse minime mirum videri potest, quod quidem non Σμάντιον, ut Diodorus ait, sed fortasse Σμίνθειον, ut in Strabone, loc. citato, legimus, vocari debuit. Situs autem ejus omnino ignoratur. ED.

43. *Scherini*. Dalecamp. et Elz. *Scherrini*. Σχέρρα oppido nomen fuit, apud Ptolem. Apud Cicer. Verr. lib. V, p. 103, *Acherini*, pro *Scherini*. HARD. — Situs ignoratur. ED.

44. *Selinuntii*, etc. Hi ab oppido Selinunte, de quo supra, nomen habuere. Symæthii, qui *Symæthias circum flumina*, ut Maro canit, lib. IX *Æneid.* quo de amne jam diximus. HARD. — Urbis autem eorum situs omnino ignoratur. ED.

ises⁴⁵, Tissinenses⁴⁶, Triocalini⁴⁷, Tyracienses⁴⁸,
 :læi⁴⁹ Messeniorum in Siculo freto.

isulæ sunt in Africam versæ: Gaulos¹, Melita² a Cameri- 6
 cxxiv³ m. pass. a Lilybæo cxxiii, Cosyra⁴, Hieronesos⁵,

Talarenses. Vel Talarcienses, ipido Ταλαρία, de quo Steph. racusanorum agro, lxx stad. acensis. Apud Diod. in Eclog. 875, Ἰλαρον credo mendose, ελαρόν. HARD. et ED.

Tissinenses. Τίσσα Ptolemæo, III. Τίσσαι Stephano, nunc ισσο in Ætnæ radicibus, ad ntrionem. Cluv. Sicil. Antiq. II, cap. 6. Incolæ Tissenses, oni, orat. V in Verr. « A Tissus, præparva, et tenui ci, et aratoribus laboriosissifrugalissimisque hominibus. » et Ed.

Triocalini. Oppidum Τριώ- ex Diod. in Eclog. pag. 913. α Ptolemæo, lib. III, cap. 4; . Verr. lib. VII, cap. 10, Tri- uam. In nummis apud Parutam, ιAAA. Nunc Troccoli, juxta i Bellota. HARD. et ED.

Tyracienses. An Tyracinenses, pido quod Τυρακίνας Stephano r? At in MSS. et edit. Parm. ienses. Forte pro Trinacienses: Γρινακίην πόλιν et Τρινακίους ορ- os in Sicilia laudat Diodorus, lib. XII, pag. 89 et 90. An ue Tyrittenses? nam Τυριττόν ilia idem Diodorus agnoacit, ogis, p. 875. HARD. — Brot. inones. Incertius est nomen ut quidquam de situ conjice- simus. Ed.

Zanclæi. Vet. apud Dalec. læi Messeniorum. Horum in sicu-

lo freto insula. Ed. — Urbs olim Ζάγκλα fuit, inquit Herod. Polym. lib. VII, pag. 438. A Messeniis Pe- loponnesiis condita; unde Messa- na dicta est, quod nomen etiam nunc servat; Gallis *Messins*. Ed.

1. *Gaulos.* Scylaci, pag. 48, cæterisque, Γαῦλος. Nunc Goso. PLEBS ΓΑΥΛΙΤΑΝΑ, apud Gruter. pag. 415. HARD.

2. *Melita.* Malta. De ejus inter- vallo a Camerina Siciliæ oppido sub- scribe Martianus, libro VI, pag. 208. HARD.

3. *LXXXIV.* Chiffi. *LXXXVII.* A vero aberrat uterque numerus; nam reipsa lxi m. pass. est brevis- simum Camerinum inter et Meli- tam intervallum. A Lilybæo autem cxxviii m. pass. abest. Ed.

4. *Cosyra*, etc. Κόσυρα Step- hano: de ea dicemus lib. V, cap. 7. Medio intervallo ponitur Lilybæum inter et Africæ Clupeam, a Strabo- ne, lib. VI, pag. 277. Nunc Pan- talarea. HARD.

5. *Hieronisos.* Ἱερώνησος. Hanc in itineralio maritimo, pag. 492, Maretimam vocari, sed coc stadiis remotiorem a Lilybæo, quam æquum est, hodieque vix immutato nomine *Maretimo* appellari auctor est Man- nertus. Illam quoque cum Æthusa, sive Ægusa et Bucinna, inter tres insulas Ægates Livii, lib. XXI, cap. 10; lib. XXII, cap. 54, etc. ad quas anno U. C. 510 Pœnos navali prælio fudit Lutatius consul, re-

a Lipara²⁴ m. pass. ad exortum Solis vergens, in qua renavit Æolus; quæ a Lipara liquidiore flamma tantum differt: e cuius fumo, quinam flaturi sint venti, in triduum²⁵ prædicere incolæ traduntur: unde ventos Æolo paruisse existimatum. Quarta Didyme²⁶, minor quam Lipara. Quinta Ericusa. Sexta Phœnicusa²⁷, pabulo proximarum relicta: novissima eademque minima, Evonymos²⁸. Hactenus de primo Europæ sinu.

XV. (x.) A Locris Italiae frons incipit, Magna Græcia

bitatur a quinquaginta familiis. Fertur nautas sereno tempore montem illum viginti quinque leucarum intervallo diassitum observare posse, ejus vero flammam multo longius noctu videri. Quod prodit horizontem ejus visibilem non esse minorem 500 millibus passuum, ac proinde maximam esse ejus altitudinem. Cl. ВУДОЖЕ, loc. cit. p. 40. ВАОТ.

24. *A Lipara.* Hæc iisdem verbis Strabo, loc. cit. quod mirum videri debet: nam xx m. pass. a Liparo abeat Strongyle, septemtrionem inter et ortum solis. ED.

25. *In triduum.* Quis tertio post die ventus spiraturus sit. Strabo, loc. cit. HARD.

26. *Didyme.* Διδύμη, quasi gemella, inquit Harduinus; verius fortasse, quasi Δύμη, seu occidentalis, quod sola ad occidentem Liparæ sita sit; si tamen, ut Harduinus et D'ANVILLE, quibuscum ego consentio, volunt, Didyme *Salina* est, non *Panaria*, ut ait Mannerto. ED.

27. *Ericusa. . . . Phœnicusa.* Illas *Alicur* et *Felicur* hodie esse ait Harduinus; D'ANVILLE Ericusam *Varcusa*, et Phœnicusam quam Phœnicodem nominat, *Felicudi* vocat;

Mannerto, qui *Panaria* Didymen esse putat, *Ericusa Lisca Bianca* est, et Phœnicusa *Dattolo*. Quum autem minime dubium mihi videatur quin Didyme *Salina* sit, *Ericusa Panaria* esse debet, et Phœnicusa, ut vult Mannertus, *Dattolo*. ED.

28. *Evonimos.* Εὐώνυμος, hoc est, sinistra, quod a Lipara in Siciliam navigantibus maxime est ad lævam. Auctor Strabo, loc. cit. Hodie *Lisca Bianca*. HARD.

X. 1. *A Locris.* Unde cap. 10, ad describendas insulas defluxit oratio, Italia paulisper relicta. Nunc eo redit. Pertinent vero hæc ad tertiam Italiae regionem. Magna Græcia, inquit Plinius, hæc Italiae pars ab his appellata est, a quibus et Hellas dicta Græcia est. «Hellas, inquit libro IV, cap. 11, nostris Græcia appellata.» Hæc igitur Italiae pars, quæ et græce loqueretur, et amplitudine Helladem longe superaret (nam Hellas Atticam dumtaxat, Bœotiam, Locros, Doridem; et Argos Pelasgicum complectebatur, quas regiones Plinius describit, loc. cit. cap. 11, 12, 13, 14); idcirco Magna Græcia a Romanis est appellata. Vide etiam librum XXV, cap. 45. H.—Eodem nomini Festus

appellata, in tres sinus² recedens Ausonii³ maris: quoniam Ausones tenuere primi: patet⁴ octoginta sex m. pass. ut auctor est Varro. Plerique lxxv⁵ m. fecere. In ea ora flumina innumera, sed memoratu digna a Locris⁶ Sagra, et vestigia oppidi Caulonis⁷, Mystia⁸, Consilinum⁹ castrum, Cocinthum, quod esse longissimum Italiae promon-

alteram dat originem, v. M. Gr. — Major Græcia dicta est, quod in ea multæ magnæquæ civitates fuerunt ex Græcia profectæ. — Ed.

2. *In tres sinus.* Primus Locros circumdat: alter est Scyllacius: tertius Tarentinus. Ita Mela, libro II, cap. 4, pag. 37. HARD.

3. *Ausonii.* Sic mare id vocatur, quod a Sicilia ad Salentinos pertinet, ut dictum est, cap. 10. In hanc Italiae partem, non in Latium, duce Tithono Priami fratre, non Ænea, nec profugi, sed missi venerunt primum coloni e Troja, ante ipsum bellum Trojanum. Sic Virg. Georg. lib. II, versu 385: «Necnon Ausonii, Troja gens missa, coloni.» Et lib. III, versu 46: «Mox tamen ardentem accingar dicere pugnas Cæsaris, et nomen fama tot ferre per annos, Tithoni prima quot abest ab origine Cæsar.» Hoc est, per annos innumeros. Nam prima origo Tithoni longe supra atavum Dardanum fuit, qui Jovis filius, διεγενής, hoc est, vir nobilis fuit, at stirpis ignotæ. Sed venere postea Ausones in Latium, ut dictum est supra cap. 9. Quæ causa est, quamobrem hic Tithoni, et alibi Laomedontis, qui pater Tithoni fuit, veluti parentum coloniæ, ex qua prodire Romani, mentio fiat a Virgilio. HARD.

4. *Patet LXXXVI.* Ita MSS. et

Martianus, lib. VI, pag. 208. H. — Dalec. et Elz. *octoginta duo.* Ed.

5. *Plerique LXXXV.* Dalec. et Elz. *LXXXII.* Istud lxxv m. passuum intervallum, quo determinatur Italiae frons, a Locris ad promontorium Lacinium sumendum videtur, quod spatium reipsa lxxv fere mill. passuum est. Ed.

6. *A Locris Sagra.* Digna memoratu Sagra, genere femineo, etai id nomen amnis est. Strabo ita recte dici monet, lib. VI, pag. 261: *Μετὰ δὲ Λοκροῦς, Σάγρας, ἐν θηλυκῆς ὀνομαζούσιν,* etc. At Cicer. de Nat. Deorum: «Quam ad fluvium Sagram Crotonitas Locri maximo prælio devicissent.» Et l. III: «De Sagra Græcorum etiam vulgare proverbium, quum quæ affirmant, certiora esse dicunt, quam illa quæ apud Sagram.» Nunc *Sagrano.* H.

7. *Caulonis.* Καυλωνίαν vocat Diodor. Sic. Bibl. lib. XIV, pag. 315. Idem, pag. 316. A Dionysio Syracusano deletam prodit Virgilius, Æn. lib. III, vers. 553: «Caulonisque arces, et navifragum Scylaoeum.» Nunc est *Castel Vetere*, in ulteriori Calabria peninsula. HARD.

8. *Mystia.* Mystiæ Melæ Pomponio, lib. II, cap. 4. Nunc *Monasteraci*, vel ut alii efferunt, *Monte Araci.* HARD.

9. *Consilinum.* De eo multa Cassiodor. Variar. lib. VIII, cap. 33.

torium aliqui existimant. Dein¹⁰ sinus Scyllaceus : et Scyllacium¹¹, Scylletium Atheniensibus, quum conderent, dictum : quem locum occurrens¹² Terinaeus sinus peninsulam efficit : et in ea¹³ portus, qui vocatur Castra Hannibalis, nusquam angustiore Italia : xx¹⁴ m. passuum latitudo est. Itaque Dionysius major intercisam¹⁵ eo loco adjicere Siciliae voluit. Amnes ibi navigabiles : Carcines¹⁶, Crota-

Nunc *Stilo*, unde Cocintho promontorio nomen, *Capo di Stilo*. HARD.

10. *Dein sinus Scyllaceus : et Scyllacium*. DAL. *Dein sinus, et Scyllacium*. ETZEV. *Dein sinus Scylacius*, etc. ED.

11. *Scyllacium*. Subintellige, oppidum. Iidem verbis Strabo, lib. VI, pag. 261 : Σκυλλάκιον ἄποικος Ἀθηναίων νῦν δὲ Σκυλλάκιον καλεῖται.

Nunc *Squillace*, in medio fere sinu, cui suum nomen impertit, *Golfo di Squillace*. Cave porro cum Scyllaceo confundas Scyllaeum, in Vibonensi sinu situm, et de quo diximus cap. 10. HARD. et ED.

12. *Occurrens*. Ex adverso mari Tyrreno Terinaeus sinus terras cum Scyllaceo coarctans in breves angustias, peninsulam efficiunt, Brutiorum olim appellatam, ut diximus cap. 10. HARD.

13. *Et in ea portus*, etc. MARTIANUS, lib. VI, pag. 208. HARD. — Sita fuerunt auctore D'ANVILLE, loco dicto, hodie *Roccellata*, ad flumen Carcinitem, hodie *Corace*, haud longe ab ostio. Mannertus autem illius oppidi rudera monstrari ait juxta vicum *Soverato*, ad fluvium *Vetrano*, haud longe a ruinis oppidi *Forano di Paliparto* ad parvum sinum, qui revera angustissimo peninsulae loco reperitur. EN.

14. *XX M. pass.* Sic MARTIANUS : sic Strabo, lib. VI, p. 255, quum stadia habere ait cLx. At non sic Solinus, qui xl m. pass. cum Chiff. cod. In Reg. et Colb. 1, 2, 3, *XL M. pass.* HARD. — Certe non xl, sed xx legendum est, quum re vera xxi circiter m. pass. sit minima latitudo. ED.

15. *Intercisam*. Non fossa peracta, si Straboni fides, lib. VI, pag. 261, sed muro ducto, qui peninsulam a reliqua Italia dirimeret, defenderetque. HARD.

16. *Carcines*, etc. Carcines, hodie *Corace*, Scyllacium alluit : Crotaelus, nunc *Alli* : Semirus, *Simari* : Arocha, *Crocchio* : Targines, *Tacina* : eo plane ordine a Scyllacio versus Lacinium promontorium in eum sinum influunt. HARD. — Verum hujus amnis nomen, ex fide codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, 3, Paris. et Chiff. restituumus : subditiumque *Cæcinos* expunximus, quod Hermolaus inculcarat, neglecta vetere editione Parmensis etiam editionis : quoniam Cæcina amne apud Ælianum et Pausaniam, Eliac. lib. VI, post. pag. 354, dirimi Locros a Rhegino legerat : at procul ab hoc sinu, quem Plinius modo percurrit, Locri, Rheginique, in ipso ferme Siculo freto collocati. EN.

Semirus, Arocha, Targines. Oppidum intus Petilia¹⁷:
 rs Clibanus¹⁸, promontorium Lacinium¹⁹: cujus ante
 n insula x. m. a terra Dioscoron²⁰: altera Calypsus,
 m Ogygiam appellasse Homerus²¹ existimatur: præ-

. *Petilia*. In Brutiis a Livio colar, lib. XXVII, cap. 26. In ia Græcia Πατηλία Ptolemæo, II, cap. 1. Eadem Straboni, I, pag. 254. Lucanorum urbs aria. In nummo Musei nostri iensis, ΠΕΤΗΛΙΑΙΟΝ. Est opa *Belcastro*, ut Cluverius cen- Sicil. Antiq. lib. I, cap. 6; *trungolo*, ut ex monumentis pertis colligit Gulterus, p. 145; enim citra Crotonem est, et hum amnem, de quibus mox ur; Petilia longe ultra in Ca- ulteriore. A Philoctete con- : ait Strabo, et Virgilius, Æn. I, v, 402: «Parva Philoctetæ ka Petilia muro.» HARD. — eri tamen opinionem sequitur *ELLE*, quam confirmat etiam ertus, qui argumentum ex citato Livii loco sumens Thu- inter et Crotonam sitam fuisse. im comprobat. ED.

Clibanus. Dalec. et Elz. *Ali-*; sed ex MSS. *Clibanus* resti- larduinus. Sic subsequenti ne capite, *Alitennia* editi, ubi exarati *Cliternia* exhibent. In- ontes, qui Clibani locum oc- t, sunt *Monte Monacello*, *Mon-*:aldo, etc. ED.

Lacinium. *Capo delle Colonne*, imus: Clibani montis pars ea maxime prorumpit in mare. i, pag. 5, Διοσκύρων. HARD. *Dioscoron*. Scylaci, pag. 5, ἵρων vocatur. H.—Διοσκύρων,

hoc est, Castoris et Polluciae. Altera Καλυψούς, ἐν ἣ Ὀδυσσεύς ἄκει παρά Καλυψοῖ, inquit Scylax, loc. cit. HARD. — Ibi nunc sunt tantum scopuli, ubi olim insula Dioscoron, et insula Calypsus, Homeri et illustrissimi Φάκιλον ingenii clarissima. Inde patet quantum ab Homeri et Plinii temporibus immutata fuerit in his locis naturæ facies. Sic quoque inter scopulos latent Tiris, Eranusa et Meloessa. BROU.

21. *Homerus*. Odyss. VII, v. 244, quem in locum Eustath. Ἰηρυγία, ὄνομα τῆς νήσου Καλυψούς. Sic aperte docet Homerus: tum alibi, tum Odyss. M, 448: Νῆσον εἰς Ἰηρυγίην πέλασσαν θεοῖ· Ἰθά Καλυψὸς Ναιῖσι ἑυπλόκαμος, δεινὴ θεὸς αὐδήισσα. At Ogygia insula Homericæ, ipsa est habitabilis tellus in hoc hemisphærio, quod Oceano circumcinctum Veteres credidere; ac propterea insula ea dicitur Oceani umbilicus: ὅτι τ' ὀμφαλὸς εἰς θαλάσσης, Odyss. A. versu 50. Atlantis ibi filia Calypso dicitur, illius qui profunda maris pernoctat, et molem sustinet cæli ac terræ, columnis immensis. Natura ipsa est, qualis in hemisphærio isto apparet, quam Homerus de nomine femine tunc celebratæ vocat: quoniam Natura multa habet, quæ tegit, græce καλύπτει. Deinde pro philosophia ipsa accepit, sive naturæ studio: et quemadmodum Herodotus Clio et Erato Musas, sic ipse Calypso Nympham fecit. HARD.

sini²¹, Hennenses²², Hyblenses²³, Herbitenses²⁴, Herbesenses²⁵, Herbulenses²⁶, Halicyenses²⁷, Hadranitani²⁸,

etc. Diodoro Sic. Bib. lib. XII, pag. 89, Καλλάτινοι. Oppidum Antonino, *Galeate*. Nunc *Galati*, in monte situm, ad occidentem fluminis *Fitalia* et oppidi *Tortorici*. ED.

21. *Halesini*. Antonino, *Alesa*: in Tab. Peuting. *Halesa*. Ἀλέσα πόλις, Diodoro, Bibl. lib. XIV, pag. 246. HARD. — Ἀλαίσα Straboni lib. VI, pag. 272. Octo stadiis a littore distabat, ibique ab Archonide quodam, Herbitæ principe, condita fuerat, qui Archonidion illam vocaverat. Hujus rudera reperiri ait Mannertus haud longe a fluminis *Pettineo* ostio, et vico *Tysa*, septemtrionem inter et ortum solis; XVIIII M. pass. a Cephaledo distabat; quamvis in Antonini Itinerario XXVIII M. pass. legatur librariorum negligentia, qui litteram x interseruerunt. ED.

22. *Hennenses*. Ab Enna urbe, de qua Strabo, lib. VI, pag. 272: Ἐν δὲ μεσογαίᾳ, τὴν μὲν Ἐνναν, ἐν ἧ τὸ ἱερὸν τῆς Δήμητρος, ἔχουσιν οὐλίγοι, καί μὲν ἐπὶ λόφῳ περιελημμένην πλατείαις ὀρεπαδίοις ἀροσίμοις πᾶσαν. Vocem hanc Latini sæpius aspirarunt: non item Græci, quibus *Enna* scribitur. Sic nos Hannonem dicimus: Græci Ἄνωνα. Et apud Jul. Firmic. lib. de Errore Prof. Relig. pag. 24, *Ceres Hennensis mulier*. Hodie *Castro Giovanni*, città *inespugnabile*. HARD.

23. *Hyblenses*. Præter cæteras urbes ejus nominis, fuit in Sicilia *Hybla major*, in *Catinensium* agro, cujus incolæ Ἰθάκαιο apud Stephan. nunc *Paterno*, ut quidem Cluverio videtur, Sicil. lib. II, cap. 8. In

nummis apud *Parutam*, ΥΒΑΑΣ ΜΕΓΑΛΑΣ. HARD.

24. *Herbitenses*. Ἐρβίταιοι Stephan. et Diodoro Sic. lib. XIV, pag. 296. Gens Ciceroni in *Verr.* libro IV et V, sæpius memorata. Illam super omnes siculas urbes, ad septemtrionem *Nebrodrum montium* sitas dominatam esse putat Mannert. Oppidum id esse hodie creditur, quod *Nicosia città costantissima* Siculi vocant, et cujus ruinis crevit *Sperlinga*, in Siculis vesperis celeberrima. ED.

25. *Herbessenses*. *Herbessum* Livius inter *Syracusas* et *Leontinum* agrum collocat, libro XXIV, cap. 30, ubi nunc *Cryptæ, le Grotto*, ut quidem Fazellus existimat, decad. I, lib. X. Situm ignorari ait Mannertus. ED.

26. *Herbulenses*. Forte *Harbolenses*. Nam Stephano urbs Siciliae Ἀρβόλη, ex Philisto, lib. VIII *Rerum Sicular.* Situs ignoratur. ED.

27. *Halicyenses*. Sic appellantur a Cicer. in *Verr.* lib. IV, cap. 68, qui eos liberos et tributi immunes dicit. Ἀλικυαίοι, a Thucyd. lib. VII, pag. 511. Inter *Entellam* et *Lilybæum* Ἀλικύαι a Stephano collocantur. Nunc *Salerno* oppidum haud ignobile, antiquum illud nomen refert vulgari sermone. Sal quippe Græcis θὰς dicitur: unde ἄλικὸς *salsus*. HARD. et ED.

28. *Hadranitani*. Diod. lib. XIV, pag. 265, Ἀδρανῶν. Silio, *Hadranum*. Herbitæ dominationi subjectum. In nummis ΔΑΡΑΝΙΤΑΝ, apud *Parutam*. Nunc *Aderno* vocatur. ED.

carenses²⁹, Ichanenses³⁰, Ietenses³¹, Mutustratini³²,
Magellini³³, Murgentini³⁴, Mutycenses³⁵, Menanini³⁶,

Imacarenses. Ita libri omnes. Elementorum series nobilior oppidum appellandum hoc fuisse forte admonet, nempe arensium, quod Stephano Ξα, Hiccarā Antonino, a Panhorvi M. P. In nummis apud Paris, IKAP. Nunc quoque *Carini*, pro *Hyccarini*, teste Fazello, l. I, lib. VII, cap. 7. HARD. ego *Hyccarenses* ab oppido aro: unde autem hoc nomen verit vide apud Athenæum sub libri VII. DALEC. — Ager arensis Cicer. in Verr. lib. V, § 17. Ἰμαχάρα Ptolemæo, in op-Siciliæ mediterraneis. Imacahodie esse *Traina* putat Mannertus. ED.

Ichanenses. Ἰχάνα urbs est Siciliæ apud Steph. Situs autem ignotus. ED.

Ietenses. Vet. ap. Dalecamp. ses. Ex Philisto Steph. Siciliæ a Ἰετὰς vocat, incolas Ἰεταίους. In nummis, apud Parutam, IAITI. Diodoro, in Eclog. pag. 876, HARD. — Nunc *Iato* dici, ad eam *Belici* fluvii alveum, supra Parutam auctor est Fazellus: sed in his novis non reperitur nomen ED.

Mutustratini. Chiff. *Mutustrani* ap. Dalec. *Mytistratini.* Morriw enim oppido ei nomen est Polyb. lib. I, pag. 34. Μύστρα-νυ Diod. Sic. in Eclog. pag. HARD. — Ἀμίστρατος apud Steph. Byz. et incolæ *Amestratini* Cic. Hodie *Mistretta* est, ad eam *Seravelli*, atque etiam nunc

antiquæ arcis cerni vestigia ait Mannertus. ED.

33. *Magellini.* Macellam oppidum Siculum a Romanis, a quibus defecerat, in ditionem redactum narrat Livius, lib. XXVI, cap. 21. Μακέλλαν κώμην vocat Diodorus in Eclog. pag. 895; πόλιν Polyb. lib. I, pag. 233. Situs omnino ignoratur. ED.

34. *Murgentini.* Ager Murgentinus, Cic. Verr. lib. V, cap. 47. Hoc cum Magellinis defecisse ad Pœnos auctor est Livius, loc. cit. Stephan. Μοργεντινοί. Urbs Thucyd. lib. IV, pag. 295, Μοργεντινή. Et in nummis, MOPAN. HARD. — Hanc in mediterraneo sitam fuisse, et fere haud dubie vicum *Mandri Bianchi*, in colle situm, ad flumen *Dittaino* esse probat Mannertus; quamvis vehementer huic sententiæ repugnet Livius, qui lib. XXIV, cap. 27, hic centum navium classem habuisse Romanos ait; sed dubium eidem Mannerto non videtur quin a Livio non Murgantiæ nomen, sed Megaræ scribendum fuerit. ED.

35. *Mutycenses.* Ita MSS. omnes, et Parm. edit. Dalec. et Elz. *Mutyonses.* Cicero quoque; in Verr. lib. V, cap. 101, *Mutycenses*; ab urbe mediterranea Siciliæ, Μότυα Ptolemæo, lib. III, cap. 4; nunc *Modica*, inter Pachynum et Syracusas. Diversa videtur ab ea *Μότυν* fuisse, de qua Thucyd. libro VI, pag. 412, et Diod. lib. VI, p. 69. HARD. et ED.

36. *Menanini.* In nummis apud Parutam, MENANINON, et MHNA-

Naxii³⁷, Noæni³⁸ Petrini³⁹, Paropini⁴⁰, Phinthiensis⁴¹, Semellitani⁴², Scherini⁴³, Selinuntii⁴⁴, Symæthii, Ta-

NINON. Ciceroni in Verr. libro V, cap. 102, *Meneni*. Hodie *Mineo*. H.

37. *Naxii*. Quorum oppidam Pausaniæ ævo plane excisum ac deletum, ut ipse testatur, 106. Eliac. poster. pag. 367 et 368. HARD. — Illud oppidum idem fuisse cum Tauromenio conjici posset ex supraddictis Nostri verbis « Colonia Tauromenium quæ antea Naxos »; præclare autem demonstrat Mannertus Tauromenium portum fuisse et Naxon vicino monti stetisse. ED.

38. *Noæni*. Stephano, Suidæ, Phavorino, Νόαι urbs Siciliæ est: incolæ Νοαῖοι. Hodie *Noara*, in montibus ad veterem fluminis *Grangotta* alveum, auctore Mannerto. ED.

39. *Petrini*. Urbs Πέρρα Ptolemæo, in mediterraneis Siciliæ oppidis. Περρῖνοι quoque Diodoro memorati in *Eclog.* pag. 876. HARD. — Petrinæ quoque habet Antoninus in itinere ab Agrigento Lilybæum, 17 m. pass. septemtrionem inter et occasum solis, a Comiciapo, cujus rudera juxta *Castro Novo* videntur, auctore Mannerto. ED.

40. *Paropini*. Πάρωπος juxta Thermas Himerenses a Polybio statuitur, lib. I. Nunc *Colisano*, ut quidem Fazellus existimat. HARD. — Situm ignorari ait Mannertus. ED.

41. *Phinthiensis*. Ptolemæo, in mediterraneis Siciliæ oppidis, Φενθία. Etiam in Sicilia Φενθιάδα Diodorus agnoscit, *Eclog.* p. 880, sed in littore positam. In nummis, ΦΙΝΘΙΑ. HARD. — Hæc urbs a tyranno cognomine, qui in eam dirutæ

Gelsæ incolæ transtulit, condita fuit. Ejus rudera ad orientem Gelsæ et ostii fluminis *Dirillo* requirenda putat Mannertus. ED.

42. *Semellitani*. An *Semoniani*? nam Σμόντιον Siciliæ oppidum, καὶ Μοργεντίον, legere me memini apud Diod. Sic. Bibl. lib. XIV, p. 297. HARD. — Sminthi autem nomen, quod quidem cognomen Apollinis est, multis in locis exstare nos monet Strabo lib. XIII, p. 605. Nempe apud Hamaxitum præter templum quoddam Sminthium, cujus jam superius lib. X, pag. 473, meminerat, duo alia loca Sminthia usurpari nos docet, et alia in Larissæo agro et in Pariano, quæ etiam Sminthia dicebantur, itemque in Rhodio et Lindo, tandemque addit καὶ ἄλλοι δὲ πολλοὶ; in Sicilia ergo hujus nominis oppidum exstitisse minime mirum videri potest, quod quidem non Σμόντιον, ut Diodorus ait, sed fortasse Σμίνθειον, ut in Strabone, loc. citato, legimus, vocari debuit. Situs autem ejus omnino ignoratur. ED.

43. *Scherini*. Dalecamp. et Elz. *Scherrini*. Σχέρρα oppido nomen fuit, apud Ptolem. Apud Cicer. Verr. lib. V, p. 103, *Acherini*, pro *Scherini*. HARD. — Situs ignoratur. ED.

44. *Selinuntii*, etc. Hi ab oppido Selinunte, de quo supra, nomen habuere. Symæthii, qui *Symæthiæ circum flumina*, ut Maro canit, lib. IX *Æneid.* quo de amne jam diximus. HARD. — Urbis autem eorum situs omnino ignoratur. ED.

ises⁴⁵, Tissinenses⁴⁶, Triocalini⁴⁷, Tyracienses⁴⁸, clæi⁴⁹ Messeniorum in Siculo freto.

Insulæ sunt in Africam versæ: Gaulos¹, Melita² a Camerina⁶ cxxiv³ m. pass. a Lilybæo cxlii, Cosyra⁴, Hieronesos⁵,

Talarenses. Vel Talarienses, oppido Ταλαρία, de quo Steph. racusanorum agro, lxx stad. acensis. Apud Diod. in Eclog. 875, Ἰλαρον credo mendose, ελαρόν. HARD. et ED.

Tissinenses. Τίσσα Ptolemæo, III. Τίσσα Stephano, nunc esse in Ætnæ radicibus, ad ntrionem. Cluv. Sicil. Antiq. II, cap. 6. Incolæ Tissenses, omni, orat. V in Verr. - A Tissus, præparva, et tenui ci, et aratoribus laboriosissimifragilissimisque hominibus. et Ed.

Triocalini. Oppidum Τριό- ex Diod. in Eclog. pag. 913. a Ptolemæo, lib. III, cap. 4; Verr. lib. VII, cap. 10, Trimum. In nummis apud Parutam, ΙΑΑΑ. Nunc Troccoli, juxta Bellota. HARD. et ED.

Tyracienses. An Tyracinenses, oppido quod Τυρακίνα Stephano r? At in MSS. et edit. Parm. tienses. Forte pro Trinacienses: Γρινακίτη πόλις et Τρινακίους oppos in Sicilia laudat Diodorus, lib. XII, pag. 89 et 90. Anue Tyrittenses? nam Τυριττόν ilia idem Diodorus agnoscit, ogis, p. 875. HARD. — Brot. inenses. Incertius est nomen ut quidquam de situ conjicemus. Ed.

Zanclæi. Vet. apud Dalec. clæi Messeniorum. Horum in sicu-

lo freto insulæ. Ed. — Urbs olim Ζάγκλα fuit, inquit Herod. Polym. lib. VII, pag. 438. A Messeniis Peloponnesiis condita; unde Messana dicta est, quod nomen etiam nunc servat; Gallis *Messina*. Ed.

1. *Gaulos.* Scylaci, pag. 48, cæterisque, Γαῦλος. Nunc Goso. ΠΕΡΕΣ ΓΑΥΛΙΤΑΝΑ, apud Gruter. pag. 415. HARD.

2. *Melita.* Malta. De ejus intervallo a Camerina Siciliæ oppido subscribit Martianus, libro VI, pag. 208. HARD.

3. *LXXXIV.* Chiffi. *LXXXVII.* A vero aberrat uterque numerus; nam reipsa lxi m. pass. est brevissimum Camerinum inter et Melitam intervallum. A Lilybæo autem cxxviii m. pass. abest. Ed.

4. *Cosyra*, etc. Κόσυρα Stephano: de ea dicemus lib. V, cap. 7. Medio intervallo ponitur Lilybæum inter et Africæ Clupeam, a Strabone, lib. VI, pag. 277. Nunc *Pantalarea*. HARD.

5. *Hieronisos.* Ἱερόνησος. Hanc in itineralio maritimo, pag. 492, Maretimam vocari, sed coc stadiis remotiorem a Lilybæo, quam æquum est, hodieque vix immutato nomine *Maretimo* appellari auctor est Manertus. Illam quoque cum Æthusa, sive Ægusa et Bucinna, inter tres insulas Ægæata Livii, lib. XXI, cap. 10; lib. XXII, cap. 54, etc. ad quas anno U. C. 510 Pœnos navali prælio fudit Lutatius consul, re-

Cæne⁶, Galata⁷, Lopadusa, Æthusa, quam alii Ægusam scripserunt : Bucinna⁸ : et a Solunte⁹ LXXX¹⁰ M. Osteodes¹¹ : contraque Paropinos Ustica. Citra¹² vero Siciliam ex adverso Metauri amnis, xxv¹³ millibus ferme pass. ab Italia, vii¹⁴ Æoliæ appellatæ. Eadem Liparæo-

censitam fuisse, satis compertum est. Ed.

6. *Cæne*. Καρνί. Ita libri omnes, ipseque Martianus, libro VI, pag. 208. Cave tamen credas Cæny Stephani insulam nunc signari a Plinio. Locorum enim is vicinitate deceptus, promontorium Italiæ Cæni Peloro adversum, perperam haud dubie, insulam putavit: quum non modo præter eum nemo ejus insulæ meminerit, sed nec ulla usquam circa Pelorum sit, unquamve, cujus quidem mentio exstet, fuerit insula. H. — Hodie, ut puto, *Limosa*, cujus nomen fortasse ab antiquo venit, quod recentiores *Cæne* pro *Cæne* scripserunt, sicque a *cæno* seu *limo*, *Limosam* vocarunt. Ed.

7. *Galata*, etc. Hæc priscum nomen retinet. Ptolemæo, lib. IV, cap. 3, Καλάθη: altera Λοπαδούσα, Λαμπύρας Scylaci, pag. 48, nunc *Lampédosa*. Αἰθούσα eidem Ptolemæo, qui Ægusam ab Æthusa diversam insulam facit, quæ ei hallucinatio frequens admodum est. HARD. — Hodie appellatur *Favignana*, ut vult Mannertus. Ed.

8. *Bucinna*. Hæc Ptolemæi, lib. III, cap. 4, Φορβαντία creditur. Italis *Levanzo*. Stephano: Βουκίνα, πόλις Σικελίας: aut falso, aut Siculæ ditionis urbem et insulam dicere voluit. HARD.

9. *Solunte*. Proponerat Dalec. *Salinsite*. Ed.

10. LXXX. Dalec. et Elz. LXXXV. Non autem v tantum, sed xx m. pass. detrahenda sunt, ut verum habeatur inter Osteodem, quam nunc *Alicur* esse modo dicemus, et Solunta intervallum. Ed.

11. *Osteodes*, etc. Chiff. *Osteodes*. Οστρώδης pariter, et Οδούσα a Ptolemæo memorantur, inter insulas eas, quæ Siciliæ adjacent. De hac Horatius quoque, lib. I, ode 17, locutus a Bocharto creditur: sed perperam: quum de parte aliqua agri Sabini ibi sermo sit. *Osteodes* hodie, ut probat Mannertus, *Alicur* est, ad occidentem Æoliarum insularum, hodie *Isles de Lipari*, de quibus mox, posita; Ustica nomen suum retinet. HARD. et Ed.

12. *Citra vero Siciliam*. Hæc iisdem verbis Martianus, lib. VI, pag. 208. HARD.

13. XXV. Dalec. et Elz. XII. Chiff. XV. Hæc autem omnia falsa: nam xlv m. pass. est minimum inter Metauri ostium et Æolias insulas intervallum. Ed.

14. *VII Æoliæ*. Omnes illæ insulæ ignium subterraneorum vi ex eruptione sunt enatæ, ut evidenter agnovit Cl. HAMILTON, qui hæc loca diligentissime exploravit. Vide et Cl. BRYDONE, *Voyage de Sicile et de Malte*, tom. I, pag. 36. Ibi autem a Plinii temporibus novæ insulæ prodire: nunc enim xi numerantur. BRON.

rum, et Hephæstiades a Græcis, a nostris Vulcaniæ¹⁵: Æoliæ; quod Æolus Iliacis temporibus ibi regnavit¹⁶. (ix.) Lipara¹⁷ cum civium Rom. oppido, dicta a Liparo rege, qui successit¹⁸ Æolo: antea Melogonis, vel Meligunis¹⁹, vocitata: abest²⁰ xxv m. pass. ab Italia, ipsa circuitu paulo minori²¹. Inter hanc et Siciliam altera, antea Therasia appellata, nunc Hiera: quia sacra²² Vulcano est, colle in ea nocturnas evomente flammæ. Tertia Strongyle²³;

15. *Vulcaniæ*. Æoliæ insulæ dictæ sunt a Romanis Vulcaniæ, quod ignes evomerent; nunc fumum tantum reddunt. Una Strongyle *Stromboli*, semper ardet; tot abhinc sæculis inexhausta. BROT. — Dalec. *Vulcani*. Elz. *Vulcanium*. ED.

16. *Regnavit*. Sic ap. Chiff. Dal. et Elz. *regnabat*. ED.

17. *Lipara*. Nomen servat, *Lipari*, omnium maxima. ED.

18. *Qui successit Æolo*. Ita libri omnes; at rectius, credo, cum Solino, cap. vi, p. 21, cui successit Æolus, ex Diodoro Sicul. lib. V, pag. 291. HARD.

19. *Meligunis*. Μελιγουνίς, a felice, ut apparet, mellis proventu, non vero ovium, τῶν μύλων, ut vult Dalecampius, in quem reclamant vetusti scriptores omnes, a quibus non Μηλιγουνίς, sed Μελιγουνίς vocatur. Strabo, lib. VI, pag. 275. Stephanus, Hesychius, cæterisque antiquior Callimachus, hym. in Dianam, pag. 14, vers. 47: Νήσω ἐνὶ Λιπάρῃ· Λιπάρῃ νέον, ἀλλὰ τὸ τῆσων Ὀδνομά οἱ Μελιγουνίς. HARD. — Legitur in Chiff. *Milogenis* pro τῷ *Melogenis*. ED.

20. *Abest XXX*. Ita Solinus, et Martianus, loc. cit. HARD. — Dalec. et Elz. XII. Chiff. XV. Sed hi omnes numeri a vero aberrant: nam XLVI

m. pass. est brevissimum Liparam inter et Italiæ oram intervallum. ED.

21. *Paulo minori*. Lego paulo minor, ex MS. Reg. 1, et edit. principe. BROT.

22. *Quia sacra*. Ἱερὰν Ἡφαίστου vocat Strabo, lib. VI, pag. 275. Ptolemæus pro more in duas distrahit insulas, Ἱερὰν et Ἡφαίστου νῆσων. Hodie *Volcano* nuncupant. Therasiam quidem in insulis Ægæi maris agnovimus: hanc vero Hieram qui Therasiam quoque appellavit, adhuc auctorem quærimus. *Thermissa* haud dubie scribi satius fuerit, si exemplaria ulla faverint: quum id quoque ei nomen fuisse, Θέρμισσων, Strabo fateatur, lib. VI, pag. 275 et 276. HARD.

23. *Strongyle*. Στρογγύλη, quod ei nomen a rotunditate factum, ut Strabo admonet, pag. 276. Nunc *Strongoli*, et *Stromboli*. HARD. — Hujus insulæ semper ardens mons ignivomus in eo differt ab Ætna et Vesuvio, quod continuo ignem, et rarissime materias, la lave, ejaculetur. Vidit tamen eum Cl. HAMILTON, anno 1769, ignitos lapides frequenter e suo cratere ejaculantem. Vidit quoque materias e montis latere erumpentes, et in mare decedentes. Inter continuas illas eruptiones, pars insulæ adhuc ha-

a Lipara²⁴ m. pass. ad exortum Solis vergens, in qua re-
gnavit Æolus; quæ a Lipara liquidiore flamma tantum
differt: e cujus fumo, quinam flaturi sint venti, in tri-
duum²⁵ prædicere incolæ traduntur: unde ventos Æolo
paruisse existimatum. Quarta Didyme²⁶, minor quam
Lipara. Quinta Ericusa. Sexta Phœnicusa²⁷, pabulo proxi-
marum relicta: novissima eademque minima, Evonymos²⁸.
Hactenus de primo Europæ sinu.

XV. (x.) A Locris¹ Italiæ frons incipit, Magna Græcia

bitatur a quinquaginta familiis. Fer-
tur nautas sereno tempore montem
illum viginti quinque leucarum in-
tervallo dissitum observare posse,
ejus vero flammam multo longius
noctu videri. Quod prodit horizon-
tem ejus visibilem non esse mino-
rem 500 millibus passuum, ac proin-
de maximam esse ejus altitudinem.
Cl. ВУДОЖЕ, loc. cit. p. 40. ВРОТ.

24. *A Lipara.* Hæc iisdem verbis
Strabo, loc. cit. quod mirum videri
debet: nam xx m. pass. a Lipara
abeat Strongyle, septemtrionem
inter et ortum solis. Ed.

25. *In triduum.* Quis tertio post
die ventus spiraturus sit. Strabo,
loc. cit. HARD.

26. *Didyme.* Διδύμη, quasi ge-
mella, inquit Harduinus; verius
fortasse, quasi Δύμη, seu occiden-
talis, quod sola ad occidentem Li-
paræ sita sit; si tamen, ut Hardui-
nus et D'ANVILLE, quibuscum ego
consentio, volunt, Didyme *Saline*
est, non *Panaria*, ut ait Mannertus.
Ed.

27. *Ericusa. . . . Phœnicusa.* Illas
Alicur et *Felicur* hodie esse ait Har-
duinus; D'ANVILLE Ericusam *Var-*
cusa, et Phœnicusam quam Phœni-
codem nominat, *Felicudi* vocat;

Mannerto, qui *Panaria* Didymen
esse putat, *Ericusa Lisca Bianca* est,
et Phœnicusa *Dattolo*. Quum autem
minime dubium mihi videatur quin
Didyme *Saline* sit, *Ericusa Panaria*
esse debet, et Phœnicusa, ut vult
Mannertus, *Dattolo*. Ed.

28. *Evonymos.* Εὐώνυμος, hoc est,
sinistra, quod a Lipara in Siciliam
navigantibus maxime est ad lævam.
Auctor Strabo, loc. cit. Hodie *Lisca*
Bianca. HARD.

X. 1. *A Locris.* Unde cap. 10, ad
describendas insulas defluxit oratio,
Italia paulisper relicta. Nunc eo
redit. Pertinent vero hæc ad tertiam
Italiæ regionem. Magna Græcia,
inquit Plinius, hæc Italiæ pars ab
his appellata est, a quibus et Hellas
dicta Græcia est. «Hellas, inquit
libro IV, cap. 11, nostris Græcia
appellata.» Hæc igitur Italiæ pars,
quæ et græce loqueretur, et ampli-
tudine Helladem longe superaret
(nam Hellas Atticam dumtaxat,
Bœotiam, Locros, Doridem, et Ar-
gos Pelasgicum complectebatur,
quas regiones Plinius describit, loc.
cit. cap. 11, 12, 13, 14); idcirco
Magna Græcia a Romanis est ap-
pellata. Vide etiam librum XXV,
cap. 45. H.—Eodem nomini Festus

appellata, in tres sinus² recedens Ausonii³ maris: quoniam Ausones tenuere primi: patet⁴ octoginta sex m. pass. ut auctor est Varro. Plerique LXXV⁵ m. fecere. In ea ora flumina innumera, sed memoratu digna a Locris⁶ Sagra, et vestigia oppidi Caulonis⁷, Mystia⁸, Consilinum⁹ castrum, Cocinthum, quod esse longissimum Italiæ promon-

alteram dat originem, v. M. Gr. « Major Græcia dicta est, quod in ea multæ magnæque civitates fuerunt ex Græcia profectæ. » Ed.

2. *In tres sinus.* Primus Locros circumdat: alter est Scyllacius: tertius Tarentinus. Ita Mela, libro II, cap. 4, pag. 37. HARD.

3. *Ausonii.* Sic mare id vocatur, quod a Sicilia ad Salentinos pertinet, ut dictum est, cap. 10. In hanc Italiæ partem, non in Latium, duce Tithono Priami fratre, non Ænea, nec profugi, sed missi venere primum coloni e Troja, ante ipsum bellum Trojanum. Sic Virg. Georg. lib. II, versu 385: « Necnon Ausonii, Troja gens missa, coloni. » Et lib. III, versu 46: « Mox tamen ardentes accingar dicere pugnas Cæsaris, et nomen fama tot ferre per annos, Tithoni prima quot abest ab origine Cæsar. » Hoc est, per annos innumeros. Nam prima origo Tithoni longe supra atavum Dardanum fuit, qui Jovis filius, *Διὸς υἱός*, hoc est, vir nobilis fuit, at stirpis ignotæ. Sed venere postea Ausones in Latium, ut dictum est supra cap. 9. Quæ causa est, quamobrem hic Tithoni, et alibi Laomedontis, qui pater Tithoni fuit, veluti parentum coloniæ, ex qua prodire Romani, mentio fiat a Virgilio. HARD.

4. *Patet LXXXVI.* Ita MSS. et

Martianus, lib. VI, pag. 208. H. — Dalec. et Elz. *octoginta duo.* Ed.

5. *Plerique LXXV.* Dalec. et Elz. *LXXXII.* Istud LXXV m. passuum intervallum, quo determinatur Italiæ frons, a Locris ad promontorium Lacinium sumendum videtur, quod spatium reipsa LXXV fere mill. passuum est. Ed.

6. *A Locris Sagra.* Digna memoratu Sagra, genere femineo, etai id nomen amnis est. Strabo ita recte dici monet, lib. VI, pag. 261: *Ματὰ δὲ Λοκροῦς, Σάγρας, ὃν θηλυκῶς ὀνομάζουσι*, etc. At Cicer. de Nat. Deorum: « Quam ad fluvium Sagram Crotonitas Locri maximo prælio devicissent. » Et l. III: « De Sagra Græcorum etiam vulgare proverbium, quum quæ affirmant, certiora esse dicunt, quam illa quæ apud Sagram. » Nunc *Sagrano.* H.

7. *Caulonis.* *Καυλωνίαν* vocat Diodor. Sic. Bibl. lib. XIV, pag. 315. Idem, pag. 316. A Dionysio Syracusano deletam prodit Virgilius, *Æn.* lib. III, vers. 553: « Caulonisque arces, et navifragum Scylaceum. » Nunc est *Castel Vetore*, in ulterioris Calabriæ peninsula. HARD.

8. *Mystia.* *Mystia* Mela Pomponio, lib. II, cap. 4. Nunc *Monasteraci*, vel ut alii efferunt, *Monte Araci.* HARD.

9. *Consilinum.* De eo multa Casiodor. Variar. lib. VIII, cap. 33:

torium aliqui existimant. Dein¹⁰ sinus Scyllaceus : et Scyllacium¹¹, Scylletium Atheniensibus, quum conderent, dictum : quem locum occurrens¹² Terinæus sinus peninsulam efficit : et in ea¹³ portus, qui vocatur Castra Hannibalis, nusquam angustiore Italia : xx¹⁴ m. passuum latitudo est. Itaque Dionysius major intercisam¹⁵ eo loco adicere Siciliae voluit. Amnes ibi navigabiles : Carcines¹⁶, Crota-

Nunc *Stilo*, unde Cocintha promontorio nomen, *Capo di Stilo*. HARD.

10. *Dein sinus Scyllaceus : et Scyllacium*. DAL. *Dein sinus, et Scyllacium*. ELZEV. *Dein sinus Scyllacius, etc.* ED.

11. *Scyllacium*. Subintellige, oppidum. Iidem verbis Strabo, lib. VI, pag. 261 : *Σκυλλήτιον ἄποικος Ἀθηναίων νῦν δὲ Σκυλλάκιον καλεῖται*. Nunc *Squillace*, in medio fere sinu, cui suum nomen impertit, *Golfo di Squillace*. Cave porro cum Scyllaceo confundas Scyllæum, in Vibonensi sinu situm, et de quo diximus cap. 10. HARD. et ED.

12. *Occurrens*. Ex adverso mari Tyrreno Terinæus sinus terras cum Scyllaceo coarctans in breves angustias, peninsulam efficiunt, Brutiorum olim appellatam, ut diximus cap. 10. HARD.

13. *Et in ea portus, etc.* MARTIANUS, lib. VI, pag. 208. HARD. — Sita fuerunt auctore D'ANVILLE, loco dicto, hodie *Roccellata*, ad flumen Carcinitem, hodie *Corace*, haud longe ab ostio. Mannertus autem illius oppidi rudera monstrari ait juxta vicum *Soverato*, ad fluvium *Vetrano*, haud longe a ruinis oppidi *Fortino di Paliporto* ad parvum sinum, qui revera angustissimum peninsulæ loco reperitur. EN.

14. *XX M. pass.* Sic Martianus : sic Strabo, lib. VI, p. 255, quum stadia habere ait CLX. At non sic Solinus, qui XL M. pass. cum Chiffi. cod. In Reg. et Colb. 1, 2, 3, *XL M. pass.* HARD. — Certe non XL, sed xx legendum est, quam vera XXI circiter M. pass. sit minima latitudo. ED.

15. *Intercisam*. Non fossa peracta, si Straboni fides, lib. VI, pag. 261, sed muro ducto, qui peninsulam a reliqua Italia dirimeret, defenderetque. HARD.

16. *Carcines, etc.* Carcines, hodie *Corace*, Scyllacium alluit : Crotaclus, nunc *Alli* : Semirus, *Simari* : Arocha, *Crocchio* : Targines, *Tacina* : eo plane ordine a Scyllacio versus Lacinium promontorium in eum sinum influunt. HARD. — Verum hujus amnis nomen, ex fide codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, 3, Paris. et Chiffi. restitimus : subdititiumque *Cæcinos* expunximus, quod Hermolus inculcarat, neglecta vetere editione Parmensis etiam editionis : quoniam Cæcina amne apud Ælianus et Pausaniam, Eliac. lib. VI, post. pag. 354, dirimi Locros a Rhegino legerat : at procul ab hoc sinu, quem Plinius modo percurrit, Locri, Rheginique, in ipso ferme Siculo freto collocati. EN.

Semirus, Arocha, Targines. Oppidum intus Petilia¹⁷:
 rs Clibanus¹⁸, promontorium Lacinium¹⁹: cujus ante
 n insula x. m. a terra Dioscoron²⁰: altera Calypsus,
 m Ogygiam appellasse Homerus²¹ existimatur: præ-

. *Petilia*. In Brutiis a Livio col-
 ar, lib. XXVII, cap. 26. In
 ia Græcia Πετλία Ptolemæo,
 II, cap. 1. Eadem Straboni,
 I, pag. 254. Lucanorum urbs
 aria. In nummo Musei nostri
 iensis, ΠΕΤΗΛΙΑΙΟΝ. Est op-
 n *Belcastro*, ut Cluverius cen-
 Sicil. Antiq. lib. I, cap. 6;
Strongolo, ut ex monumentis
 pertis colligit Gulterus, p. 145;
 enim citra Crotonem est, et
 hum amnem, de quibus mox
 11; Petilia longe ultra in Ca-
 ulteriore. A Philoctete con-
 ait Strabo, et Virgilius, *Æn.*
 II, v, 402: «Parva Philoctetæ
 xa Petilia muro.» HÆRD. —
 eri tamen opinionem sequitur
 11111, quam confirmat etiam
 ertus, qui argumentum ex
 citato Livii loco sumens Thu-
 inter et Crotonam sitam fuisse.
 am comprobat. ED.

Clibanus. Dalec. et Elz. *Ali-*
 ; sed ex MSS. *Clibanus* resti-
 harduinus. Sic subsequenti
 me capite, *Alitennia* editi, ubi
 exarati *Cliternia* exhibent. In-
 ontes, qui Clibani locum oc-
 t, sunt *Monte Monacello*, *Mon-*
 caldo, etc. ED.

Lacinium. *Capo delle Colonne*,
 imus: Clibani montis pars ea
 maxime prorumpit in mare.
 21, pag. 5, Διοσκούρων. HÆRD.

Dioscoron. Scylaci, pag. 5,
 ὄρων vocatur. H.—Διοσκούρων,

hoc est, Castoris et Pollucis. Altera
 Καλυψούς, ἐν ἣ Ὀδυσσεὺς ἔκει παρα Κα-
 λυψοῦ, inquit Scylax, loc. cit. HÆRD.
 — Ibi nunc sunt tantum scopuli,
 ubi olim insula Dioscoron, et insula
 Calypsus, Homeri et illustrissimi
 Φάπλιον ingeniis clarissima. Inde
 patet quantum ab Homeri et Plinii
 temporibus immutata fuerit in his
 locis naturæ facies. Sic quoque in-
 ter scopulos latent Tiris, Eranusa
 et Meloessa. ΒΑΟΓ.

21. *Homerus*. *Odyss.* VII, γ. 244,
 quem in locum Eustath. Ἰηρυγία,
 ὄνομα τῆς νήσου Καλυψοῦς. Sic aperte
 docet Homerus: tum alibi, tum
Odyss. M, 448: Νῆσον εἰς Ἰηρυγίην πέ-
 λασσαν θεοί· ἔμβα Καλυψὸς Ναιίτι ἐπιλό-
 καμος, δαινή θεὸς αὐδήϊσσα. At Ogy-
 gia insula Homericæ, ipsa est habi-
 tabilis tellus in hoc hemisphærio,
 quod Oceano circumcinctum Vete-
 res credidere; ac propterea insula
 ea dicitur Oceani umbilicus: ὅτι τ'
 ὀμφαλός ἐστι θαλάσσης, *Odyss.* A. versu
 50. Atlantis ibi filia Calypso dicitur,
 illius qui profunda maris pernoxit,
 et molem sustinet cæli ac terræ,
 columnis immensis. Natura ipsa est,
 qualis in hemisphærio isto apparet,
 quam Homerus de nomine femine
 tunc celebratæ vocat: quoniam
 Natura multa habet, quæ tegit,
 græce καλύπτει. Deinde pro philo-
 sophia ipsa accepit, sive naturæ
 studio: et quemadmodum Herodo-
 tus Clio et Erato Musas, sic ipse
 Calypso Nympham fecit. HÆRD.

terea Tiris, Eranusa²², Meloessa. Ipsum²³ a Caulone abesse LXX m. pass. prodidit Agrippa. (x1.) A Lacinio promontorio secundus²⁴ Europæ sinus incipit, magno ambitu flexus, et Acroceraunio Epiri finitus²⁵ promontorio, a quo abest LXXV²⁶ m. pass. Oppidum Croto²⁷, amnis Neæthus²⁸. Oppidum Thurii²⁹, inter duos amnes³⁰
³ Crathin et Sybarin, ubi fuit urbs eodem nomine. Similiter est inter³¹ Sirin et Acirin Heraclia³², aliquando Siris vo-

22. *Tiris, Eranusa, Meloessa.* Sic totidem plane apicibus MSS. omnes. Et Meloessa quidem a proventu pecoris haud dubie nomen accepit, ἀπὸ τῶν μῆλων. Verum loco priorum duarum infelicitè admodum Hermolæus, tres Sirenusæ rescripsit, quas ab ora Pæstana, adversoque plane maris tractu, in Lacinium usque promontorium transtulit. Ibi enim Sirenas insulas, hoc est, ut Virgilius ait, Sirenum scopulos, Strabo, lib. I, pag. 22, aliique collocant. Ed.

23. *Ipsum.* Lacinium promontorium. Parum a vero aberrat distantia, quam LXVII m. pass. in probatissimis mappis reperi. Ed.

24. *Secundus Europæ.* Tarentinum sinum, et Adriaticum mare complexus. HARD.

25. *Finius.* Dalecamp. et Elzev. finitar. Ed.

26. *Abest LXXV M. pass.* Lacinium scilicet, non oppidum Croto, quod sequitur, et quod male, Strab. lib. VI, pag. 262, CL stadiis, id est, fere XIX m. pass. a Lacinio distare ait, quum VIII tantum recto quidem cursu distet. Non autem LXXV, ut ait Noster, nec ut emendat Martianus, LXXXV m. pass. abest ab Acroceraunio promontorio, hodie Capo

Linguetta, Lacinium, sed CLIII. Ed.

27. *Croto.* Κρότων Straboni, loco cit. Nunc Cotrone, in ostio amnis, quem Esaro accolæ vocant. HARD.

28. *Neæthus.* Νηαῦθος Straboni loc. cit. hodie Neto. Ed.

29. *Thurii.* Dalec. et Elz. *Thurium.* Chiffi. *Tauri.* Ed. — Θούριοι et Σύβαρις Stephano cognita: Scylaci, pag. 5, etiam Κρόθις. HARD.

30. *Amnes Crathin et Sybarin.* Amnes illi nunc dicuntur *Crati et Roccanello.* Hos inter fuit urbs Sybaris, olim voluptatibus insignita, nunc ob uliginosa loca sordet terra, et pestilens est æstate. Distabat tribus millibus passuum ab oppido *Corigliano.* Oppidum autem Thurii, quod Sybari a Crotoniensibus destructo successit, nunc *Terra Nuova* est, ibi inventi eorum nummi. BROR. et Ed.

31. *Inter Sirin et Acirin.* Vet. ap. Dalec. *inter Sirin et Achrin.* Chiffi. *Sirin et Acirin.* Ἀκίρις καὶ Σύρις. Strab. lib. VI, pag. 264: hodie *Sinno* et *Agri* vocantur. Ed.

32. *Heraclia, aliquando Siris vocitata.* Siri ad ostium amnis cognominis sitæ successit Heraclia, III circiter m. pass. in mediterraneo, salubriorique loco posita, auctore Strabone qui, lib. VI, pag. 264,

citata. Flumina : Acalandrum³³, Casventum³⁴ : oppidum Metapontum³⁵, quo tertia Italiæ regio finitur. Mediterranei Brutiorum, Aprustani³⁶ tantum : Lucanorum³⁷, autem, Atenates³⁸, Bantini³⁹, Eburini⁴⁰, Grumentini⁴¹, Potentini⁴²,

illam 354 stadiis a Thuriis distare ait, quod confirmat Antonini Itin. in quo XLIV m. pass. est idem intervallum, quod quidem paulo brevius esse contendit Mannertus, qui nonnulla urbis vestigia reperiri ait, juxta castellum *Policoro*. Harduinus autem illam loco *Torre di S. Basilio* sitam fuisse putat, quæ turris non Heraclis, sed Siris fortasse locum tenet. ED.

33. *Acalandrum*. Chiffi. *Thalandrum*. Ἀκαλάνδρος. Straboni, lib. VI, pag. 280. Hodie *Salandra* sive *Salandrella*, non vero *Roccanello*, ut ait Mannertus, quod nomen nemo præter eum dat. ED.

34. *Casventum*. Dalec. et Elz. *Mansuetum*, hod. *Basiento*, non autem, ut ait Mannertus, *Cavone*. ED.

35. *Metapontum*. Μεταπόντιον. Straboni, lib. VI, pag. 264, a Samnitibus deletum : ibi fuit, ubi nunc *Torre di Mare*, juxta Casventi amnis ostia, ut ait Mannertus. ED.

36. *Aprustani*. Quorum oppidum forte Ἄβυστρον fuit, quod cum *Petilia Magnæ Græciæ* Ptolemæus adjudicat, lib. III, cap. 1, nisi id Lucanorum potius fuisse videatur. Hodie *Aprigliano*, ut vult D'ANVILLE. ED.

37. *Lucanorum*. Qui horum fines olim fuerint, diximus supra, cap. 10. HARD.

38. *Atenates*. Dalec. et Elz. Ἀτίνες. Vet. apud Dalec. hinc *Atinates*. ED. — Ab *Atena*, principatus,

ut vocant, Citerioris oppido : *Ateno* : ad ripam Tanagrii amnis, *Negro*. Frontinus, lib. de Colonia pag. 90, in Prov. Lucania : *Præfecturæ, Ulciana, Pæstana, Potentina, Atenas, et Grumentina*. HARD.

39. *Bantini*. Legebat Dalec. *Buxentini*. ED. — Bantia Livio, lib. XXVII, c. 25, ubi situm oppidi edocet : « Itaque in Apuliam, inquit, ex Brutiis reditum, et inter Venusiam, Bantiamque, minus trium millium passuum intervallo consules binis castris consederant. » Vestigia oppidi manent ad locum *S. Maria di Vanse* dictum, in Basilicata circa Venusiam. Holsten. pag. 282. HARD. — Nonnulli quidem *Policastro* putant. ED.

40. *Eburini*. Quibusdam *Evoli* creditur, quod IV millibus pass. citra Silarum amnem est. Perperam : quum a Silaro versus Siciliam Lucanus ager incipiat, ut dictum est, cap. 10. HARD. — D'ANVILLE tamen *Eburi*, nunc *Evoli*, esse opinatur. ED.

41. *Grumentini*. Γρούμηντρον. Ptolemæo, in mediterraneis Lucanorum oppidis, lib. III, c. 1, et Straboni, lib. VI, pag. 254. Nunc *Agromento*, seu, ut D'ANVILLE vocat, *Armento*, ad dextram Aciris fluvii, de quo supra, ut recte Holsten. in Ortel. pag. 89. HARD. et ED.

42. *Potentini*. Potentia, *Potenza*, in Basilicata, prope fontes amnis Casventi. HARD.

Sontini, Sirini⁴³, Tergilani, Ursentini, Volcentani⁴⁴, quibus Numestrani⁴⁵ junguntur. Præterea interiisse Thebas⁴⁶ Lucanas Cato⁴⁷ auctor est. Et Pandosiam⁴⁸ Lucanorum urbem fuisse Theopompus, in qua Alexander⁴⁹ Epirotes occubuerit.

43. *Sirini*. Ab oppido Siri, cujus navale Heraclia Siris supra dicta fuerit. *Sontini* forte a Sontia, vulgo *Sanza*, inter *Policastro* et Silarum fl. Denique Tergilani videntur esse, quorum præfectura Tegenensis (forte pro *Tergilensis*), dicitur a Frontino, in Lucania ad Casventum flumen, lib. de Colon. pag. 90. Ursentini omnino ignorantur. HARD. et ED.

44. *Volcentani*. Inter mediterranea Lucanis oppida fuere Vulci, Ὀβλαοί, Ptolem. lib. III, c. 1, ad Silarum amnem: nunc *Bulcino* et *Bucino*. Hinc Volcentani, qui apud Gruter. p. 209, *Volceiani*, et p. 393, *Fulceiani* dicuntur. Livius, lib. XXVII, cap. 15, Volcentes vocat. Frontino, pag. 90, *Ulciana* præfectura. HARD.

45. *Numestrani*. Oppidum his Numistro. Frontinus, Strat. lib. II, cap. 2: « Hannibal apud Numistronem contra Marcellum pugnatus, etc. » Livius quoque, lib. XXVII, cap. 2. H. — Situs ignoratur. ED.

46. *Thebas*. Quæ Ἰθάκη Ἰταλίας Stephano. HARD.

47. *Cato*. In libris Originum perditis. HARD.

48. *Pandosiam*. Subintellige, interiisse: id enim *fuisse* istud sonat. HARD. — MSS. omnes librique vulgati ante Hermolaum, *Mardoniam* constantissime retinent: *Pandosiam* Barbarus rescripsit: quod

in Pandosia obiisse Alexandrum scriptores omnes consentiant. Et Livius quidem, qui unus esse potest instar omnium: « Alexandrum Epiri regem, ait, ab exsule affirmasse. Accito ab Tarentiniis in Italiam data dictio erat, caveret Achersiam aquam, Pandosiamque urbem: ibi fati ejus terminum dari: eoque ocyus transmisit in Italiam, ut quam maxime procul abesset ab urbe Pandosia in Epiro, et Acherronte amni... Cæterum (ut ferme fugiendo in media fata ruitur)... haud procul Pandosia urbe imminentes Lucanis ac Brutiis finibus tres tumulos insedit... Pervenit ad amnem... quem quum incerto vado transiret agmen, fessus metu ac labore miles, increpans nomen abominandum fluminis, jure Acheron vocaris, inquit, etc. » Sic Acheronem fluvium, et Pandosiam in Lucanis diserte appellat Strabo quoque, lib. V, pag. 256. Suidas, verbo Τόνου, aliique. Verum quum circa Pandosiam, περὶ Πανδοσίαν, interiisse Alexandrum Strabo affirmet non in ipsa: circa Pandosiam lethali vulnere affectus, concedere Mardoniam potuit, ubi ex vulnere obierit: et hanc urbem interiisse deinde Theopompus est auctor, quum staret interim Pandosia, quam hodie *Castro Franco* vocant. HARD.

49. *Alexander*. Epiri rex. Obiit anno U. C. 428. HARD.

VI. Connectitur secunda regio, amplexa Hirpinos, I
 riam, Apuliam, Salentinos CCL¹ m. sinu, qui Ta-
 nus appellatur, ab oppido Laconum², in recessu hoc
 o sito, contributa eo maritima colonia quæ ibi fuerat.
 t³ cxxxvi m. pass. a Lacinio promontorio, adver-
 i Calabriam⁴ in peninsulam emittens. Græci⁵ Messa-
 a duce appellavere : et ante Peucetia⁶, a Peucetio
 tri⁷ fratre, in Salentino agro. Inter⁸ promontoria c m.
 intersunt : latitudo peninsulæ a Tarento Brundisium
 10 itinere xxxv⁹ m. pass. patet, multoque brevius a
 Sasina. Oppida per continentem a Tarento, Varia¹⁰,

1. CCL M. sinu. Tot millia
 m, inquit, hic sinus ambitu
 ; et id quidem a vero haud
 n abest. ED.

2. Laconum. Florus, lib. I, cap.
 36, Tarentum vocat se-
 cam ex Lacedæmoniis con-
 us civitatem. Dionys. quo-
 erieg. vers. 377; Scymnus,
 ; Hesychius, verbo Τάρων,
 dæmoniis conditum Taren-
 odunt. Hodie Taranto. H.

3. best. Subintellige, Tarentinus
 HARD. — Quid sibi velint
 rba minime liquet : nam a
 o promontorio distare Ta-
 m sinum, qui ab eo incipit,
 cat? Fortasse cxxxvi m. pass.
 nio distare remotissimum
 sinus anfractum Noster si-
 re voluit, qui quidem non
 sed cxvii m. pass. recto cur-
 x terreno itinere a Lacinio
 ED.

4. Calabriam. Quæ nunc Terra
 to, ab Hydrante oppido ap-
 . HARD.

5. Græci. Strab. lib. V, p. 277. H.

6. Peucetia, etc. Sic etiam Dion.
 Halic. Antiq. Rom. I, p. 9. HARD.
 — Elz. Peucetiam. ED.

7. OEnotri fratre... Inter promon-
 toria. Dalec. et Elz. OEnotri fratre.
 In Salentino agro inter promon-
 toria. ED.

8. Inter promontoria. Inter ea duo
 promontoria, quibus sinus Taren-
 tinus clauditur : Lacinium scilicet,
 et Acran Iapygian, de qua mox. H.
 — xx autem, non c m. pass. nume-
 randa videntur. ED.

9. XXXV M. pass. Sic ap. Chiff.
 Dalec. XXXVII. Elz. XXXII. Vera
 autem latitudo xl m. pass. esse vi-
 detur. Hanc Strabo, lib. VI, p. 282,
 itinere unius diei emensus est. Sasina
 autem portus hodie Porto Cesareo
 est auctore Mannerto : hic xxx
 tantum m. pass. est peninsulæ lati-
 tudo. ED.

10. Varia, cui nomen Apula. Ita
 libri omnes. Apud Antonin. Vania
 (lego Varia) a Tarento, m. p. lx.
 Varnam, ut quidem reor, Fronti-
 nus agrum hunc vocat, quem cum

2 cui cognomen Apulæ, Messapia¹¹, Aletium¹². In ora vero, Senum¹³, Callipolis, quæ nunc est Anxa, LXXV¹⁴ m. pass. a Tarento. Inde xxxii m. promontorium, quod Acran¹⁵ Iapygian vocant, quo longissime in maria excurrit Italia. Ab eo¹⁶ Basta oppidum, et Hydruntum¹⁷ decem¹⁸

Tarentino junxit, lib. de Colon. pag. cxi, pro *Varinum*: aut potius *Varium*, ut pag. 92. HARD. — Eadem est, ut opinor, quam Strabo, lib. VI, p. 282 et 283, vocat Οὐρίαν, inter Tarentum et Brundisium. Hodie, ut aiunt d'ANVILLE et Manertus, *Oria*. ED.

11. *Messapia*. Dalec. et Elz. *Cesapia*. Hodie *Mesagna*, inter Uriam et Brundisium. In Martyrologio, *Messana Apulica* nuncupatur, 18 april. HARD.

12. *Aletium*. Aletium hoc loco nulli MSS. codd. exhibent: omnes pro ea voce, *Sarmadium*. Atque huc forte spectat Armadillus, sive Sarmadillus ager, de quo Frontinus, lib. de Colon. p. 115. H. — Aletium, hodie *Santa Maria dell' Alizza* est, auctore d'ANVILLE. ED.

13. *In ora vero, Senum, etc.* Sic MSS. omnes, non ut hactenus editum, *Senonum*, perinde ac si a Gallia Senonibus, qui nulli umquam in hoc terrarum tractu fuerunt, condita Callipolis foret: quæ Græcos habuit auctores. Mela, lib. II, cap. 4: « Salentina littora, inquit, et urbs Graia Callipolis. » Ea nunc *Gallipoli* dicitur. In Museo P. CHAMILLART, nummus didrachmus argenteus virum in equo decurrentem exhibet: infra KAA. Ex parte altera, alium insidentem delphino: infra similiter KAA latere dextro, TAPAX: Tarenti conditor et dominus;

quem et Καλλιπολίται ad oram sinus Tarentini positi colunt. Ad equitis dextrum latus est littera A: sinistro N: Ἄνξα est ΚΑΛΛΙΠΟΛΙΤῶΝ. At Senum quoque oppidi nomen fuit. HARD. — Nullum in ora locum reperi, quo situm fuisse Senum dicere possimus; nisi forte idem sit oppidum Senum et Sasina portus, de quo supra. ED.

14. LXXV. Sic apud Chiffi. Dal. et Elz. LXII, quod malim ut vero multo vicinius, si tamen littoris ambitus sequaris. ED.

15. *Acra Iapygian*. Ἄκραν Ἰαπυγίαν ἢ καὶ Σαλεντίναν, inquit Ptolemæus, lib. III, cap. 1, promontorium Iapygium, sive Salentinum: nunc a vicino oppido, *capo di S. Maria di Leuca*. HARD.

16. *Ab eo Basta*. Proponebat Dalec. *Hasta*. Nunc *Vaste* oppidulum, inter *Castro* et *Otranto*. ED.

17. *Hydruntum, etc.* Ptolemæo, loc. cit. Ἰδρυόν. Nunc *Otranto*. H.

18. *Decem ac novem*. Ait Bastan oppidum, Hydruntumque ei proximum, distare ab Acra Iapygia, xix m. P. HARD. — Ita libri omnes. At locum hunc Martianus perperam interpretatus, lib. V, p. 209, quod esset angustiarum ejusce freti, qua Ionium mare in Adriaticum irrupit, intervallum, signari a Plinio credidit: « Hydruntum urbem, inquit, ubi superum inferumque mare decem et novem millibus dispa-

in m. passuum, ad discrimen¹⁹ Ionii et Adriatici qua in Græciam brevissimus transitus, ex adverso natum²⁰ oppidum : latitudine intercurrentis freti, viginta²¹ m. non amplius. Hoc intervallum pe-³ntinuare transitu pontibus jactis²² primum Pyrripi rex cogitavit²³ : post eum M. Varro, quum

ARD.— Male certe Martia- non multo felicior in ex- loco videtur mihi fuisse is, quum non XIX, sed XXX ab Acra Iapygia distet Hy- . Fortasse XIX m. pass. a stare Hydruntum Noster D.

discrimen. Ubi discrimina- m ab Adriatico mari. H. *olloniatum.* Ita MSS. Reg. 1, 2, 3, etc. Dalec. et Elz. *oppidi.* Vet. apud Dalec. *Apolloniæ oppidum.* Hoc rissimus transitus ab Hy- Apolloniatarum oppidum, adverso est. HARD. et ED. *inquaginta.* Centum repoa- rus : oblitus eundem Pli- 1 describendo Italiæ situ, cisse, cap. 6 : « Abest a cir- terris, Iстриa ac Liburnia, m locis centum millia pass. et Illyrico, quinquaginta. m superque constat, *centum* agnoscere non posse, quum *tantumdemve* scripturus Nec dubitare licet quin ad hanc Salentinorum Hy- m id ipsum pertineat : on alia Italiæ ora magis ina sit : atque hoc tempore Hydrunte, vel ab ipso po- sito Leucarum (ut ap- capite, ad oppositum Epiri

littus tot fere millia passuum com- putentur : in quibus angustiis pon- tes ipsos jacere Pyrrhum, Varro- nemque, cogitasse, credere par est. Ad hæc, Epiri Oricum ab Italiæ Salentino, LXXX tantum, aut etiam LXX pass. millibus discrevit Plinius, c. 26 libri hujus, qui brevissimum in Græciam transitum ab Hydrunte, non a Salentino, nunc esse testatur. Ex quo exploratum est ac certum, lectionem vulgatam, non modo vetustiorum codicum fide, verum etiam indubitato Plinii testimonio confir- matam, quibusvis aliis reclamanti- bus, esse custodiendam. Quam sigt enim erratis obnoxie Ptolemæi mensuræ, quam vitiosa Antonini et Strabonis editio, viri norunt eru- diti. HARD.

22. *Jactis.* Vet. apud Dalec. *jun- etis.* ED.

23. *Cogitavit.* Futili plane consi- lio : quod effectum dare nulla ars potuisset, ut recte demonstrat Fur- nerius noster, in Hydrogr. lib. II, cap. 18, pag. 59. Tamen angustias mare esse, quod Italiam a Græcia dirimit, quam hactenus creditum est, observavit D. DELISLE, in Com- mentariis Academiæ Regiæ Scientia- rum anni 1714, pag. 83; unde ibi concludit, saltem minus debere Pyrrhi regis consilium absurdum videri. HARD.

classibus Pompeii piratico bello præset. Utrumque aliæ impedivere²⁴ curæ. Ab Hydrunte, Soletum²⁵ desertum, dein Fratuertium : portus Tarentinus, statio²⁶ Miltopæ : Lupia²⁷ Balesium²⁸, Cœlium²⁹, Brundisium³⁰ L. M. passuum ab Hydrunte, in primis Italiæ portu nobile, ac velut certiore transitu, sic utique³¹ longiore, excipiente Illyrica urbe Dyrrachio ccxxv³² M. trajectu. Brundisio conter-

24. *Impedivere*. Sic apud Chiffli. Dalec. et Elz. *impediere*. Ed.

25. *Soletum*. Quæ et Salentia : unde Salentini populi, et Salentinus ager, et promontorium Salentinum. Nummi in thesauro Goltzii, ΣΑΛΑΝΤΙΝΩΝ. Nunc quoque *Solito*, supra Hydruntum. HARD. — Fratuertium omnino ignoratur, nisi sit *Francone Castro*, in via quæ Lupiis Hydruntum ducit. Ed.

26. *Statio Miltopæ*. Scio in libris vulgatis legi, *Statio militum Lupia*. At MSS. omnes, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, 3, Paris. *Statio Miltopæ, Lupia* : ut proprium sit stationis navium nomen *Miltopæ*, sequaturque deinde seorsim *Lupia*, utrumque in ora positum, quæ nunc lustratur a Plinio. Sic Virgilius de Tenedo, *Statio malefida carinis*. Sic Plinius ipse in fine libri hujus : « Salonis piratica statione nota. » H. — Nihil autem in hæc paludoso littore, quod contra *Leccæ* reperitur, locum ubi fuerit hæc statio indicare videtur. Ed.

27. *Lupia*. Chiffli. *Sessupia*. Acunia : Ptolemæo, inter Hydruntum et Brundisium. Nunc *Leccæ*. Gruter. pag. 374, COL. LUPIENSIVM. Apud Frontin. lib. de Colon. pag. 111, Lyppiensis ager. HARD. et Ed.

28. *Balesium*. Oppidum in ora positum, uti et reliqua quæ modo

recensentur. Mela, lib. II, cap. 4 : « In Calabria, Brundisium, Valetium, Lupiæ, Hydrus. » HARD. — Hodie *Torre S. Gennaro*, ut vult Mannertus. Ed.

29. *Cœlium*. Frontino, lib. de Colon. pag. 111, Cœlinus ager in Calabria. Hinc Cœlii appellati, qui a Gargano monte ad Brundisium coluere, inquit Cato, in Excerptis Orig. pag. 136. HARD. — Hoc oppidum hodie esse vicum *Cavallo* ad promontorium ejusdem nominis, juxta Brundisium, ait Mannertus, cui minime assentiri possum, quum intus, quatuor a mari leucis, reperiat vicus *Cellino*, qui ob nominis similitudinem mihi haud dubie Cœlii locum tenere videtur. Ed.

30. *Brundisium*. Ita MSS. Alii Brundusium dicunt. Incolis *Brindisi*. De ejus portu Strabo, lib. VI, pag. 282. HARD.

31. *Sic utique*. Dalecamp. et Elz. *sicuti*. Proponebat Dalec. *sed utique*. Ed.

32. *CCXXV M. trajectu*. Ita MSS. omnes, Reg. 1, 2, Colbert. 1, 2, 3, Paris. Chifflet. non, ut in editis, ccxx. Subscribit Strabo, lib. II, pag. 283, stadia mccc Brundisium a Dyrrachio abesse testatus. H. — Vitiosæ haud dubio sunt omnes istæ lectiones ; nam non amplius

minus Pedicularum³³ ager. IX adolescentes, totidemque virgines ab Illyriis, tredecim populos genuere. Pedicularum oppida, Rudia³⁴, Egnatia³⁵, Barium³⁶. Amnes³⁷; Iapyx a Dædali filio rege, a quo et Iapygia: Pactius³⁸, Aufidus³⁹, ex Hirpinis⁴⁰ montibus Canusium præfluens.

Hinc Apulia¹ Dauniorum cognomine, a duce² Diome-

C. M. pass. est intervallum: quis vero credat tantum in tam noto trajectu erravisse Plinium? ED.

33. *Pedicularum*. Πείδικαλοι appellantur a Strabone, qui eos etiam Pucetios vocari ait, lib. V, p. 277 et 282. Partem ii maximam tenere Bariensis agri, *Terra di Bari*. Horum oppida non in ora modo, sed et in mediterraneo posita carptim a Plinio perstringuntur. H. et ED.

34. *Rudia*. Dalec. et Elz. *Rhudia*. Mela, lib. II, c. 4. Post: «Barium, Egnatia, et Ennio cive nobiles Rudia.» Strabo, lib. VI, pag. 282: ἐν δὲ τῇ μεσογείᾳ βωδαῖοι. Ptolemæus, lib. III, cap. 1, in Salentinorum mediterraneis, βωδαῖα. HARD. — Stephano *Rhoda*. Illam mendose *Carouigna* pro *Carovigni* hodie nominari Harduinus ait: Mannertus vero eam *Ruvo* esse contendit, quæ urbs mihi septemtrionalior esse videtur, quam ut Rudiarum infra Barium sitarum, ut apparet ex Plinio, locum teneat. Harduino ergo libenter assentimur. ED.

35. *Egnatia*. Sic Anton. Itiner. Straboni quoque loc. citat. Ἐγνατία πόλις. Horat. Sat. 5, lib. I, *Gnatia*. Ignatium agrum Frontinus vocat, loc. citat. et cum Rodino jungit. Nunc *Torre d'Egnasia*, inter Brundisium Bariumque. HARD.

36. *Barium*. Dalec. et Elz. *Bariion*. ED.

37. *Amnes: Iapyx a Dædali filio rege*. Hæc sincera codicum proxime laudatorum scriptura est, quam sic vitiose interpolant: *Barion*, ante *Iapyx*: ut Barii oppidi cognomen Iapyx esse putaretur. HARD. — Haud facile autem dictum est qui sint nunc isti amnes, quum exigui tantum rivuli, quorum nomina ignorantur, hodie reperiantur inter urbem *Brindisi* et flumen *Ofanto*. ED.

38. *Pactius*. Dalec. et Elz. *Amnes*, *Pactius*, etc. Hodie *Canale di Terzo*, ut vult Mannertus. ED.

39. *Aufidus*. Unde Horatius, «Longe sonantem natus ad Aufidum,» de se ipse prædicat, lib. VI, ode 9. Nunc *Ofanto*: Capitanatam, ut vocant, a Bariensi agro disternat. HARD.

40. *Ex Hirpinis*. A gente indigena nomen accepit hæc Apennini portio, prope Compsam. HARD.

1. *Hinc Apulia*. Quæ nunc *Capitanata* nuncupatur. HARD.

2. *A duce*. Dauno. Festus: «Daunia Apulia appellatur a Dauno Illyricæ gentis claro viro, qui propter domesticam seditionem excedens patria occupavit.» Tzetzes in Lycophr. pag. 60, ait eum imperitasse Dauniis, quum Diomedes in Italiam appulit: hunc Dauno adversus hostes tulisse suppetias: filiam Dauno fuisse Euhippam nomine, etc. HARD.

dis socero. In qua oppidum Salapia³, Hannibalis meretricio amore inclytum : Sipontum⁴, Uria⁵ : amnis⁶ Cerbalus, Dauniorum finis : portus Agasus⁷, promontorium⁸ montis Gargani, a Salentino sive Iapygio CCXXXIV⁹ m. pass. ambitu¹⁰ Gargani : portus Garnæ¹¹, lacus Panta-

3. *Salapia*. Rudera nomen servant, *Salpi*. Ptolem. lib. III, cap. 1, in Apulia Dauniæ ora littorali, Σαλπία. De Hannibale, quod modo narratur, vide Appian. in Hannibal. pag. 338. HARD.

4. *Sipontum*. Σιποῦς Ptolem. loc. citat. et Strab. lib. VI, pag. 184. Hodie vicus *S. Maria di Siponto* dictus. At ex ejus ruinis crevit *Manfredonia*, quod Sipontum novum merito dixeris, haud procul Gargano monte. HARD.

5. *Uria*. Huc pertinet, opinor, Uritanus ager, quem cum Rubustino, et Genusino, de quibus mox, Frontinus copulat, lib. de Colon. p. 111. Ptolem. lib. III, cap. 1, Ὑρίων in ora sinus Adriatici, Apuliæ Dauniæ pariter adjudicat. HARD. — *Uria* hodie *Manfredonia* est, si audiatur D'ANVILLE, et *Urias* sinus, *Golfo di Manfredonia*. ED.

6. *Cerbalus*. Hunc *Candelaro*, esse vult Harduinus; ego tamen vicinum isti *Cervaro* flumen, *Cerbalus* similis nomine libentius credam. ED.

7. *Portus Agasus*. Nunc *Porto Greco*. HARD.

8. *Promontorium montis Gargani*. Hic mons etiam nunc *Gargano* dictus, provinciæ, cujus maximam partem tegit, nomen suum imperit; in australi tamen parte reperitur mons hodie *S. Angelo* dictus, cui oppidum cognomen imponitur.

Promontorium hic a nostro memoratum hodie esse *Panta Saracina*, septentrionem versus, putat Mannertus. ED.

9. CCXXXIV. Elz. CCXXXIII. Utrumque a vero non multum abest. ED.

10. *Ambitu Gargani*. Gargano monte circuito, qui oram hanc universam ambit. HARD.

11. *Garnæ*. Ex περιπέλου, seu circumnavigationis ordine, apparet esse oppidum *Rodi*, ut recte Holstenius conjecit, pag. 269. HARD. — Mannertus hanc urbem, cujus nomen, ut putat, a librariis corruptum est, eandem fuisse æstimat ac Strabonis Οὔριον, Ptolemæique Ὑρίων, et portum ejus lacum fuisse mari conjunctum, cui hodie nomen *Lago di Varano*; oppidumque hic situm fuisse, ubi etiam nunc turris cernitur *Torre di Varano* vocata haud longe a vico *Rodiab* Harduino memorato. A Mannerto autem dissentit D'ANVILLE, qui has urbes diversas facit; quam opinionem confirmare videtur Noster, qui modo Hyrinus nominat, qui certe Ptolemæi Strabonisque Ὑρίων, sive Οὔριον incoluerunt. Mihi autem lacus hodie *Varano* dictus portus fuisse videtur oppidi *Garnarum*, quod inter hunc lacum et mare situm fuit, sive ubi est *Torre di Varano*, sive ubi vicus *Rodi*, duorum vix m. passuum intervallo a lacu separatus, et

Flumen portuosum Frento¹³, Teanum¹⁴ Apulorum. que Larinatum¹⁵ Cliternia : Tifernus¹⁶ amnis. Inde¹⁷ Frentana. Ita Apulorum genera tria¹⁸ : Teani¹⁹, duce 5 aiiis : Lucani, subacti a Calchante, quæ loca nunc it Atinates. Dauniorum præter supra dicta coloniæ, ria²⁰, Venusia²¹. Oppida : Canusium²², Arpi²³, alido²⁴ Argos Hippium Diomede condente, mox Argy-

amni, nostrique Hyrium oppidi ai, ut infra dicemus, locum se. ED.

Locus Pantanus. Nunc *Lago ina*, a vicino oppido. HARD. *Frento.* Nunc *Fortora.* HARD. *Teanum.* Ad discrimen Teanum Sidicinorum, de quibus cap. ili isti cognominati sunt. Locus non, ut Harduinus ait, e dicitur, sed *Chiatî Pecchio*, longe a ripa Frentonis amnis, pitanata. Frequens mentio tensis episcopi in actis Bene- ius Ecclesiæ, cui ille suberat. lsten. pag. 279. ED.

Larinatum Cliternia. Dalec. et *Larinum, Aliternia.* Ut Apu- rinat, inquit, oppidum in ora fuit : rinatum in mediterraneo qui- arinum, ut dicitur inferius : Cliternia; quæ etiam nunc *Cliternia* dicitur, duobus a fluminis *Biferno* ostio. et ED.

Tifernus. Permutatis litteris Ptolem. lib. III, cap. Φίτρανος, ίφτρανος. HARD. — Hodie *Bi-* ED.

Inde. A Tiferno amne, ut di- ap. seq. HARD.

Genera tria. Dauni, Teani, i. HARD.

Teani, duce. Elz. *Teani a duce*

e Graiis. Vet. apud Dalec. *Teani a duce, Gaces*, etc. ED. — Teanum hunc esse appellatum innuit. Teates Apuli et ex Apulia Teanenses, ap. Liv. lib. IX, c. 20. Calchantem in his oris aliquando concessisse, etiam ex Strabone colligimus, lib. VI, pag. 284. HARD.

20. *Luceria.* Hanc quoque Luceriam appellat Livius, lib. IX, c. 2 et 12; Λουκερίαν Strabo, lib. VI, p. 284; Νουκερίαν Ἀπουλῶν Ptolem. lib. III, cap. 1. Nunc *Lucera*, in Capitanata. HARD.

21. *Venusia.* Horatii vatis natalibus clara. Nunc *Venosa*, in Basilicata : aliquot ultra Aufidum amnem millibus. Horatius, libro II, Sat. 1, vers. 34 : « sequor hunc Lucanus an Appulus, anceps : Nam Venusinus erat finem sub utrumque colonus Missus ad hoc, pulsus (vetus est ut fama) Sabellis. » HARD.

22. *Canusium.* Κανούσιαν Ptolem. lib. III, cap. 1, in Apulia Dauniorum, nunc *Canosa*, ad amnem Aufidum. HARD.

23. *Arpi.* Sic quoque Livio, lib. IX, cap. 3. Jacet in ruinis, retento tamen nomine *Arpi*, in Capitanata, juxta amnem *Candelaro*. HARD.

24. *Aliquando Argos*, etc. Hæc totidem verbis Strabo, lib. VI, pag. 283. HARD.

rippa dictum. Diomedes ibi delevit gentes Monadorum, Dardorumque, et urbes duas, quæ in proverbii²⁵ ludicrum vertere²⁶, Apinam et Tricam.

- 6 Cætero¹ intus in secunda regione, Hirpinorum colonia² una Beneventum, auspicatius mutato nomine, quæ quondam appellata Maleventum³: Æculani⁴, Aquiloni⁵, Abellinates⁶ cognomine Protropi, Compsani⁷, Caudini⁸:

25. In proverbii. Erasmus, Chil. 1, Cent. 2, adag. 43: « Tricæ, Apinæ. Tricas et Apinas, vulgo res futiles et nugatorias dicebant, etc.» Martialis, lib. I, Epigram. 114: « Quæcumque lusi juvenis, et puer quondam, Apinasque nostras, quas nec ipse jam novi, etc.» HARD.

26. Vertere. Alii, venere. HARD.

1. Cætero. Dalecamp. et Elzev. cætera. ED.

2. Colonia una Beneventum. Dal. colonia: una Beneventum. Elz. colonia una, Beneventum. ED.

3. Maleventum. Ita Livius, lib. IX, cap. 27, et Stephan. pag. 158. In Hirpinis, quorum hodie regio Principatus ulterior appellatur, Benevento. Colonix Beneventanæ mentio apud Frontin. lib. de Colon. pag. 84 et 122. HARD.

4. Æculani. Hard. Auseculani ex Frontino, qui pag. 110, Ausculini agri meminit; sed Ptolemæus, lib. I, cap. 3, Αἰκυλιῶνον, Aculanum, inter Irpinorum, ut eos vocat, mediterraneas civitates nominat et Anton. Itiner. bis Æclanum citat, xxv m. pass. a Benevento in via quæ per Aufideni pontem Venusiam ducit; hic ergo certe Æclani, aut, ut in libris omnibus, præter Harduinum, Æculani, legendum est. Frontinus autem, pag. 91 et 110,

Æclanensem, sive Æclanensem agrum, in Apulia, non in Hirpinis nominat; unde Æculanos inferius post Viscellanos, inter Apuliæ gentes, reposuit Harduinus, parum feliciter, ut mihi videtur, quum Itinerarii Ptolemæique auctoritas Frontino haud dubie anteponenda sit. Æclanum autem, si Mannerto credimus, quem in opinione nostra ducem habemus, non longe a Mirabella situm fuit, austrum inter et orientem. ED.

5. Aquiloni. Ab Aquilonia, de qua Livius, lib. X, cap. 38, 39, 41 et 44. Ptolemæo, lib. III, cap. 1, mediterraneis Hirpinorum, Ακυλιώνια, cum Abellino. Nunc est la Cedogna, in Principatu ulteriore, ut ex Itinerariis liquido conficitur. HARD.

6. Abellinates. Chiff. Apellinates, Αβελλινεῖν in Hirpinis, prope Aquiloniam, apud Ptolem. loc. cit. HARD. — Hodie Avellino. ED.

7. Compsani. Nunc Conza, in eodem principatu, Ptolemæo, loc. citat. In Lucanis, quibus Hirpini confines fuere. HARD.

8. Caudini. Caudium oppidum, et Furcæ Caudinæ, ubi interceptus rom. exercitus, consules a Samnitibus sub jugum missi. Vide Liv. lib. IX, cap. 2, et Florum, lib. I, cap. 16. Caudinum oppidum Be-

res⁹, qui cognominantur Corneliani, et qui¹⁰ Bebiani : Cellani. Æculani¹¹, Aletrini, Abellinates cognominati¹² si¹³, Atrani¹⁴, Æcani, Alfellani¹⁵, Attinates, Arpani¹⁶,

itane colonie cum suo territorio adjudicatum scribit Frontinus, lib. de Colon. pag. 84. HARD. — Et adhuc cladis istius memoria pro, qui etiam nunc dicitur is. BROU.

Ligures. Hinc apud Frontinus, lib. de Colon. p. 125 : « Ager is Vevidanus, et Cornelianus, ductus triumvirali lege. H. os docet Livius, lib. XL, cap. consulibus P. Cornelio et M. quadraginta millia Apuano-Ligurum cum feminis pueris ut finem Ligustino bello facerent in agrum publicum populi ni in Samnitibus, qui Taurasium fuerat, transducta fuisse. Corneliani et Bebiani dicti Taurasium autem quod præter Taurasinorum sedes fuerat, pagus Taurasia est, haud longum a Mirabella, austrum inter et orsolis. ED.

Qui. Hæc vox in vet. apud c. deest. ED.

Æculani. Hi deinceps qui elementorum serie instituta sentur, Apulie sunt contributi, et Harduinus, non Hirpinis; ani autem isti, si tamen hoc nomen pro Dalec. et Elz. *Deculanis*, iendum sit, ut vult Harduinus, Æculanis supradictis, n. 4, sunt confundendi; sed ad hos referbit Frontini *Ager Æclanensis* Apulia, de quo supra. Eorum autem situs, nisi ad illos referbit sit urbs quam d'ANVILLE *urbs Apulum* vocat, hodie *Ascoli*

di Satriano, haud longe a fluvio *Carapella*. ED.

12. *Cognominati.* Elzev. *cognomine*. ED.

13. *Marsi.* Oppido nomen Abellinum, Marsicum cognomine, ut ab altero, quod in Hirpinis fuit, distingueretur: oppidum nunc episcopale, in confinio Basilicate et Principatus citerioris: *Marsico vetere*. Frontino, lib. de Colon. p. 106, *Marsus municipium*: Balbo item, pag. 318. HARD.

14. *Atrani, Æcani.* De Atrani nihil reperi: corruptum etiam nomen interrupta elementorum series indicat. Æcanorum oppidum Æcæ, Æthico, p. 16: nunc *Troja*, in Capitanata. De hoc oppido vide Holsten. pag. 19. Gruter. pag. 444, REIP. ÆCANORVM. ED.

15. *Alfellani, Attinates.* Forte *Affilani*, ab Affile oppido, de quo Frontinus, lib. de Colon. p. 38, cuiusque situs ignoratur. Attinatibus oppidum fuit Atinum, hodie *Diano*, auctore Mannerto, qui et *Atinatem campum* de quo supra Noster, lib. II, cap. 106, *Vallone di Diano* vocat. ED.

16. *Arpani*, etc. Ap. Frontinum, Arpanus ager, et Conlatinus, in Prov. Apulia, pag. 91. Ab Arpis oppido, de quo supra. Vetus Pignorii nummus apud Holsten. p. 280, APULIANON. HARD. — Collatia haud longe a Roma, ad flumen Anienem, hodie *Teverone*, sita fuisse videtur. Borcani et Corinenses omnino ignorantur. ED.

Borcani, Collatini, Corinenses, et nobiles clade romana Cannenses¹⁷, Dirini, Forentani¹⁸, Genusini¹⁹, Herdonienses²⁰, Hyrini²¹, Larinates, cognomine Frentani²², Merinates²³, ex Gargano : Mateolani, Netini²⁴, Ru-

17. *Cannenses*, etc. Cannæ æternum imperii vulnus : rudera modo, *Cânne*, ad ripam Aufidi amnis, quem Romanorum cæde aiunt ibi decolorem factum. Livius, lib. XXII, cap. 44. HARD. — Dirini ignorantur. ED.

18. *Forentani*. Oppidum illis Forentum fuit, ut patet ex Livio, qui lib. IX, cap. 20 : « Apulia perdomita (nam Forento quoque valido oppido Junius potitus erat) ». Idem Livius istorum Forentanorum meminit cap. 16 ejusdem libri, ut in nostra editione monuimus, not. 2, quam confer. Forentum autem nunc *Forensa* vocatur in Basilicata, supra Acherontiam, quæ *Cirensa* dicitur. HARD.

19. *Genusini*. In provincia Calabria Genusinus ager, apud Front. lib. de Colon. pag. III. HARD. — Etiam nunc vicus *Ginosa*, haud longe a flumina *Brandano*, orientem versus, auctore Mannerto. ED.

20. *Herdonienses*. Ἐρδωνία Ptolemæo, lib. III, cap. 1, in Apulis Dauniis. Erdonias habet Antoninus prope Canusium, M. P. XXVI. Ardonam Frontinus, in Apulia, p. 110. Et nunc *Ordonia* dicitur, ad fluvium *Carapella*, qui in Cerbalum, *Cervaro*, influit. HARD.

21. *Hyrini*. Vide quid de illis modo supra diximus, nota 51, ubi Hyrium hodie esse *Peschici* demonstravimus. ED.

22. *Frentani*. A Frentone amne,

a quo non longe habitabant, Tiferno tamen adhuc viciniore : unde et urbe primaria Frentanorum Larinum dicitur ap. Caton. in Excerpt. Orig. pag. 136. Nunc *Larino*, in Comitatu Mollisii, confinioque Capitanatæ. HARD. et ED.

23. *Merinates*. Ad extremum Gargani montis promontorium civitas episcopalis sita est, vulgo *Viesti* dicta. Crevit ea ex ruinis oppidi Merini, episcopali dignitate olim quoque clari, et cujus rudera etiam nunc *S. Maria di Merino* vocantur. Ita fere Holsten. pag. 278. Præpostera interpunctio, non Merinates, sed Mateolanos Gargano in libris ante nos editis affigebat; nempe Dalec. et Elz. qui *Merinates*, ex *Gargano Mateolani*, etc. legunt. De Mateolanis autem, sive Meteolanis, nihil reperi. HARD. et ED.

24. *Netini*. Chiffi. *Neratini*. Dal. et Elz. *Neritini*, *Matini*, *Rubustini*. Nerentinos, quos hic libri quidam addunt, expunximus, inquit Harduinus, quum inferius Salentinis, ut sane oportuit, reddantur. Matini, quos hic in Nerentinarum locum afferunt Dalec. et Elz. expungendi quoque videntur; quamvis *Matinos campos* non semel nominet Horatius, natali urbi, Venusiæ scilicet, conterminos, atque etiam *Matinum litus*, quod fortasse parvo lacui, ex quo exit flumen *Brandano* objacebat. Netinis oppidum fuit Netium, Νῆτιον Straboni lib. VI, p. 182, prope

ii²⁵, Silvini²⁶: Strabellini²⁷, Turmentini, Vibinates²⁸,
sini²⁹, Ulurtini. Calabrorum mediterranei: Ægetini³⁰,
estini³¹, Argentini, Butuntinenses³², Deciani, Grum-
ii³³, Norbanenses, Paltonenses³⁴, Sturnini³⁵, Tutini.

am, Herdoniamque, et hodie
ii Mannerto credimus: sed
p̄is mihi non occurrit nomen
ΣD.

Rubustini. Ita MSS. non Ro-
Et certe Rubustinus ager,
10, lib. de Colon. p. 111, a
rope Canusium Antonino,
que, lib. I. Satir. 5: «Inde
fessi pervenimus.» Nunc
n agro Bariensi. HARD.

Silvini. Ab oppido Apulorum
iorum, quod Strabo, lib.
3. 283, Σιλοῦϊον vocat: nunc
il *Gorgoglione*, teste Holsten.

2. pag. 178. HARD. — *Gara-*
teste Mannerto. Sed errare
iterque videtur, quum x m.

Garagnone, septemtrionem
, reperiatur vicus *Savigliano*,
Silvio successisse indicare
nominis similitudo. ED.

Strabellini. Elzev. *Strapellini*,
ectionem sequi videtur d'AN-
qui eorum urbem Strabellum
Rapolla vocari ait. *Turmenti-*
ino ignorantur. ED.

Vibinates. Vet. apud Dalec.
ates. Sic veteres Inscription.
nio teste. Nunc oppidum
dicitur, in Capitanata, inter
1 et Herdonam, in Samnii
eque confinio. Polybius Ἰβί-
cat. HARD. et ED.

Venusini. A Venusia superius
a. HARD. — Mactini igno-
ED.

Ægetini. Elz. *Ægitini*. *Æge-*

tium medio itinere inter Butuntum
et Ægnatiam ponendum videtur
haud longe a vico *Noia*. ED.

31. *Apamestini*. Hæc vox in vet.
apud Dalec. deletur. Ex Ἀπαιμέσται
Ptolem. lib. III, cap. 1, Hermolaus,
et Pelicerius in notis MSS. *Apene-*
stini reponunt. At est illud oppidum
et in Apulia Daunia prope Garga-
num montem, et in ora positum:
hic Plinius Calabrorum oppida per-
sequitur, et ea quidem quæ sint a
mari longiuscule semota. Fatendum
est igitur istius populi ignorari se-
des. Item de Argentinis. ED.

32. *Butuntinenses*. In Tab. Pent.
Butunti. Frontino, lib. de Colon.
pag. 111, Botontinus ager, in Ca-
labria. HARD. — Eorum oppidum
Butuntus, sive Butuntum, hodie
Bitonto vocatur, sex leucis a Bari et
ab Adriatico mari tribus. Deciani
ignorantur. ED.

33. *Grumbestini*. Ita plane ordo
litterarum exigit: non *Brumbestini*.
HARD. — Ignorantur, et cum eis
insequentes. ED.

34. *Paltonenses*. Dalec. et Els.
Palionenses. Hi omnes ignoran-
tur. ED.

35. *Sturnini*, *Tutini*. Aberrant a
vero qui Sturninos ibi fuisse arbi-
trantur, ubi nunc *Sternaccio* oppi-
dulum Hydruntini agri, haud pro-
cul Hydrunte: in eam scilicet ad-
ducti hæresium, affinitate quadam
ac similitudine nominis. Verum id
oppidum, ut planissime vel ex

Salentinorum³⁶ : Aletini³⁷, Basterbini³⁸, Neretini³⁹, Valentini⁴⁰, Veretini⁴¹.

XVII. (XII.) Sequitur quarta gentium vel fortis-

ipsis tabulis constat, quum Salentinorum ditionis fuerit, quorum oppida populique suo mox ordine digeruntur, in Calabrorum oppidis, quæ nunc Plinius percurrit, locum habere non potest. Nec felicius in conjiendo Pelicerius in notis MSS. qui pro Tutinis, Tuticanos reponi putat oportere, ab Equo Tutico, quod non procul Benevento fuit: haud exigua terrarum intercapedine, populorumque interjacentium frequentia, divisa a Benevento Calabria. HARD.— Maxime probanda autem videtur eruditi D'ANVILLE opinio, qui in mappa sua *Sturni* eo loco reposuit, ubi nunc est *Ostuni*, haud longe ab Adriatico mari, leucis XIV a Tarento. Tutini ignorantur. ED.

36. *Salentinorum*. Subintellige, mediterranei. Quorum primi Aletini. HARD.

37. *Aletini*. Chiffi. *Alentani*. Ab Aletio, quod Ἀλεῖον Salentinorum mediterraneum oppidum Ptolemæus appellat, lib. III, cap. I, ut ait Harduinus; non vero, ut affirmat idem, hodie *Lecce*, quam urbem Lupiarum locum occupare diximus, sed, ut ait D'ANVILLE, *Santa Maria dell'Alizza*, haud longe a Tarentino sinu. ED.

38. *Basterbini*. Non a Basta superius memorato oppido, id enim littorale fuit, sed ab obscuriore aliquo: a Βαστα fortassis, quod in Salentinorum oppidis mediterraneis Ptolemæus recenset loc. cit.

HARD.— Et quod fortasse hodie vicus est *Veste*, haud longe a *Castro*, occidentem versus; quam quidem opinionem sequi videtur Mannerus. ED.

39. *Neretini*. Νήριον Ptolem. in mediterraneis Salentinorum oppidis: hodie *Nardo*. HARD.

40. *Valentini*. Sic in libris omnibus ante Harduinum vulgatis, atque etiam in vet. apud Dalec. *Valtini* legitur: at MSS. R. I, 2, Colb. I, 2, 3, etc. *Vlentini* dant; Ptolemæusque lib. III, cap. I, in Salentinorum mediterraneo, haud procul Acra Iapygia, oppidum Οὐξένρον locat: unde Harduinus indubitata, ut ait, conjectura, *Uzentini* se restituisse dicit; quod tamen verbum in notis tantum ejus reperitur, nam in ipso opere, typographorum fortasse errore, *Valentini* remansit; in cuius locum *Uzentini* ex Harduini ipsius auctoritate restituendum putabamus, quum nos morata est Mannerti opinio, qui Plinii Valentinos incolas fuisse putat Balesii oppidi supra memorati, quodque, ut diximus, a Mela *Valetium*, et in itineraio Hierosolymitano *Valentia* vocatur. *Valentini* ergo servavimus, fatentes tamen fortasse *Uzentini* legendum esse; cuius quidem populi oppidum Οὐξένρον, ut modo retulimus, Ptolemæo vocatum, hodie *Ogento* vocatur. ED.

41. *Veretini*. Nunc *S. Verato*, ab oppido Ουέρετρον, apud Ptolemæum loc. cit. ED.

um' Italiæ. In ora, Frentanorum², a Tiferno : fluvium³ portuosum. Oppida : Histonium⁴, Buca⁵, ia : Aternus⁶ amnis. Intus Anxani cognomine⁷ Frentanorum⁸ supernates, et infernates, Lanuenses : ucinorum⁹ Teatini¹⁰ : Pelignorum Corfinienses¹¹,

I. I. *Fortissimarum*. Multis ad Romanos fortitudo est ex bellis, quæ quidem Florus, lib. I, et Strabo, lib. V, 41. HARD.

Frentanorum. Vet. apud Dalec. *norum*. ED. — Subintellige, quæ a Tiferno amne ad Ater- orrigitur. Nunc *Abruzzo* ci- vocant. HARD.

Vinium. Nunc *Trigno*. HARD. *Histonium*. In Thes. Goltzii, IPES HISTONIENSIS. Ἰζόντιον 1. in Frentanis, lib. III, cap. 1. apud Frontin. pag. 109, *Istonia*, in Samnio. At apud pag. 332, HISTONIENSIS, nunc *Fasto di Ammone* dici- HARD.

Buca, Ortona. Ὀρτων, καὶ Βούκα ni, lib. V, pag. 242. Frenta- quoque oppida : et Ὀρτων n ἐπίπετον navale : nunc *Or-* : *mare*, inter omnes Sagrum rnum. Bucæ et Mela memi- o. II, cap. 4. HARD. — Illam hodie esse ait d'ANVILLE, confirmat Mannertus, qui : ex Ptolemæo et Strabone, itatis, demonstrat hic urbium m turbari a Plinio, cui ante ium nominanda fuisset Bu-

Aternus. Ἄτερνος Straboni loco Nunc *Pescara*. HARD.

Cognomine. Ut ab Anxa, quæ

Callipolis in Salentinis, eo cogno- mine discriminentur. Oppidum An- xanum, Ἄγξανον Ptolem. lib. III, c. 1, in Frentanis. HARD. — Hodie *Lanciano vecchio*, juxta inclytam urbem *Lanciano*, septemtrionem versus ; haud procul ostiis amnis Sagri, quem nunc *Sangro* incolæ vocant. ED.

8. *Carentini*. In MSS. *Carelini*. Ptolemæus, lib. III, cap. 1, Καρχη- νούς, Caracenos, locat inter Frenta- nos et Samnitas. H. — Carentino- rum Supernatum oppidum loco dicto *Civita Burella* situm fuisse ait d'ANVILLE, et Infernatum ubi hodie reperitur *Civita del Conte*. Lanuen- ses omnino ignorantur. ED.

9. *Marrucinatorum*. Vet. apud Dal. *Murcinorum*. ED.

10. *Teatini*. Τεατία Μαῦρρουκίων μισόγειος, Ptolemæo, loc. cit. Fron- tino, pag. 108, *Teate*, qui *Aternus*, quoniam haud procul ab eo amne situs erat : nunc *Chieti*. ED.

11. *Corfinienses*. Κορφίνιον, πόλις Πελιγνῶν μισόγειος, Ptolem. loc. cit. nunc *Pentinia* vicus in Abrutio cite- riore. Ager Corfinius Frontino, lib. de Colon. pag. 104. Vulgo *Campi de S. Perino* : Pelignus, nunc *Valva* dicitur ; et episcopus Sulmonensis, quum subjectum habeat agrum in- tegrum Pelignorum, propterea *Val- vensis* episcopus vulgo appellatur. HARD.

Superequani¹², Sulmonenses¹³: Marsorum¹⁴ Anxantini¹⁵,
Atinates¹⁶, Fucentes¹⁷, Lucenses¹⁸, Maruvii¹⁹: Albensium²⁰
Alba ad Fucinum lacum: Æquiculanorum²¹, Cliternini, Car-

12. *Superequani*. Dalec. et Elz. *Superæquani*. ED. — Front. p. 170, Superequum: et Balbo, pag. 318, Colonia Superæquana. Nunc *Castel Vecchio Subequo*, haud procul Aterno amne, ut recte Holsten. in Ital. pag. 144. HARD.

13. *Sulmonenses*. Oppidum Pelignorum Σουλμών, Sulmo, Ptolem. loc. cit. Frontino, p. 109, Solmona: hodie *Sulmona*. Tertio loco a Plinio nominatur, quoniam in appellandis oppidorum nominibus servat elementorum ordinem. Ovidius patriam hanc suam esse gloriatur, lib. IV Trist. eleg. x, v. 4 et 5: «Sulmo mihi patria est, gelidis uberrimus undis, Millia qui novies distat ab urbe decem.» Alibi idem Ovidius: «Pars me Sulmo tenet Peligni tertia ruris: Parva, sed irriguis ora salubris aquis.» HARD.

14. *Marsorum*. Juxta lacum Fucinum, hodie *lago di Celano*; nomen servat adhuc regiuncula, *Ducato di Marsi*, gentis Columnæ. HARD. et ED.

15. *Anxantini*. In MSS. *Anxatini*. Chiffi. *Anaxatini*. Non illis, ut vult Harduinus, sed Atinatibus, ut D'ANVILLE et Mannertus aiunt, tribuenda videtur civitas, hodie *Civita d'Antino* dicta, in valle *di Roveto* posita, inter Fucinum lacum et Lirim flumen. Anxantini autem, si Mannerto credimus, ad veterem Liris fluminis alveum requirendi sunt. ED.

16. *Atinates*. Atinatem agrum locat in Samnio Livius, lib. X, cap.

39, quum Samnites scilicet rerum potirentur. HARD.

17. *Fucentes*. Male vet. apud Dalec. *Socentes*, nam certe a Fucino lacu hi nomen habuerunt, aut ab eis lacus. ED.

18. *Lucenses*. Dalec. et Elz. *Lucentes*, a *Luco* oppido, quod Fucino lacui objacet, occasum inter et austrum. De hoc luco seu nemore Virgilius, lib. VII, vers. 759: «Te nemus Angitis, vitrea te Fucinus unda, etc.» ED.

19. *Maruvii*. Elz. *Marruvii*. Μαρούβιον Straboni, lib. V, pag. 241. Hinc *Marrubia de gente sacerdos*, apud Virgil. lib. VII, vers. 750. Hæc præcipua Marsorum civitas videtur fuisse. Oppidi etiam nunc videntur rudera *Muria* vocata, ad orientalem Fucini ripam. ED.

20. *Albensium*. Oppidum Alba Fucentis dicta. Apud Gruter. pag. 404, ALB. FVC. Albensis ager, Frontino, lib. de Colon. pag. 102. Nunc *Albi*, Columnæ gentis. HARD.

21. *Æquiculanorum*. Αἰκιοῦκοι Ptolem. lib. III, cap. 1, quorum oppida ut Plinio, Κλίτερρον, et Καρσιόλοι. Hic *duris Æquicola glebis*, ut cecinit Maro, lib. VII, vs. 747. Cliterninæ, sic enim vocat Mela, lib. II, cap. 4, quis fuerit situs, incompertum. Carseolorum vestigia in valle Torana, seu Carseolana planitie, *Piano di Carsoli*, ubi oppidum Cellæ, vulgo *le Celle Carsoli*, monstrari ait Fabrettus, dissert. 2, de Aquæd. pag. 89, Holstenium secutus. HARD.

ni: Vestinorum²², Angulani, Pinnenses²³, Peltuinates²⁴, us junguntur Aufinates²⁵ Cismontani: Samnitium, Sabellos, et Græci Saunitas²⁶ dixere, colonia, Boviana²⁷ vetus, et alterum cognomine Undecumanorum²⁸. denates²⁹, Esernini³⁰, Fagifulani³¹, Ficolenses³², Sæ-

Vestinorum. Utramque Aterni ripam hi tenere, laud promptibus, in Abrutii ulterioris ico. Horum oppida duo, ex nis quatuor, Ἄγγολος et Πίννα Ptolem. Diodoro in Excerpt. 198. Nunc *Civita di Penna*, in io Ulteriore. Pinnam Vestivocat Vitruv. lib. VIII, cap. 20. — Angelos hodie *civita S.* o est, auctore Mannerto. ED. *Pinnenses.* Chifflet. *Pennien-*

Peltuinates. Apud Gruter. 443, PELTVINI; Balbo, p. 318, a *Peltinorum.* HARD. — Situs no ignoratur. ED.

Aufinates. Vulgo *Ofena* oppidi n est, in Abrutio ulteriore, ad un *Busceo*, haud procul oppido i, septemtrionem versus. Gaurum Aufiniensis Ecclesiæ epim laudat Simplicius Papa, ep. pennino monte horum ager ique clauditur: ideo Romanis ontani dicti: quoniam ultra editissima Vestinorum juga erentur. HARD. et ED.

Saunitas. Σαυίται Dionysio g. v. 375, et Scylaci, pag. 3; los vero vocitatos, quod proles orum essent, Cato est auctor (cerpt. Orig. pag. 137. HARD.

Bovianum. Chifflet. *Bovianium.* — Bobianus Samnii oppidum Frontin. pag. 109. Βούτανων

Ptolemæo, lib. III, cap. 1, in Samnitibus. Nunc *Bojano*, in comitatu Molisii. De Boviano vetere Livius, lib. XIX, cap. 28. HARD.

28. *Undecumanorum.* Ab undecima legione, ex qua eo milites coloni deducti. HARD.

29. *Aufidenates.* Oppidum Aufidena, Livio, lib. X, cap. 12. Nunc *Alfidena*, ad Sagrum amnem, in Abrutio citeriore. HARD.

30. *Esernini.* Straboni, lib. V, p. 250, Ἐσέρνια. Frontino, in Samnio, pag. 109, Esernia oppidum. At Ptolemæo Ἀλαρπία. Nunc *Isernia*, in comitatu Molisii. HARD.

31. *Fagifulani.* MSS. omnes, *Fagifugali*, quod dant vet. apud Dal. et Chifflet. omnino ignorantur. H. et ED.

32. *Ficolenses.* Unde Ficieniensis ager, Frontino, lib. de Colon. pag. 105, etsi is in Piceno locet. HARD. — Ficuleam, aut, ut alii legunt, Ficulneam a Tarquinio Prisco captam narrat, lib. I, cap. 38, Livius, qui etiam, lib. III, cap. 52, Ficulensem, sive Ficulnensem viam, quæ postea Nomentana vocata est, nominat. Hanc urbem Fidenis conterminam fuisse probat senatus decretum, quo jussus est Appius Claudius, teste Dionysio Halicarn. lib. V, pag. 308, querelas Fidentum et Ficulensium de agrorum terminis dirimere; sed certus igno-

pinates³³, Treventinates³⁴: Sabinorum, Amiternini³⁵, Curenses³⁶, Forum³⁷ Decii, Forum novum, Fidenates³⁸, Interamnates³⁹, Nursini⁴⁰, Nomentani⁴¹, Reatini⁴², Tre-

ratur urbis locus, quam tamen ubi hodie est fanum *S. Basile* nonnulli stetisse volunt. ED.

33. *Sæpinates*. Dalec. et Elz. *Sæpinates*. Σαίπινον in Samnitibus, Ptolem. lib. III, cap. 1; Frontino, lib. de Colon. pag. 88: «Sæpinum oppidum Colonia ab Imp. Nerone et Claudio est deducta.» Gruter. pag. 441. MUNICIPES SÆPINATES. Livio, lib. X, cap. 44 et 45, est Sæpinum, sive Sæpinum. Nunc *Supino*, quod *Sipiciano* vocat Mannertus, in Comitatu Molisii. HARD. et ED.

34. *Treventinates*. Vet. apud Dal. *Treventinates*. ED. — Frontino, p. 89, *Tereventum* oppidum. HARD.

35. *Amiternini*. Ἀμίτερνον Ptolemæus, lib. III, cap. 1, Vestinis attribuit. HARD. — Quod unam hanc urbem Sabini trans Apenninum possiderent. Illam hodie *S. Vittorino* esse, v m. pass. ab *Aquila*, in feraci Aterni amnis valle testantur innumera templorum, turrium et theatri rudera. ED.

36. *Curenses*. Aliis dicti Cures: ex græco sermone, *Curites*: mox ore italico *Quirites*. Nunc est oppidum *Correse*, et Curensis fluvius in Tiberim defluens, in Terra Sabina: etsi aliter visum Cluverio. Vide Holsten. p. 107. HARD.

37. *Forum Decii*, *Forum novum*. Forum Decii idem oppidum esse, quod Peuting. Tab. *Forumecri* vocat, XII m. pass. ab Interocrio, hodie *Antrodoco*, putat Mannertus qui illud haud longe a vico *S. Croce*

situm fuisse opinatur. Forum novum, quod Peuting. Tab. *ad Novas* vocat, XVI m. pass. a Reate, meridiem versus, in *Salaria via*, XXX m. pass. ab Roma situm fuisse ait idem Mannertus, loco hodie *Osteria nova* dicto. ED. — Fori novi superest, exciso oppido, Episcopium Sabinese, *Vescovio*, in Terra Sabina. Ibi repertam inscriptionem testatur Holsten. in Ital. pag. 107, FORONOVARI. Grut. pag. 492; FORONOVANOR, et Frontino, pag. 104, FORONOVANUS ager. HARD.

38. *Fidenates*. Fidenæ Balbo, pag. 105, in Prov. Piceni. Diversi forte a Fidenatibus primæ regionis, de quibus cap. 9. Et sunt illæ Fidenæ tamen in Terra Sabina, v mill. pass. ab urbe Roma, ut diximus. H. — Nonnulla reperiuntur urbis hujus vestigia juxta *Giubileo*, aut potius, ut vult Mannertus, juxta villam *Serpentina* sive *Serpentana*, quæ paulo ad meridiem sita est. ED.

39. *Interamnates*. Interamne oppidum Frontino, pag. 86. HARD. — Diversa est hæc Interamna a duobus aliis cognominibus civitatibus, nempe ab Interamna Succasina, sive Liriniate, de qua supra, cap. 9 et ab Interamna Narte de qua infra, cap. 19; in Piceno, aut potius ex docti d'ANVILLE mappa in Præutiis sita fuisse videtur, hodieque, si Mannerto credimus, urbs *Teramo* est in colle sita, haud longe a confluentibus amnis *Viziole* et *Trontino* fluminis. ED.

qui cognominantur Mutuscæi⁴³, et qui Suffenates⁴⁴, s⁴⁵, Tarinates. In hoc situ ex Æquiculis⁴⁶ interiere⁴⁷, Tadiates, Cædici, Alfaterni. Gellianus auctor u Fucino haustum Marsorum oppidum Archippe⁴⁸, m a Marsya duce Lydorum : item Viticinorum⁴⁹ io deletum a Romanis, Valerianus. Sabini (ut qui- 3 xistimavere, a religione et deorum cultu Sevini i) Velinos⁵¹ accolunt lacus, roscidis⁵² collibus.

rini. Νουποία Ptolemæo, lib. III, cap. I. Et nunc Ducatu Spoletino. HARD.

ventani. A Nomentanis pri- onis diversi. HARD. — *bs* hodie *Mentana* est, au- merto, aut, ut vult d'AN- mentana. ED.

tini. A Reate, nunc *Rieti*, *siam.* HARD.

uscæi. Vet. apud Dalec. Chifflet. *Mutisci.* ED. —

pag. 19, IUVENT. TRBBVL. Item pag. 487. Trebulæ frequens mentio apud Jul. 1p. CII, CIII, etc. Hæ Vir- eid. lib. VII, *oliviferæ Mu- inc est Monte Leone della* fra Reate, in Sabinis. H. *fenates.* Quorum oppidum *uffena*, nunc *Montorio di* , in Sabinis supra Neru- curensem fluvium. HARD. *urtes.* A Tibure, *Tivoli.* Ta- quorum oppidum hodie supra Manlianum, quod o vocant. HARD.

quiculis. Quos Æquicula- rius appellavit. HARD.

mini. A Cominio oppido, iv. lib. X, cap. 39 seqq. et ap. 15 et 16, rectius *Comi- ubi Acedici* habent libri

editi, nos *Cædici* reposuimus, ex MSS. Omnium situs ignoratur. HARD. et ED.

48. *Archippe.* Solinus, cap. II, c. XII : « Archippen a Marsya rege Ly- dorum, quod hiatu terræ haustum, dissolutum est in lacum Fucinum. » Hinc regem Archippum in hoc tra- ctu imperitasse finxit Maro, ÆN. VII. Exstare hujus oppidi vestigia ad ripam lacus, prope *Transaco*, quæ obtegantur excrecente eo, affir- mant Marsi. HARD.

49. *Viticinorum.* Elz. *Vidicinorum.* Utrique ignorantur. ED.

50. *Ut quidam.* Varronem notat, de quo Festus : « Sabini dicti, ut ait Varro, quod ea gens præcipue col- lat deos : ἀπὸ τοῦ σέβουται. » A Sa- bino Sangi filio, Sabinos appellatos affirmat Cato, apud Dionys. Halic. lib. II, pag. 113. HARD.

51. *Velinos.* Alter Velinus, nunc *Lago de Pié de Luco*, ab oppido fi- nitimo dicitur, in Ducatu Spoleti- no : Reatinus alter : *Lago di S. Su- sanna.* Utrumque præterfluit amnis etiam nunc *Velino* dictus, qui in Na- rem influit. ED.

52. *Roscidis collibus.* Qui Rosæ campos in coronam cingunt : Rosæ vocantur, ut Festus ait, quod in eis arva rore humida semper serantur.

Nar⁵³ amnis exhaurit⁵⁴ illos sulphureis⁵⁵ aquis. Tiberim ex his petens replet, e monte Fiscello⁵⁶ labens, juxta Vacunæ⁵⁷ nemora et Reate in eosdem conditus. At ex alia parte Anio⁵⁸, in monte Trebanorum ortus, lacus tres⁵⁹ amœnitate nobiles, qui nomen dedere Sublaqueo⁶⁰, defert in Tiberim. In agro Reatino Cutiliæ⁶¹ lacum, in quo fluctuet insula, Italiæ umbilicum esse M. Varro⁶² tradit. Infra Sabinos Latium est, a latere Picenum, a tergo Umbria, Apennini jugis Sabinos utrimque vallantibus⁶³.

1 XVIII. Quinta regio Piceni¹ est, quondam² uberrimæ

Ex his collibus, uno interciso emissus in Narem fluvium Velinus lacus. Cicer. lib. IV, ad Attic. ep. 14: «Reatini mead sua τήμηνη duxerunt, ut agerem contra Interamnates (cognomine Nartes), quod lacus Velinus a L. Curio emissus, interciso monte in Nar defluit: ex quo est illa siccata, et modice tamen humida Rosea.» HARD.

53. *Nar amnis.* Nunc *Nera*: in Tiberim influit. ED.

54. *Exhaurit illos.* Lacus corrumpit, in quos conditur. HARD.

55. *Sulphureis.* Spectat eo Virgilius, *Æneid.* lib. VII, vs. 517: «Sulphurea Nar albus aqua: fontesque Velini.» HARD.

56. *Fiscello.* Silius Ital. lib. VIII: «Quæ, Fiscelle, tuas arces, etc.» Nunc quoque *Monte Fiscello*, in confinio Abrutii ulterioris, ad oppidum *Civita Reale*. HARD.

57. *Vacunæ.* In monte Fiscello Dææ Vacunæ nemus, quam vacantibus et otiosis præesse dicebant. De ea Ovid. *Fast.* lib. VI, v. 307. H.

58. *Anio.* Nunc *Teverone*. Oritur juxta oppidum quod *Τριήρα* dicitur Ptolemæo, in Latio, lib. III, cap. 1; nunc in Campania Romana, ut

vocant, *Tervi* vel *Trevi*, ut diximus in prima regione. HARD.

59. *Tres.* Elz. *Treis.* Legebat Dal. ex vet. *Tris.* ED.

60. *Sublaqueo.* Villa Neronis, cui Sublaqueum nomen est, inquit Tacit. *Annal.* lib. XIV, cap. 22. Oppidum fuit etiam ante Neronis tempora, cujus villa Sublacensis dicta est ab oppido: oppidum enim juxta lacus positum, unde nomen: villa in editiore loco: nunc *Subiaquo*, ad Anienem. HARD.

61. *Cutiliæ.* Chiffet. *Cutinæ.* ED. — Nunc *Lago di Contigliano*, ab oppido vicino. De insulis Cutiliensium lacus multa Macrobius, *Saturn.* lib. I, c. 7. Fluitantes Seneca vidisse se testatur, ut diximus lib. II, cap. 96. Meminit et Dionys. *Halic.* lib. I, pag. 15. HARD.

62. *M. Varro.* Et Martianus, lib. VI, cap. de Ital. pag. 205. HARD.

63. *Vallantibus.* Vet. apud Dalec. *velantibus.* ED.

XVIII. 1. *Piceni.* Nunc Abrutum ulterius dicitur, cum parte aliqua Marchiæ, ut vocant, Anconitanæ: sed qua mari fere utrumque alluitur. HARD.

2. *Est, q.* Chiffet. *et quondam.* ED.

itudinis. Trecenta LX millia Picentium in fidem populi romani venere. Orti sunt⁴ a Sabinis voto vere⁵ sacro. Iere ab Aterno amne, ubi nunc ager Adrianus, et a colonia⁶ a mari VII M. pass. Flumen Vomanum⁷: Prætutianus⁸, Palmensisque⁹ Item Castrum⁹ no-

Populi romani. Dalec. *populo* 10. Ed.

Orti sunt. Strabo, lib. V, pag. HARD.

Voto vere sacro. Emissa a patris juventute et finibus patriis, irent in coloniam, voto Diis concepto, pro felici rei eventu. — Prius vero sacro lege. At MSS. omnes, vere. Veris gemina apud antiquos acceptio. Primum enim, ut Festus ait: sacrum vovendi mos fuit Italicis enim periculis adducti, quascumque proximo ventura essent apud se animalia, laturos. Nempe ex caprino, ovillo, bovilloque grege, ut Plutarch. in Fabio, pag. 170. natum esset inter kalendas as et inter kalendas maias, re Livio, lib. XXIV, c. 44. De is ipsis Nonius, c. XII, n. 18: sacrum, religiosum; Sisenniarum libro quarto: Quondam i feruntur vovisse, si res commelioribus locis constitisset, r sacrum facturos. At verum vovere, non solum erat nuntium unius anni consecrare, xudes quidem immolarentur quorsum enim hoc loco humanioris ritusque sacri mentio, nulla alia continetur? sed iustem etiam diis consecratam in ias mittere. Hunc morem edo- regie Plinius, quum ait Pi-

centes ortos a Sabinis, voto vere sacro: sed multo expressius Dion. Halicarn. lib. I, pag. 13, et lib. III, pag. 77, statim initio. Justinus quoque, lib. XXIV, cap. 4: « Namque Galli abundantia multitudine, quum eos non caperent terram quam genuerant, trecenta millia hominum ad sedes novas querendas velut ver sacrum miserunt. » Hieronym. denique in Chron. ad Olymp. 89, an. 4: « Lacedæmonii ver sacrum Heracliam destinantes urbem condunt. » Ver sacrum illi sacram juventutem vocant, e finibus suis pulsam a parentibus, ubi alimenta domi non suppeterent, crescente in dies multitudine: voto diis ante concepto, pro felici rei eventu: inde illi in coloniam abeuntes, quidquid terrarum armis pararent, habebant pro patria. HARD.

6. *Adria colonia.* Atri, in Abrutio ulteriore. HARD.

7. *Vomanum.* Vomanum. Meminit ejus Silius, lib. VIII: « Statque humectata Vomanum Adria. » HARD.

8. *Prætutianus.* De eo Livio, lib. XXII, cap. 9, et XXVII, 43. Nos de utroque dicemus, lib. XIV, cap. 8. HARD.

9. *Castrum novum.* Ager Castranus in Piceno, Balbo, pag. 129. Nunc rudera, in ora sinus Adriatici, in ulteriore Abrutio, Calveno. HARD. — Aut potius, ut d'ANVILLE Marnertusque volunt, *Giulia nova.* ED.

vum, flumen Batinum¹⁰, Truentum¹¹ cum amne: quod solum Liburnorum¹² in Italia reliquum est. Flumen Albulam¹³: Tervium, quo finitur Prætutiana regio, et Picentium incipit. Cupra¹⁴ oppidum, Castellum Firmanorum¹⁵: et supra id colonia Asculum¹⁶, Piceni nobilissima¹⁷; in-

10. *Batinum*. Hodie *Salinello*. Idem qui *Ματρίνος* Straboni dicitur, lib. V, pag. 241. In MSS. Reg. 1, 2, *Vibatinum*. HARD.

11. *Truentum*. Mela, lib. II, cap. 4: « Piceni littora excipiunt: in quibus Numana, Potentia, Cluana, Cupra, urbes: castra autem, Firmum, Adria, Truentinum: id et fluvio qui præterit, nomen est. » Nunc amnem, *Tronto*: *Porto di Martin Scuro* locum vocant, ubi oppidum fuit. Castrum Truentinum Cicero vocat, ad Attic. lib. VIII, ep. 18. HARD. et ED.

12. *Quod salum Liburnorum*. Qui ex adversa continente, hoc est, Illyrico, huc transgressi, oram hanc tenuere, ut iterum dicitur cap. seq. HARD.

13. *Flumen Albulam*: *Tervium* quo finitur *Prætutiana regio*. Ita plane totidem apicibus servatis, nec detracto uno, nec adjecto, MSS. Reg. 1, 2, Colbert. 1, 2, Paris. Chiff. et Tolet. At Colbert. 3, et Salmant. pro *Tervium* habent *Tessunium*. Ut ut est, oppidi id nomen fuit, ut ex ipsa Plinii oratione exploratum est. Unde Plinii editores hæc nomina hausserint, quæ hoc loco obstruserunt, *Flumina*, *Albulates*, *Suinum*, *Helvinum*, quo finitur, etc. non vacat inquirere. HARD. — Albulam hodie non ut ait Harduinus *Ragnola*, sed, ut vult Mannertus, *Tesino* incolæ

vocant: in ejus ostio Tervium oppidum fuit, quod *Grotte a mare* nunc dicitur, si eidem Mannerto credimus. D'ANVILLE autem *Grotte a mare* Cupræ maritimæ locum occupare putat. ED.

14. *Cupra*. Gruter. pag. 108, *CYPRAMAR*, hoc est, maritima, ad discrimen alterius quæ montana dicitur. *Κούπρα μαρτίμα* Ptolem. lib. III, cap. 1. HARD. — Illam D'ANVILLE hodie *Grotte a mare* esse, ut modo diximus, putat: si tamen Tervio, ut vult Mannertus, assignandus est locus iste, fortasse ad ostium fluminis *Aso*, sive *Aso-ne*, juxta *Pedaso* requirenda sunt Cupræ maritimæ vestigia. ED.

15. *Firmanorum*. Nunc paulum a mari semotum oppidum Firmanorum, *Fermo*, Grut. pag. 533, *FIR. PICENO*. HARD.

16. *Asculum*. Hodie vocatur *Ascoli*. Gruter. pag. 565, *COLONIA ASCULANORVM*. HARD.

17. *Nobilissima*; *intus*: *Novana in ora Cluana*, etc. Bene MS. Reg. 1, et editio princeps, *intus Novana: in ora Cluana*. BROU. — Dalec. et Elzev. *Nobilissima. Intus Novana. In ora Cluana*, etc. Harduinus male, ut opinor, *nobilissima*, *intus*: *Novana in ora*: *Cluana*, etc. Non enim in ora, ut modo proxime insequenti nota dicemus, sita fuit *Novana*, quamvis id velit Hard. ED.

ovana¹⁸ : in ora Cluana¹⁹, Potentia²⁰, Numana²¹, illis condita. Ab iisdem²² colonia Ancona, appositae montorio Cumero, in ipso flectentis se orae cubito²³ : ergo CLXXXIII²⁴ m. pass. Intus Auximates²⁵, Beregracingulani²⁶, Cuprenses²⁸ cognomine Montani, Fal-

Novana. Non *Città Nuova* in ris Adriatici, ut vult Hardius sed longius a mari, ut ait Ital. Antiq. lib. II, p. 741, is eum reprehendat Hardiam hodie *Monte Novano* esse

D'ANVILLE et Broterius : tem nomen in mappis mihi currit. De hoc agro Foronicensi Balbum vide, apud eum de Colon. p. 104. ED.

Luana. Fuit in ipso ostio flumem *Chienti* vocant, quiue tam præterit : ubi nunc *è S. Giacomo*. Meminit Mela : HARD. — Flumen *Chicatum Civita Nuova* Mannertus ED.

Potentia. Ποτειρία in Piceno, i. lib. III, cap. 1, et *Melæ* loci supersunt vestigia haud proorto di *Recanati*, ubi Abbatia nomen B. Mariæ ad pedem iæ, ad amnem *Potenza*. H. *Numana*. Gruter. pag. 446, τρ. ΝΥΜΑΝΑΤ. Νούμανα Ptolemæ et *Melæ*. Nunc *Umana*, ubi antur fanum et rudera multa onge, septemtrionem versus, o flumine *Cusone* sive *Cuscio* ED. et ED.

Ab iisdem. Hoc est, a Siculis, Solinus, cap. XII, p. 12, sive Strabo, lib. V, pag. 241, a sanis, qui Dionysii tyrannigerant, condita Ancona est. Gruter. pag. 465, COΛΩΝ. ΑΝΚΩΝ. Promontorium cui assi-

det, Crumerum. Etiamnunc *Monte Comero*, sive *d'Ancona* vocatur. HARD. et ED.

23. *Oræ cubito*. Id eleganter *Mela*, lib. II, cap. 4 : « Exin illa in angusto duorum promontiorum ex diverso coeuntium inflexu, cubiti imagine sedens, ac ideo a Græcis dicta Ἀγκών, inter gallicas italicasque gentes quasi terminus interest. » HARD.

24. CLXXXIII. CLXXXIII, ex MS. Reg. 1, et editione principe, legit Broterius; quod et ego mallem, ut vero omnino consentaneum. ED.

25. *Auximates*. Auximatis ager, in Piceno, Frontin. de Colon. pag. 102. Auximum oppidum, nunc *Osimmo*. Ab Ancona XII m. pass. recedit in austrum. HARD.

26. *Beregrani*. In Præutiis apud Ptolemæum, Βερέγρα, pro Βερέγρα. In Piceno, apud Frontin. p. 108, Veragranus ager. HARD. — Locus ignoratur. ED.

27. *Cingulani*. A Cingulanis primæ regionis diversi. Horum Cingulanus ager in Piceno, apud Balbum, pag. 104, qui eadem lege teneri dicitur, qua Potentinus. Cingulum id oppidum appellatum Ciceroni, ad Attic. lib. VII, ep. 13, p. 212. Nunc quoque *Cingoli*, aut, ut vult Mannertus, *Cingulo*, in Marchia Anconitata. HARD. et ED.

28. *Cuprenses*. Oppidum Χούπρα μωντάνα Ptolem. in Piceni me-

rienses²⁹, Pausulani, Pleninenses³⁰, Ricinenses³¹, Septempedani³², Tollentines³³, Treienses³⁴, Urbesalvia³⁵ Pollentini.

1 XIX. (xiv.) Jungitur¹ his sexta regio, Umbriam complexa, agrumque Gallicum circa Ariminum. Ab Ancona Gallica ora incipit Togata² Galliae cognomine. Siculi et Liburni

diterraneis urbibus, prope *Ripa Transone*, ut testatur hujus loci episcopus D. Azolinus, apud Holsten. in Ital. pag. 137. HARD.

29. *Falarienses*. Falerionensis et Pausulensis ager in Piceno apud Balbum, pag. 105 et 106. Prioris oppidi rudera nomen servant, *Faleroni*, haud procul Tennæ fluvii fontibus. Alterius, quod Pausulæ in Itiner. Anton. dicitur, in *Monte dell' Olmo*, ex adverso Maceratæ, exstant ruinae: in Marchia Anconitana utrumque. HARD. — Pausulas in Monte *Elpana*, ad flumen *Aso* sitas fuisse vult Mannertus. ED.

30. *Pleninenses*. Elzev. *Plenienses*. Vet. apud Dalec. *Plynienses*. Chiffi. *Planienses*. Omnes pariter ignorantur. ED.

31. *Ricinenses*. Ager Recinensis et Ricinensis apud Frontin. p. 107. Oppidi nomen servantia vestigia ad ripam Potentisæ fluvii visuntur, millibus passuum duobus a Macerata. In vet. lapide apud Holsten. p. 137, RICINENSIS. HARD. et ED.

32. *Septempedani*. Oppidum Σεπτέμπεδα Ptolemæo et Frontino, pag. 107. Septempeda, in Piceno. Id nunc *San Severino*, ad amnem Potentiam, Cluverio, Ital. lib. II, pag. 738, comprobantibus Holstenio, in Ital. pag. 136, et Mannerto. HARD. et ED.

33. *Tollentines*. Chiffi. *Tolenses*. ED. — Tolentinus ager, in Piceno,

apud Frontin. pag. 108. In veteri inscript. apud Claver. p. 739, ΜΥΝΙCΙP. ΤΟΛΛΕΝΤΙΝ. Et nunc *Tolentino*. HARD.

34. *Treienses*. Dalec. et. Elzev. *Triacenses*. ED. — Treensis ager, Frontino, in Piceno, p. 108, apud Gruter. pag. 446, COL. ΑΥΓΙΣΤ. ΚΑΙ ΜΥΝΙCΙP. ΝΥΜΑΝΑΤ. ΟΡΔΟ ΚΑΙ ΠΛΕΒΙ. ΤΡΑΙΕΝΣΕΣ. Oppidi vestigia exstare manifesta ad ripam Potentisæ amnis, infra *S. Severino*, sub *Montechio*, auctor est Holsten. pag. 739. HARD.

35. *Urbesalvia Pollentini*. Dalec. et Elz. *Urbs Salvia*, *Pollenāni*. Vet. apud Dalec. cum *urbe*, etc. ED. — Jungenda hæc simul, aut alphabeti ordo perturbabitur: intelligendumque Urbesalviæ, sive Urbis Salviæ oppidanos cognominari Pollentinos: sicuti ipsam Urbem Salviam, Pollentiam quoque dictam. Citatur enim a Liv. lib. XXXIX, c. 44, colonia Pollentia in Picenum deducta; Ptolem. lib. III, cap. 1, Οὐρβα Σαλουία; Balbo, in Piceno, pag. 347, Ager Urbis Salviensis. Nunc est *Urbisaglia*, ad ripam amnis *Chiento*, seu *Clauti*. HARD.

XIX. 1. *Jungitur his*. Picentibus. Vel forte rectius *haic*, sextæ videlicet regioni. HARD. — *Lego jungitur hic* ex MSS. Reg. et edit. principe. BROU.

2. *Togata*. Vet. ap. Dalec. *Togata Gallia*: Cisalpina quoque dicta est. ED.

ia ejus tractus tenuere, in primis Palmensem, Præum, Adrianumque agrum. Umbri eos expulere, hos ia, hanc Galli³. Umbrorum gens antiquissima Italiæ natur, ut quos Ombrios⁴ a Græcis putent dictos, inundatione terrarum imbris superfuissent. Tre⁵ eorum oppida Thusci debellasse reperiuntur. Nunc a flumen, Æsis⁶: Senogallia⁷. Metaurus⁸ fluvius: æ⁹, Fanum¹⁰ Fortunæ, Pisaurum¹¹ cum amne. Et² Hispellum, Tuder. De cætero¹³ Amerini, Atti-

me Galli. Boii Lingonesque, is atque Umbros agro pepu-
iv. lib. V, cap. 35. Vide et
lib. V, pag. 216. HARD.

is Ombrios. Ita Solinus, c. II,
i, ex M. Antonio, quem lau-
ephano ὀμβρῖοι et ὀμβροί.
10, Clio, ὀμβρῖοι. H. et ED.
CC eorum oppida. Cato in
tis Orig. pag. 136 (si tamen
est is fetus Catonis, et non
tius), habet hæc totidem
HARD.

Æsis. Αἴσις ποταμός, μεταξύ
ς, καὶ Σηνογαλλίας, inquit
lib. V, pag. 227, inter op-
is, Anconam, et Senogalliam:
Esino. Æsinatem ex Umbria
r commendat in primis Pli-
ib. XI, cap. 97. HARD.
nogallia. Σηνογάλλια Ptolem.
I, cap. 1, in Semnonibus.
lib. VIII: « et Senonum de
e Sena, Gallorum a populis
per sæcula nomen. » Seno-
llos Alpes transgressos habuit
ores: nunc Sinigaglia, in
i Urbini. HARD.

Metaurus. Melæ, lib. II, c. 4,
i Metaurus. Nunc etiam Me-
Urbini ducatum præterfluit,
riamque devolvitur. HARD.

9. Colonia. Ita scripsi, ex MSS.
pro Colonia: ut sequentibus tribus
oppidis vox eadem præterea com-
municetur. HARD.

10. Fanum. Melæ, loc. cit. Colo-
nia Fanestris. Gruter. pag. 475,
ORIVNDVS. COLONIA. IVLIA. FANVS
FORTVNÆ. Nunc Fano, in ducatu
Urbinate, ad Metauri ostium. H.
et ED.

11. Pisaurum. Gruter. pag. 433,
COLONIARVM. PISAVR. ET FANEST.
Deducta colonia est ab Antonio, ut
Plutarchus docet in ejus vita, pag.
943. Nunc oppido Pesaro: anni
Foglia nomen est, in ducatu Urbi-
nate. HARD.

12. Et intus. Chiffi. et intus Pellum.
ED. — Subintellige, colonis intus:
ut superiores dæ in ora. Gruter.
pag. 351: COL. IVL. HISPELLI. Et
pag. 19: COLONIAE TUDERTIS, re-
perta inscriptio Tuderti, quod
vulgus nunc Todi vocat, ad Tibe-
rim. Apud Frontin. pag. 93, Colo-
nia Fida Tuder. Hispellum nunc
castrum est prope Fulginium, Fol-
igno, Ispello et Spello. HARD.

13. De cætero. Alterius generis,
inquit, oppida: nec jam colonis,
sed municipia, vel libera, vel sti-
pendiaria. HARD. — Amerini, etc.

diates¹⁴, Asirinales¹⁵, Arnates¹⁶, Æsinates¹⁷, Camertes¹⁸, Casuentillani¹⁹, Carsulani²⁰, Dolates cognomine Salentini, Fulginates²¹, Foroflamienses²², Forojulienses²³, cognomine Concubienses: Forobrentani²⁴, Forosempronenses²⁵, Iguvini²⁶, Interamnates, cognomine Nartes²⁷: Mevana-

Ab Ameria, quæ nunc *Amelia*, in ducatu Spoletino. HARD.

14. *Attidiatas*. In Marchia Anconitana, ad fontes amnis *Æsis*, oppidum est *Fabiano*: cujus in agro Attidiatum pagus est, *Attigio*. Vetus Inscript. apud Holsten. p. 83: R. P. ATTIDIAT. HARD.

15. *Asirinales*. Ita MSS. omnes, pro *Asinates*, quod bene Cl. Rezzonicus ex inscriptionibus veteribus restituit, ab *Asisio* oppido, de quo etiam Ptolemæus in Umbria. Grut. quoque pag. 21, ΜΥΝΙΣΤΡ. ΑΣΙΛΙΝΑΤΙΩΝ. Hodie incolis *Assisi*, vulgo nobis *Assise* D. Francisci cultu ac religione oppidum satis clarum. ED.

16. *Arnates*. Ab Ἄρνα oppido Vilmbrorum, apud Ptolem. lib. III, cap. 1. Nunc *Civitaella d'Arno*, trans Tiberim, ex adverso Perusis. H.

17. *Æsinates*. Oppidum Ptolem. Αἰσῆς. Apud Gruter. pag. 446, COL. ASSIS, ad amnem cognominem de quo supra, in Marchia Anconitana: nunc *Iesi*. HARD.

18. *Camertes*. Oppidum Camerinum: nunc quoque *Camerino*, in Marchia Anconitana. HARD.

19. *Casuentillani*. Vet. ap. Dalec. *Casuentini*. ED. — Casentinum oppidum, apud Frontin. pag. 83, pro *Casuentinum*. Gruter. p. 411, ΜΥΝΙΣΤΡ. CASVENTINORΩΝ. Situs omnino ignoratur. HARD et ED.

20. *Carsulani*. Oppidum Carsulæ: Tacito, Hist. lib. III, cap. 60, ager

Carsulanus. Apud Plin. Jun. lib. I, ep. IV: «Quantum copiarum in Ocriculano, in Narniensi, in Carsulano, in Perusino tuo?» Nunc jacet: rudera in ducatu Spoletino, in itinere a Narnia Perusium, paulo infra locum ubi amnem *Chiascio* Tiberis recipit. Dolates Salentini omnino ignorantur. HARD. et ED.

21. *Fulginates*. Fulginium, *Foligno*, in ducatu Spoletino. Gruter. pag. 347, FVLGINIA. HARD.

22. *Foroflamienses*. Φόρος Φλαμίου, Ptolem. lib. III, c. I, Grut. pag. 347, CIVITAT. FORO. FLA. H. — Nunc est *la Vescia*, duobus circiter pass. millibus a Fulginio, quod forum Flamini vicinitate sua exhau- sit. ED.

23. *Forojulienses*, cognomine *Concubienses*. Lego: *Forotulienses*, cognomine *Concupiensis*: ita MSS. Reg. et editio princeps. Sine auctoritate in recentioribus editionibus emendatum, *Forojulienses*, etc. BRON.— Utrique ignorantur. ED.

24. *Forobrentani*. Sic ap. Chiff. Dalec. et Elz. *Forobremiani*. Utrique pariter ignorantur. ED.

25. *Forosempronenses*. Φόρος Σημπρωνίου, Ptolem. loc. cit. nunc *Fossombrone*, in ducatu Urbinatæ. H.

26. *Iguvini*. Lego *Iguvini*. Ita MS. Reg. I, editio princeps, et vetus inscriptio ap. Cl. Rezzonicum. Dicti quoque sunt Iguvini. BRON.— *Ligu- nini* ex inscripto vetusto lapide.

Mevanionenses²⁹, Matilicates³⁰: Narnienses, quodum Nequinum³¹ antea vocatum est: Nucерini³², mine Favonienses, et Camelani³³: Ocriculani³⁴, ni³⁵, Pitulani³⁶, cognomine Pisuertes, et alii Mer-

in Comment. Cæs. *Inginini*. — Dalec. et Elz. *Iguini*. Ed. scripto apud Gruter. p. 347, τ. ΙΓΥΨΙΟΡΥΜ. Nunc *Gubbio*, in ducatu. *Iguvium* Ciceroni, c. lib. VII, ep. XIII, p. 212, io, verbo *Apisci*: et in *Pro-Iguvini*. Vide Tractatum irem Augustini Steuchi Eubri, de nomine urbis sue. H. *Nartes*. Gruter. pag. 422: α. ΙΝΤΕΡΑΜΝΑΤΙΥΜ. ΝΑΡΤΙΥΜ. ne Nare, cui appositum opus, quod nunc *Terni* vocant.

Mevanates. A *Mevania* oppido, *va*, in ducatu Spoletino, ad Clitumnum, hodie *Timinavia* Ptolem. lib. III, cap. 1; *via* Lucano, lib. I, v. 474. H. *Mevanionenses*. A *Mevanione*, inore *Mevania*. In libris vulgost Frobenium, *Mevanienses*. dem sunt ii qui *Mevanates* ne antea memorati, ut recte dversum est ab Holstenio, in pag. 92. In MSS. Reg. Colb. Chiffi. et in edit. Parm. aliis etustis, *Mevanionenses*. Nos tam inscriptionem sequi non umus, quæ exstat apud Gruter. §83, ΔΕΥΤΕΡΙΩΝΙ ΜΕΒΑΝΙΟΛΑΕ. rius in Ital. Antiq. lib. II, 530. *Mevaniolam* putat esse *ta*, qui vicus Romanæ est, in Bedesis annis. HARD.

Matilicates. *Matilica* oppidum, ino, p. 106, hodieque hujus *is*, *Matelica*, in Marchia An-

conitana. In decret. Felicis Papæ, pag. 255, *Equitio Matellicati*. H.

31. *Nequinum*. Apud Gruter. pag. 196, DE SARNITIBVS. ΝΕΚΥΙΝΑΤΙΒΥΣΟΥΕ. A Nare fluvio, quo alluitur, alterum nomen habet: *Narni*: teste Livio, lib. X, c. 9 et 10. H.

32. *Nucerini*. ΝΟΥΚΕΡΙΑ colonia Ptolemæo, lib. III, c. 1, in Ojumbri: hodie *Nocera*, inter *Asisium* et *Camerinum*. HARD.

33. *Camelani*. Brot. *Camellani*, ex ed. principe et MSS. Reg. Ed. — Id cognomen Nuceriæ alterius fuit, quæ Favoniæ vicina fuit. *Camiliani* prope Nuceriam fieri mentionem in vetere quodam instrumento, scribit Holsten. in Ital. pag. 92. HARD.

34. *Ocriculani*. Legendum *Ocriculani*, ab *Ocriculo* *Vilumbrorum* oppido: cujus meminit et Ptolemæus, lib. III, cap. 1. DALEC. — Editio Dalecampiana *Otriculani*. Ed. — Sic MSS. et Gruter. p. 422; Straboni, lib. V, pag. 227, Ὀκρίδαοι. Nunc *Otricoli*, in limite ducatus Spoletini, infra *Narniam*, ab *Otriculo* veteri, ubi Ecclesia S. Victoris, aliquantum dissitum. HARD.

35. *Ostrani*. Oppidum Ὀστρά Ptolemæo, in *Semnonibus* mediterraneum. Nunc exstant vestigia sub *Monte Nuovo*, ad ripam *Misæ* fluvii, qui juxta *Senogalliam* in mare infuit. Vinc. Mar. *Camarelli*, Hist. Gall. Senon. lib. II, cap. 4. HARD. — Sive ubi *Corinaldo* est, ut vult D'ANVILLE. Ed.

36. *Pitulani*. Et *Pitulum* ab his

gentini : Pelestini³⁷, Sentinates³⁸, Sarsinates³⁹, Spoletini⁴⁰, Suasani⁴¹, Sestinates⁴², Suillates⁴³, Tadinates⁴⁴, Trebiate⁴⁵, Tuficani⁴⁶, Tifernates⁴⁷ cognomine Tiberini⁴⁸, et

diversum, jam in prima regione vidimus. Hæc ignoratur omnino, haud secus ac Pelestini. H. et ED.

37. *Pelestini*. Vet. ap. Dalecamp. *Pestini*. ED.

38. *Sentinates*. Frontino, lib. de Col. pag. 107, *Sentis oppidum*. Apud Gruter. pag. 467, ORDO. ET. PLEBS. SENTINATI. ΣΕΝΤΙΝΑΤΩΝ meminuit Dio, lib. XLVIII, pag. 364. Juxta oppidum *Sasso Ferrato* sita fuit, ut volunt d'ANVILLE et Mannertus. H. et ED.

39. *Sarsinates*. Elz. *Sersinates*. ED. — Apud Gruter. pag. 1091, SARSINATIVM. Iidem Sassinates dicti, apud Martial. lib. III, epig. LVIII, et apud ipsum Gruterum, pag. 322, 474, 923, aliasque. Nunc etiam *Sassina*, in limite Romaniolæ, ad Sapim flumen, *Savio*. HARD.

40. *Spoletini*. Chifflet. *Spolentini*. ED. — Spoletum, *Spoleto*. HARD.

41. *Suasani*. Ut prius Asirinales, pro *Asisinales* dicti : sic modo *Suarrani*, in MSS. pro *Suasani*. Dalec. et Elz. *Suarrani*. Fuit in Senogalliensi agro ducatus Urbini. Situm oppidi ac vestigia describit accurate Cimarrell. lib. II, c. 5. H. — Ad orientem oppiduli *S. Lorenzo* situm fuit, auctore Mannertó, loco dicto *Castel Leone*, si audiatur quem sequi videtur d'ANVILLE. ED.

42. *Sestinates*. Prope fontes *Pesauri* fluminis, Monasterium esse ait Cluverius, Ital. lib. II, p. 622, cui *Sestino* nomen. Apud Gruter. pag. 108, *SESTINO*. HARD.

43. *Suillates*. Nunc *Sigillo*, in limite Marchis Anconitanæ, haud procul Iguvio. Cluver. Ital. lib. II, pag. 617. HARD.

44. *Tadinates*. Tadinarum mentio apud D. Gregor. referente Holsten. in Ital. p. 85. Vestigia inter Noceram et Gualdum, in confinio ducatus Spoletini et Marchis Anconitanæ conspici etiamnum ait. HARD.

45. *Trebiate*. Ab oppido Trebia, nunc *Trevi*, inter Fulginium et Spoletum. Itiner. Hierosol. Spoletum *Trevis*, XII; *Fulginis*, v. HARD.

46. *Tuficani*. Ptolemæo, lib. III, cap. 1, Τούφικων in Olumbria, pro Τούφικων. Frontino, pag. 108, Tuficum oppidum. Fuit, auctore Holsten. in Ital. pag. 91, inter Matelicam et Fabrianum, prope Attidium, ad amnem *Cesona*. H. et ED.

47. *Tifernates*. Chifflet. *Tibernates*. ED.

48. *Tiberini*. Sic ap. Chifflet. Dalec. et Elz. *Tibertini*. Vet. sp. Dalec. *Tiburini*. ED. — Hi ab amne Tiberi, isti a Metauro fluvio, quem accollere, nomen sortitisunt. Tifernum Tiberinum : città di Castello : Metaurense, *S. Angelo in Vado*, in ducatu Urbinate. In decretis Hilari Papæ, pag. 250, subscribit *Lucifer Tifernis Metauris*. Et in decretis Symmachii, pag. 265 : « Innocentius Dientium Tiberinorum : » credo, pro *Tifernatium, Tiberinorum*. Plinius Junior, lib. IV, ep. 1 : « Oppidum est prædiis nostris vicinum. Nomen est Tiferni Tiberini. » HARD.

letaurenses⁴⁹ : Vesionicates⁵⁰, Urbanates⁵¹ cognominati Metaurenses⁵², et alii⁵³ Hortenses⁵⁴ : Vettonenses⁵⁵, nates⁵⁶, Viventani. In hoc situ interiere Feliginates, 3
i Clusiolum tenere supra Interamnam : et Sarra-
cum oppidis, Acerris⁵⁷, quæ Vatriæ⁵⁸ cognomi-
tuntur, Turocelo, quod Netriolum⁵⁹. Item Solinates,
tes⁶⁰, Fallienates, Apiennates. Interiere et Arienates
Crinovolo, et Usidicani, et Plangenses, Pisinates⁶¹,
stini. Ameriam superscriptam Cato⁶² ante Persei bel-
conditam annis DCCCCLXIV prodidit.

Et alii Metaurenses. Elz. et letaurenses. ED.

Vesionicates. Chiffi. *Vesinica-* quæ omnino ignorantur. ED.
Urbanates. Dalec. et Elz. Ur-
. ED.

Metaurenses. A Metauro rur-
Irbinatibus his cognomen :
Castel Durante. Cimarell. lib.
p. 2. HARD. — Aut potius, ut
ILLE Mannertusque volunt
a, ad Metaurum amnem,
s ab Urbino leucis, meridiem
t occidentem. ED.

Et alii Hortenses. Elz. et alii :
ses. ED.

Hortenses. Horum oppidum
um, incolis Urbino, ducatus
mobile. HARD.

Vettonenses. Dalec. et Elz.
senses. Chiffi. *Mettonenses.*
at Brot. *Vindenates*, ex edi-
principe et veteribus inscri-
bus. ED.—Antonino, Vetona,
. P. a Perusio. Nunc *Bettona*,
Asisium. Apud Gruter. pag.
3. P. VETTONENSIVM. HARD.
Vindinates. Apud Gruter. pag.
MUNICIP. CASVENTINORVM.
ENATIVM. V. B. ET. QVIDQVID,
criptum hæud dubie voluit

artifex, VII. hoc est, Vibentanorum
quos cum Vindenatibus conjun-
git Plinius. Vibentani enim, pro
Viventanis scribi posse censuit.
Utrique ignorantur. HARD.

57. *Acerris.* Diversæ sunt Acerre
istis ab Acerris primæ regionis, de
quibus Livius, lib. XXIII, c. 17;
et ab Acerris Galliæ Cisalpinæ, de
quibus Polyb. lib. III, cap. 34,
et Stephanus Ἀγέρραι μεταξὺ τοῦ Πά-
δου καὶ τῶν Ἀλπίων. Illas de quibus
hic Noster ad austrum Padisitas
fuisse constat, sed locus earum igno-
ratur et pariter omnium civitatum
hic a Plinio memoratarum; quod
quidem minime mirum videri potest,
utpote quæ ejus ævo jam interierant. ED.

58. *Vatriæ.* Dal. et Elz. *Vafria.* ED.

59. *Netriolum.* Dalec. et Elz. *Ve-*
triolum. ED.

60. *Curiates.* Sic ap. Chiffi. Dal.
et Elz. *Suriates.* ED.

61. *Pisinates.* Idem videntur esse
quorum oppidum Pitinum vocat
Ptolemæus, quod hæud longe ab
amne Foglio situm fuisse videtur,
loco non satis certo. ED.

62. *Cato.* Sic Annius quidem Vi-
terbiensis in falsis Excerptis Origi-

XX. (xv.) Octava regio determinatur Arimino, Pado, Apennino. In ora fluvius Crustumium¹, Ariminum² colonia cum amnibus³ Arimino et Aprusa. Fluvius hinc Rubico⁴, quondam finis⁵ Italiae. Ab eo Sapis⁶, et Vitis, et Anemo : Ravenna Sabinorum⁷ oppidum, cum amne Bedese⁸, ab Ancona cv⁹ m. pass. Nec procul a mari, Umbrorum¹⁰ Butrium. Intus coloniae : Bononia, Felsina

num, quæ Catoni adscripsit, pag. 141. Bellum Persei cœpit anno Urbis conditæ 583, ante Christum 171. Ergo Ameria condita est 1035 annis ante Christum. Pro DCCCCLXIV, Chifflet. DCCCLXIII legit. Ed.

XX. 1. *Crustumium*. Rapax Crustumium Lucano, lib. II, v. 406, cum oppido cognomine, non procul Arimino, inquit Schol. Lucani Sulpicius. Nunc *Conca* dicitur, inter Pisaurum (ubi oræ lustrandæ cap. sup. Plinius finem fecit), et Ariminum, in Adriam labens. HARD.

2. *Ariminum*. Nunc *Rimini*. Grut. pag. 481, COLON. ARIM. Hanc amnes duo alluunt : latere meridiano, *Ausa* : septentrionali, *Marecchia*. Hic Plinio, Ariminum : ille Aprusa, dicti. Vide Raph. Adimari, lib. de situ Arimîn. pag. 49. HARD.

3. *Amnibus Arimino et Prusa*. Ita MSS. Reg. Ambros. et editio princeps. BROX.

4. *Rubico*. Magna inter doctos de illo flumine in historia tam celebrato orta est controversia, et adhuc «sub iudice lis est», quamquam decreto Papæ, anno 1756, flumini *Lusa* adjudicata sit, contra vulgi opinionem, quæ in flumine *Pisatello* antiquum Rubiconem vult agnoscere, haud immerito, ut Rezzonicus et nonnulli recentiores putant, et

egregie demonstrat Mannertus, ex tabulis Peut. quæ Rubiconem ab Arimino XII m. pass. distare aiunt, quod intervallum non multum a vero abest, si Rubiconem *Pisatello* esse confiteamur, multo prolixius autem est, si *Lusa*. Ed.

5. *Quondam finis*. Ante divisionem Italiae ab Augusto factam. Vide Lucan. lib. I, v. 215. HARD.

6. *Ab eo Sapis*. Hæc fluviorum nomina : Sapis Cæsanam alluit : unde *Savio*, et *Rio di Cesena* dicitur a Baccio, de vinis Ital. lib. V, pag. 263. Vitis est *Bevano* : Anemo deinde sequitur, quem *Roncone* vocant. Ex his prioris tantum fluvii mentio in vetusto lapide apud Reinesium, p. 479, ΙΝΤΕΡ ΡΟΝΤΕΜ ΣΑΡΙΣ. etc. H.

7. *Sabinorum*. A Sabinis conditum. Sed prius a Thessalis, ut auctores sunt Strabo, lib. V, pag. 214, et Zosim. V, 27. Etiam nunc *Ravenna* dicitur. HARD. et Ed.

8. *Bedese*. Nunc *Montone* vocant : Ravennam fere cingit a meridie. H.

9. *CV M*. Dal. et Elz. CII M. Ed.

10. *Umbrorum*. Chiff. *Umbrorum Brutium*. Ed. — Subintellige oppidum, ab Umbris conditum. Βούτριος τῆς Ραουέννης πόλιμα, Straboni, lib. V, p. 214, et Stephano. Ptolemæo, lib. III, cap. 1, in Cenomanis, male. Juxta S. Alberto situm fuisse videtur, auctore D'ANVILLE : juxta

ata, quum princeps Etruriæ¹³ esset : Brixillum¹², Mu-
 , Parma, Placentia. Oppida : Cæsena¹⁴ Claterna,¹⁵
 n¹⁵ Clodii, Livii¹⁶, Popilii¹⁷, Truentinorum, Cor-
⁸ : Faventini¹⁹, Fidentini, Otesini²⁰, Padinates, Re-

uolo, auctore Mannerto. H.
 — *Bononia*. Mela, lib. II, c. 4:
 na et Bononia coloniæ Roma-
 . — A quibus deducta colonia
 iſſeris temporibus, colligit
 ius, Ital. lib. I, pag. 283.
 Dionem, lib. L, pag. 422. De
 : cognomine Pseudo-Cato,
 rptis, pag. 135. Hodie *Bolo-*
 citur. HARD et ED.

Etruriæ. Rebus Thuscorum
 ibus, quum universa quoque
Tyrrhenia nuncuparetur. H.
Brixillum. Malebat Pintian.
 a. Vel Βριξίλλον, ut Ptolem.
 I, cap. 1, in Gallia Togata.
Bresello, ad Padum, in limite
 s Mantuani. HARD.

Mutina. Chiff. *Mutina Parva*.
Modena. Colonia Livio, lib.
 X, c. 55, et Parma quoque :
 i speciatim apud Gruter. in-
 o, pag. 492, COL. IVL. AVG.
 Placentiam coloniam esse
 belli secundi Punici anno
 , scribit Ascon. Pedian. ad
 ic. in Pison. pag. 2. Nomen
Parma : Placentia incolis ho-
 icenza dicitur. H. et ED.

Cæsena. Nunc quoque *Cesena*,
 nem *Savio*. Claternam prope
 iam, ad vicum *Quadenna* qui
 i ejus quodammodo repræ-
 , jam tum D. Ambrosii ævo
 nis jacuisse, vidit Holsten. in
 ag. 14. HARD et ED.

Forum. Quid Fora essent,
 us, cap. 5. Forum porro, ne
 ur series elementorum, sin-

gillatim in his omnibus repetendum:
 ut sit Forum Clodii, Forum Livii,
 Forum Popilii, vel Populi: Forum
 Truentinorum, Forum Cornelii.
 HARD. — Forum Clodii hodie *For-*
nocchia esse ait D'ANVILLE. ED.

16. *Livii*, etc. Livii, apud Anton.
 male *Iulii* : nunc *Forſi*, in Romano-
 la. Popilii, quatuor a Foro Julio
 mill. pass. *Forlimpopoli* : sæpius,
Forſi piccolo, seu Forum Julii minus
 vocitatum. Truentinorum, in vet.
 inscript. apud Gruter. pag. 492,
 ΦΟΡΟΔΥΝΚΤ. Hodie *Bertinoro*, haud
 procul Arimino. HARD.

17. *Popilii*. Vet. ap. Dal. *Pompilii*.

18. *Cornelii*. Hoc loco libri vulgati
Cornelii, *Laccini* fere exhibent,
 Chiff. *Cornelii*, *Licinii* : sed poste-
 riorem vocem, quum nec ulli eam
 MSS. codices agnoscant, nec oppi-
 do ulli eo nomine Geographorum
 quisquam adjudicet, intrepide in-
 duximus. De Foro Cornelii, quod
 hodie *Imola* est, ut recte Cluverius
 probat, lib. I, pag. 290, vide Pru-
 dentium πρὸ στεφάνων, Hymn. IX,
 in S. Cassianum : « Sulla Forum
 statuit Cornelius : hoc Itali urbem
 vocitant ab ipso conditoris nomi-
 ne. » HARD. et ED.

19. *Faventini*. *Faenza*, in Roma-
 niola. Fidentini, a Fidentia, de qua
 Ptolem. lib. III, cap. 1, in Togata
 Gallia : ubi nunc *Borgo di S. Donni-*
no, ultra Cremonam, Padumque, in
 limite ditionis Mediolanensis, ut
 recte Cluver. indicat l. I, p. 268. H.

20. *Otesini*. Vetus inscript. apud

gienses²¹ a Lepido, Solonates²², Saltesque²³ Galliani qui cognominantur Aquinates : Tanetani²⁴, Veliates²⁵ cognomine Vecteri²⁶ : Regiates : Urbanates²⁷. In hoc tractu interierunt Boii, quorum tribus CXII fuisse auctor est Cato: item Senones, qui ceperant²⁸ Romam.

3 (xvi.) Padus e gremio¹ Vesuli montis, celsissimum in

Cluver. libro I, pag. 282, REIP. OTESINORVM. Padinates, ubi nunc castellum *Bondeno*, ad Panari Padique confluentes, ut Cluverius conjicit, loc. cit. HARD.

21. *Regienses*. Regium Lepidum colonia dicitur a Ptolem. loc. cit. Nomen ab Æmilio Lepido habet: nunc *Reggio*: in ducatu Mutinensi. H.

22. *Solonates*. Gruter. pag. 1095, SOLONATIVM. ARIMINENSIVM. HARD. — Nunc *ciudad Sole*, aut exactius etiam *torre di Sole*, quæ turris Solonæ veteris locum occupat, IV M. pass. supra Forum Livii. ED.

23. *Saltesque*. Non *Saltusque*: ut prius: neque enim nemorum, sed populorum nomina nunc quæruntur. HARD. — Lego, *Saltusque Galliani*. Ita MSS. Reg. Vatic. Riccardian. et Medicæ. Nec aliter editio princeps. Illi Gallorum Saltus, juxta Cl. Rezzonicum tenebant aspera Apennini cacumina supra Mutinam, Regium et Parmam, ubi adhuc amplissimæ silvæ. BROT.

24. *Tanetani*. In MSS. Reg. Chiff. *Riccardian.* et *Medic. Tannitani*. BROT. — Dalec. et Elz. *Tanetani*. ED. — Antonino, Tannetum, octavo a Parma lapide. Τάνητον Ptolem. lib. III, cap. 1, in Togata Gallia. Nunc *Tenedo*. HARD. — Aut potius *Tenero*; nam in mappis non reperitur *Tanedo*. ED.

25. *Veliates*. Rectius forte legere-

tur, « *Veliates*, cognomine veteri *Regiates*: » id enim ordo litterarum exigit, ne interturbetur. HARD. — Bene Cl. Rezzonicus *Velicates*, ex tabula Trajana, de qua jam dixi supra. BROT. — Haud longe a Piacentia, austrum versus, ad fluvium *Nura*, reperitur vicus *Villoe*, quem *Velix*, seu *Velleix* locum occupare putat Mannertus. ED.

26. *Vecteri, Regiates*. Lego, *veteri Reginates*. Bene Cl. Rezzonicus. Ibi adhuc *Terra, e case di monte Regio*; et parum distans amniculus *Regius*. BROT. — Pinet. *Vegiates*. ED.

27. *Urbanates*. Sic sp. Chifflet. Dalec. et Elz. *Umbranates*, quæ posterior lectio Gelenio placebat, non obliito *Urbinate* in VI regione recenseri. ED. — *Umbranates*. MS. Barberin. et Cl. Rezzonicus. Nunc *ciudad d'Ombria*: ubi multa adhuc manent antiquitatis vestigia. BROT.

28. *Ceperant Romam*. Brenno duce. Vide Liv. lib. V, cap. 34 et 35; Polyb. lib. II, pag. 150; Paul. Diac. rerum Longobard. lib. XI, c. 24. Id vero contigit anno Urbis 364, XIV kal. sextiles, ut ait Tacitus, Annal. lib. XV, cap. 41. De Boiorum excidio, vide Polyb. libro II. De Seasonum clade, Florum, lib. I, cap. 13. HARD.

1. *E gremio Vesuli. Monte Viso*, in Sabaudia. Hæc verbis totidem Martianus, lib. VI, cap. de Italia,

cacumen² Alpium elati, finibus Ligurum Vagiennorum³, visendo⁴ fonte profluens, condensque sese cuniculo, et in Forovibiensium⁵ agro iterum exoriens, nulli amnium claritate inferior : Græcis⁶ dictus Eridanus, ac poena Phaethontis illustratus : augetur ad Canis ortus⁷ liquatis nivibus : agris⁸ quamvis torrentior, nihil tamen ex raptō sibi vindicans ; atque ubi liquit agros, ubertate largior : trecentis M. pass. a fonte addens meatu duodenonaginta ; nec amnes tantum Apenninos Alpinosque navigabiles capiens, sed lacus quoque immensos in eum sese exonerantes, omni numero xxx⁹ flumina in mare Adriaticum defert. Celeberrima ex iis, Apennini latere jactum Tanarum¹⁰ : Trebiam¹¹ Placentinum : Tarum¹², Inciam, Ga-

pag. 205, et Mela, lib. II, c. 4. H.

2. *Cacumen Alpium*. Ita MSS. et Martianus. Deest in Dalec. vox *Alpium*. Hoc est, qui plurimum inter Alpinos montes assurgat. H. et Ed.

3. *Vagiennorum*. Vet. ap. Dalec. *Gabiennorum*. De his egimus c. 7. Ed.

4. *Visendo fonte*. Singulari, mirabili, conspicuo : quoniam videlicet mediis diebus æstivis velut interquiescens semper aret, ut dictum est lib. II, cap. 106. Sic idem Plinius, lib. II, c. 44, upupam dixit *crista visendum plicatili*. HARD.

5. *Forovibiensium*. In parte Vibiani agri, inquit Martianus, quod idem est. De Foro Vibii, cap. seq. HARD.

6. *Græcis*. Vet. ap. Dalec. a *Græcis*. Ed.

7. *Ortus*. Chiff. *Ortum*. Ed.

8. *Agris quamvis torrentior, nil tamen ex raptō sibi vindicans*. Ita restitimus ex MSS. codd. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, 3, Chiff. Paris. In libris editis perperam, « agris quam navigiis torrentior. » Salm. in Solin. pag. 84, « nil tamen ex raptō adju-

dicans. » Frustra. Mox vero ubi legitur, « atque ubi liquit agros, » ex eorumdem MSS. fide delenda vox ea *agros* videtur, ceu spuria, a superioribus *agris* mutuanda. Proponit Pintianus « atque ubi liquitur nix. » Quamvis auctus, inquit, in adjacentes agros Padus irruat, fecundiores illos reddit humectando, et ubertatem eis largiendo : non exhauriendo vastat, aut depopulatur. HARD.

9. *XXX flumina*. Martianus, loc. cit. et Solinus, cap. II, pag. 4. At XL hodie Geographi numerant, quorum XV læva recipit ripa, reliqua dextera. HARD.

10. *Tanarum*. Etiam nunc *Tanaro*. In Padum influit ex adverso oppidi *Cambio*, tribus infra *Alexandriam leucis*. Ed.

11. *Trebiam Placent*. Trebia, clade Romanorum insignis, Placentinos irrigat campos, unde ei legitimum Placentini cognomen. Vulgo *Treb- bia*. HARD.

12. *Tarum, Inciam*, etc. Sic cum

bellum, Scultennam¹³, Rhenum¹⁴: Alpium vero Sturam¹⁵, Orgum, Durias¹⁶ duas, Sessiten¹⁷, Ticinum¹⁸, Lambrum, Adduam, Ollium¹⁹, Mincium. Nec alius amnium tam brevi spatio majoris incrementi est. Urgetur quippe aquarum mole, et in profundum agitur, gravis terræ, quamquam²⁰ deductus in flumina et fossas inter Ravennam Altinumque per cxx²¹ m. pass. tamen qua²² largius vomit, septem maria dictus facere.

Broterio legimus ex MSS. Reg. 1 et 2; quamvis *Tarum*, *Niciam* servet Harduinus. *Tarus*, hodie *Taro* per agrum Parmensem decurrit. Inciam nunc *Enza* sive *Lenza* vocant accolæ Brixellenses; Gabellum, *la Secchia*, Mantuani, quorum in agro ex adverso Mincii confluentis in Padum delabitur. ED.

13. *Scultennam*. Elz. *Sultennam*. Hodie *Pararo* dicitur a Ferrariensibus, quorum in extrema ditioe Padum subit. ED.

14. *Rhenum*. Elz. *Renum*. ED. — Hunc Silius lib. VIII, non Rhenum absolute, sed parvum Rhenum appellavit, ut a Germanico eum Rheno distingueret: *Parvique Bononia Rheni*, inquit: nam Bononiam Rhenus præfluit, quem accolæ *Reno* vocitant. HARD.

15. *Sturam*, etc. Sic MSS. proxime laudati. Libri vulgati mendose *Morgum*. Ennodius in carmine quo iter per Cottias Alpes describit: « Duria nam, Sessis, torrens vel Stura, vel Orgus. » Stura nomen hodieque retinet, haud procul Augusta Taurinorum. Orgum *Orco* vocant accolæ. HARD.

16. *Durias duas*. Ita libri omnes: etsi ex Grammaticorum legibus duos rectius videatur. Duria minor *Doria riparia* Taurinensem agrum: major, *Doria Baltea*, Montisferrati

partem alluit, quæ Boream spectat. HARD. et ED.

17. *Sessiten*. Qui Sessis Ennodio dicitur: Vercellensibus accolis, *la Sesia*. HARD.

18. *Ticinum*. *Tesino*. Papiam alluit, *Pavie*, cui et suum nomen imperit. Lambrum *Lambro* vocant, et *fiume di Marignano*: inter Ticinum et Placentiam: mox Addua, hodie *Adda*, supra Cremonam, Pado excipitur: Ollius, *Oglio*, inter Cremonam et Mantuam. Hanc denique Mincius alluit, *Menzo*. Ulvovum Lambrum, cæruleum Adduam, pigrum Mincium appellat Sidonius, lib. I, epist. v. De amne Addua multa Cassiodorus pereleganter, lib. XI, epist. xiv. HARD.

19. *Ollium*. Dalecamp. et Elz. *Olium*. ED.

20. *Quamquam deductus*. Elz. *deductus*. ED. — Divisus, distractusque plurimis, inquit, manu factis fossis fluminibusque, inter Altinum et Ravennam, cxx m. passuum spatio Padus attenuatur exhauriturque: nihilominus qua parte majorem evomit vim aquarum, non stagna sive paludes, sed maria septem facere dicitur. HARD.

21. *Per CXX*. Deest ap. Dalec. et Elz. vox *per*. ED.

22. *Qua*. Sic ap. Chiff. Dalec. *quia*. ED.

sta¹ fossa Ravennam trahitur, ubi Padusa² vocanda Messanicus³ appellatus. Proximum⁴ inde magnitudinem portus habet, qui Vatreus⁵ dicitur, idius⁶ Cæsar e Britannia triumphans, prægrandi o verius quam nave intravit Adriam⁷. Hoc ante ostium dictum est, aliis Spineticum⁸, ab urbe uæ fuit⁹ juxta prævalens, ut Delphicis¹⁰ creditum uris, condita a Diomede. Auget ibi Padum Vamnis, ex Forocorneliensi agro. num inde ostium Caprasia¹, dein Sagis : dein 6

ta fossa. Lego, *Augusta* : MSS. Reg. 1, 2. Sic se emendandum recte Cluverius et Cl. Rezzonius. — Male, ut puto, *Angustia* inus. Ed.

Padusa. Virgil. *Æneid.* vers. 457 : « Piscosove usæ. » Quem in locum Padusa, inquit, pars est quibusdam locis facit quæ plena est cygni hujus intellectus est; parte, qua Ravennam tur, Padusam vocari, tiam ibi Messanicum appellat. Ed.

dam Messanicus. Nunc pro. BROT. num inde. Padusæ, seu n, nunc Porto di Prima

atreni. Ab amne Vatreuo mox, in Padum in-

ius. Anno U. C. 797, C. F. Statilio coss. Dio, lib. 180. HARD.

um. Mare Adriaticum. ib. I, ode xxxiii : « Fredriæ. » HARD.

8. *Spineticum*. Vet. ap. Dalec. *Spiroticum*. Ed.

9. *Quæ fuit*. Interiisse jam ævo suo significat. Ab ea ostium Σπινῆτα vocat Dionys. lib. I, p. 15. HARD. — Hæc lectio, quam sensu carere ait Lætius, explosa est ap. Elz. repositumque est ex Chiffi. « quæ fuit juxta Prævalens, Delphicis (ut creditum est) thesauris, condita a Diomede. » Ed.

10. *Ut Delphicis*. Spinetarum thesaurum Delphis ostendi solitum auctor est Strabo, lib. V, p. 214. Oppidum a Diomede conditum, Pseudo-Cato in Excerpt. Orig. p. 135. HARD.

11. *Vatrenus*. Idem Saturnus vocitatus, modo *Santerno*, qui forum Cornelii alluit, hodie, ut diximus, *Imola*. Martialis, lib. III, Epigr. 67, *de pigris nautis* : « Cessatis, pueri, nihilque mostis, Vatreuo, Eridanoque pigriores, Quorum per vada tarda navigantes, etc. » HARD.

1. *Caprasia*. Caprasia, et Sagis, quæ Padi ostia fuerunt, nunc obscurior investigatio est, locorum facie immutata stagnis Comacensisibus, *Stagni di Comacchio*. Superest majus ibi ostium unum, quod ho-

bellum, Scultennam¹³, Rhenum¹⁴: Alpium vero Sturam¹⁵, Orgum, Durias¹⁶ duas, Sessiten¹⁷, Ticinum¹⁸, Lambrum, Adduam, Ollium¹⁹, Mincium. Nec alius amnium tam brevi spatio majoris incrementi est. Urgetur quippe aquarum mole, et in profundum agitur, gravis terræ, quamquam²⁰ deductus in flumina et fossas inter Ravennam Altinumque per cxx²¹ m. pass. tamen qua²² largius vomit, septem maria dictus facere.

Broterio legimus ex MSS. Reg. 1 et 2; quamvis *Tarum*, *Niciam* servet Harduinus. *Tarus*, hodie *Taro* per agrum Parmensem decurrit. Inciam nunc *Enza* sive *Lenza* vocant accolæ Brixellenses; Gabellum, *la Secchia*, Mantuani, quorum in agro ex adverso Mincii confluentis in Padum delabitur. Ed.

13. *Scultennam*. Elz. *Sultennam*. Hodie *Pararo* dicitur a Ferrariensibus, quorum in extrema ditioe Padum subit. Ed.

14. *Rhenum*. Elz. *Renum*. Ed. — Hunc Silius lib. VIII, non Rhenum absolute, sed parvum Rhenum appellavit, ut a Germanico eum Rheno distingueret: *Parvique Bononia Rheni*, inquit: nam Bononiam Rhenus præfluit, quem accolæ *Reno* vocitant. HæRD.

15. *Sturam*, etc. Sic MSS. proxime laudati. Libri vulgati mendose *Morgum*. Ennodius in carmine quo iter per Cottias Alpes describit: « Duria nam, Sessis, torrens vel Stura, vel Orgus. » Stura nomen hodieque retinet, haud procul Augusta Taurinorum. Orgum *Orco* vocant accolæ. HæRD.

16. *Durias duas*. Ita libri omnes: etsi ex Grammaticorum legibus *duos* rectius videatur. Duria minor *Doria riparia* Taurinensem agrum: major, *Doria Baltea*, Montisferrati

partem alluit, quæ Boream spectat. HæRD. et Ed.

17. *Sessiten*. Qui Sessis Ennodio dicitur: Vercellensibus accolis, *la Sesia*. HæRD.

18. *Ticinum*. *Tesino*. Papiam alluit, *Pavie*, cui et suum nomen imperit. Lambrum *Lambro* vocant, et *fiume di Marignano*: inter Ticinum et Placentiam: mox Addua, hodie *Adda*, supra Cremonam, Pado excipitur: Ollius, *Oglio*, inter Cremonam et Mantuam. Hanc denique Mincius alluit, *Menzo*. Ulvorum Lambrum, cæruleum Adduam, pigrum Mincium appellat Sidonius, lib. I, epist. v. De amne Addua multa Cassiodorus pereleganter, lib. XI, epist. xiv. HæRD.

19. *Ollium*. Dalecamp. et Elz. *Olium*. Ed.

20. *Quamquam deductus*. Elz. *deductus*. Ed. — Divisus, distractusque plurimis, inquit, manu factis fossis fluminibusque, inter Altinum et Ravennam, cxx m. passuum spatio Padus attenuatur exhauriturque: nihilominus qua parte majorem evomit vim aquarum, non stagna sive paludes, sed maria septem facere dicitur. HæRD.

21. *Per CXX*. Deest ap. Dalec. et Elz. vox *per*. Ed.

22. *Qua*. Sic ap. Chiff. Dalec. *quia*. Ed.

ista¹ fossa Ravennam trahitur, ubi Padusa² voca- 5
 ondam Messanicus³ appellatus. Proximum⁴ inde
 magnitudinem portus habet, qui Vatreni⁵ dicitur,
 udius⁶ Cæsar e Britannia triumphans, prægrandi
 10 verius quam nave intravit Adriam⁷. Hoc ante
 im ostium dictum est, aliis Spineticum⁸, ab urbe
 quæ fuit⁹ juxta prævalens, ut Delphicis¹⁰ creditum
 auris, condita a Diomede. Auget ibi Padum Va-
 amnis, ex Forocorneliensi agro.
 imum inde ostium Caprasia¹, dein Sagis : dein 6

ista fossa. Lego, *Augusta*
 1e MSS. Reg. 1, 2. Sic
 esse emendandum recte
 Cluverius et Cl. Rezzoni-
 —Male, ut puto, *Angusta*
 luinus. ED.

Padusa. Virgil. *Æneid.*
 vers. 457 : « Piscosove
 dusæ. » Quem in locum
 « Padusa, inquit, pars est
 æ quibusdam locis facit
 quæ plena est cygno-
 ci hujus intellectus est ;
 a parte, qua Ravennam
 itur, Padusam vocari,
 etiam ibi Messanicum ap-
 HARD.

ndam Messanicus. Nunc
 iaro. BROT.
imum inde. Padusæ, seu
 im, nunc *Porto di Prima-*

Vatreni. Ab amne Vatre-
 uo mox, in Padum in-
 ARD.

dus. Anno U. C. 797, C.
 T. Statilio cosa. Dio, lib.
 680. HARD.

iam. Mare Adriaticum.
 lib. I, ode xxxiii : « Fre-
 Adriæ. » HARD.

8. *Spineticum.* Vet. ap. Dalec.
Spireticum. ED.

9. *Quæ fuit.* Interiisse jam ævo
 suo significat. Ab ea ostium Σπινετα
 vocat Dionys. lib. I, p. 15. HARD.
 — Hæc lectio, quam sensu carere
 ait Lætius, explosa est ap. Elz.
 repositumque est ex Chiffi. « quæ
 fuit juxta Prævalens, Delphicis (ut
 creditum est) thesauris, condita a
 Diomede. » ED.

10. *Ut Delphicis.* Spinetarum
 thesaurum Delphis ostendi solitum
 auctor est Strabo, lib. V, p. 214.
 Oppidum a Diomede conditum,
 Pseudo-Cato in Excerpt. Orig. p.
 135. HARD.

11. *Vatrenus.* Idem Saturnus vo-
 citatus, modo *Santerno*, qui forum
 Cornelii alluit, hodie, ut diximus,
Imola. Martialis, lib. III, Epigr. 67,
de pigris nautis : « Cessatis, pueri,
 nihilque mostis, Vatreno, Erida-
 noque pigriores, Quorum per vada
 tarda navigantes, etc. » HARD.

1. *Caprasia.* Caprasia, et Sa-
 gis, quæ Padi ostia fuerunt, nunc
 obscurior investigatio est, locorum
 facie immutata stagnis Comaclen-
 sibus, *Stagni di Comacchio.* Superest
 majus ibi ostium unum, quod ho-

Volane², quod ante Olane vocabatur. Omnia ea flumina, fossasque, primi a Sagi³ fecere Thusci: egesto amnis impetu per transversum in Atrianorum paludes, quæ septem maria appellantur, nobili portu oppidi Thuscorum Atriæ⁴, a quo Atriaticum mare ante appellabatur, quod nunc Adriaticum.

7 Inde ostia¹ plena: Carbonaria, ac fossiones² Philistinæ, quod alii Tartarum³ vocant: omnia ex Philistinæ fossæ abundantatione nascentia⁴: accedentibus Athesi⁵ ex Tridentinis⁶ Alpibus, et Togisono⁷ ex Patavinorum agris. Pars eorum et proximum portum fecit Brundulum⁸, sicut Edronem⁹ Medoaci¹⁰ duo, ac Fossa Clodia. His se Padus

die *Porto di Magnavacca* nominant: quod sive Caprasias, sive Sagin, possis interpretari, HARD.

2. *Volane*. Chiff. *Alana*. ED.— Ab oppido, quod huic Eridani alveo impositum est, hodieque ei ostionomen, *Porto di Volana*: amni ipsi, a Ferraria usque ad ostium, *il Po di Volana*. HARD.

3. *A Sagi*. Chiff. *Asagi*. ED.— Ita libri omnes. Oppidi id nomen videtur fuisse de quo Pseudo-Cato in Excerpt. Orig. p. 136: « post Padi ostia Ravenna... Interiit Saga, oppidum Etruscorum: ubi et Atria, a quo mare Atriaticum, quod nunc Adriaticum. » HARD.

4. *Atriæ*. Longe hæc diversa ab Adria colonia quintæ regionis, sive Piceni, de qua, cap. 18. Retinet nomen *Adria* tenuæ magnæ urbis vestigium: episcopali tamen titulo nobile, inter Padi et Athesis ostia. HARD.

1. *Inde ostia*. Quæ magis in Boream vergunt. HARD.— Bene MSS. Ambrosian. et editio princeps: « ostia plena Carbonaria. » Ostia illa

sunt *Po di Ariano*, *Porto Goro*, et *Bocca del Camello*. BROU.

2. *Fossiones Philistinæ*. Fossiones illæ Philistinæ, ut et Philistina fossa nomen trahunt a Philistæis, qui eas regiones tenuere. Nunc *Bocca della Gnoca*; *Bocca della Scovetta*, *Busa delle Tole*, *Sbocco dell' Asinino*, etc. BROU.

3. *Tartarum*. Elz. *Tartharum*. Hodieque *Tartaro*. Meminit hujus Tacitus, Histor. lib. III, cap. 9. ED.

4. *Nascentia*. Vet. ap. Dalec. *enascentia*. ED.

5. *Athesi*. MSS. Reg. editio princeps et Cl. Rezzonicus, *Atesi*. Hodie *Adige*. BROU.

6. *Tridentinis*. Eædem Rhætice appellantur, a capite Rhætice Tridento. Comitatum Tirolensem a Venetis, ab Insubribus Rhætos determinant. HARD.

7. *Togisono*. Vet. ap. Dalec. *Vigisono*. Hodie *Bacchiglione*. ED.

8. *Brundulum*. Nunc quoque *Brondolo*. HARD.

9. *Edronem*. Nunc *Chioggia*. H.

10. *Medoaci duo*. MSS. Reg. editio

et, ac per hæc effunditur : plerisque, ut in Ægypto
 3, quod vocant Delta, triquetram figuram inter Alpes
 e oram maris facere proditus, stad. duum M. circuitu.
 4 a Græcis Italiæ rationem¹¹ mutuari. Metrodorus¹² 8
 5 Scepsius dicit, quoniam circa fontem arbor multa
 icea, quales¹³ gallice vocentur Padi, hoc nomen
 pisse. Ligurum quidem lingua amnem ipsum Bodin-
 14 vocari, quod significet fundo carentem. Cui argu-
 to adest oppidum juxta Industria¹⁵, vetusto nomine
 ncomagus, ubi præcipua altitudo¹⁶ incipit.
 XI. (xvii.) Transpadana appellatur ab eo regio unde
 17, tota in mediterraneo, cui maria cuncta fructuoso
 18 important. Oppida : Vibi³ forum, Segusio⁴. Coloniae

eps et Cl. Rezzonicus, *Me-
 duo*. BROX. — *Brenta* et *Bren-
 accolæ* vocant. Fossa Clodia
 hi esse videtur, quam nunc
 m Paltanam appellant. HARD.
 . *Rationem*. Proponebat Dalec.
 :ionem. ED.

. *Metrodorus*. Et Pseudo-Cato
 cerpt. Orig. pag. 135 et 136.
 ger, Exercit. 37, pag. 154, ab
 um voce *Pad*, quæ campum
 icet, Padum appellatum esse
 lenagius in Origin. Ital. pag.
 a græca voce Βάδος, quæ pro-
 um sonat, Padi nuncupationem
 at. HARD.

. *Quales*.... accepisse. Dalec. et
 « quæ pades gallice vocetur,
 m hoc nomen accepisse. » ED.
 . *Bodincum*. Malebat Dalec.
 igum. Polybius, lib. II, ab ac-
 ait Βόδιον vocari. Nic. Cho-
 lib. II Hist. Delphin. pag. 94,
 oculam *Inc*, sine; *Bod* (unde
 s etiamnum *le Bout*) finem,
 um, sive extremum significare:

Bodincum proinde, voce ex utra-
 que conflata, fundo carentem so-
 nare. HARD.

15. *Industria*. *Casal*, de quo cap.
 7, in regione Italiæ nona. HARD.

16. *Altitudo*. Padi fluminis. H.
 XXI. 1. *Undecima*. Vet. ap. Da-
 lec. nona. ED.

2. *Fructuoso alveo*. Bene MSS.
 Reg. 1, Ambrosian. et Cl. Rezzo-
 nicus, *fructuoso alveo importat*. Nec
 aliter Plinius, lib. XIX, cap. 1 :
 « Ignoscat tamen aliquis Ægypto
 serenti ut Arabiæ Indiæque merces
 importet. » Padus autem maria
 cuncta seu cunctas maris opes trans-
 padanæ regioni importabat. BROX.
 — Placebat et Lætio ea lectio,
 quam fors an et ego malle, quam-
 vis cum Hard. legamus *important*.

3. *Vibi forum*. Bene MSS. Reg. 1
 et editio princeps, *Vibiforum*. BROX.
 — Vet. ap. Dalec. *Biviforum*. Ho-
 die *Castel fiore* in Taurinorum fini-
 bus, si audiantur Harduin. et d'AN-
 VILLE; *Revello*, si Broterius : situm

ab Alpium radicibus, Augusta⁵ Taurinorum, antiqua Ligurum stirpe, inde⁶ navigabili Pado. Dein Salassorum⁷ Augusta Prætoria, juxta geminas Alpium fores⁸, Graias⁹ atque Pœninas. His Pœnos¹⁰, Graiis Herculem transisse a memorant. Oppidum Eporedia¹¹, Sibyllinis¹² a populo

ignorari merito confitetur Mannerus. ED.

4. *Segusio*. Nunc *Susa*, in Galliæ Italiæque confinio. ED.

5. *Augusta Taurin*. Nummus Neronis in Thes. Goltzii, pag. 240, COL. IVL. TAURINOR. Hodie *Torino* incolis. HARD.

6. *Inde navigabili Pado*. Chiffli. « inde navigabili Pado, antiqua Ligurum stirpe. » ED.

7. *Salassorum*. Vet. ap. Dalec. *Salanorum*. Σαλασίων Ἀδύουσα Πρατορία κολωνία, apud Ptolem. lib. III, cap. 1, et in nummo Tiberii apud Goltz, pag. 237. Augusta, quod jussu et auspiciis Augusti condita. Prætoria, quod Prætorianorum colonia eo deducta, anno U. C. 729. Vide Dionem, lib. LIII, pag. 514. Nomen antiquum retinet, *Aosta* et *Augusta*, Italis: nobis *Aouste*. H.

8. *Fores*. Sic ap. Chiffli. Dalec. et Elz. *Fauces*. ED.

9. *Graias*, etc. Bene MSS. Reg. Ambrosian. et Cl. Rezzonicus, « Graias atque Peninas. » Brot.—Plura videas insequenti nota. ED.—Graiurum Alpium tractusa monte Ceniso, hoc est, ab Alpibus Cottii usque ad Pœninas pertinet, quas vulgo vocant, *Monte di S. Bernardo maggiore*. Galli, *le grand St. Bernard*. HARD.

10. *His Pœnos*. Unde fortean Alpibus nomen. Nam Ptolemæus, lib. II, cap. 12, τὰς Πονῶς vocat. Et

apud Gruter. pag. 376, VALLIS PœNIN. Negat tamen Livius, lib. XXI, cap. 38, a transitu Hannibalis Pœni Alpes dictas esse Pœninas: sed Penninas potius ab eo quem summo sacro vertice Pœninum montani appellabant. Inscriptionem refert Sponius, lib. de ignotis Diis, pag. 22. DEO. PœNINO. Pœninus itaque verticem montis sonat, ut hodieque apud Aremoricos Galliæ populos, *Pen* caput et vertex est. Quid quod nihil de Pœnorum transitu Plinius asseverat, sed vulgarem solum famam refert: nec obscure innuit, sibi esse incompertum, quos fama illa Pœnos intelligat: num Hannibalem cum suo exercitu, num vero Hasdrubalem, qui duodecim post annis ex Hispania in Italiam venit. Illic transisse Hannibalem, ubi nunc est Pignerolium oppidum, putat Nic. Chorier, lib. III, pag. 145. Eruditam de eo argumento concertationem habet Honor. BOUCHE, lib. I, cap. 4, p. 396, etc. HARD.—Nostrum quoque videas de Alpibus ab Hannibale superatis excursus, auctore Ph. DE LARENDAIÈRE, in IV Livii nostri tomo. ED.

11. *Eporedia*. Ἐπορῆδια Ptolemæo, in Salassis, lib. III, cap. 1. Nunc *Lamporeggio*, et *Ivrea*, et *Invrea*, ad Duriam majorem. HARD.

12. *Sibyllinis*... jussis. Dalec. et Elz. « Sibyllinis libris a populo

no conditum jussis. Eporedias¹³ Galli bonos equorum tores vocant. Vercellæ Libicorum¹⁴ ex Sallyis ortæ, ria¹⁵ ex Vertacomacoris, Vocontiorum¹⁶ hodieque pation (ut Cato¹⁷ existimat) Ligurum: ex quibus¹⁸ Levi et ci condidere Ticinum¹⁹, non procul a Pado: sicut Boii²⁰ Alpes provecti, Laudem Pompeiam²¹, Insubres olanum²². Orobiorum stirpis esse, Comum²³, atque³ omum, et Licini²⁴ forum, et aliquot circa populos auest Cato: sed originem gentis ignorare se fatetur, docet Cornelius Alexander ortam a Græcia, intertione etiam nominis, vitam²⁵ in montibus degenti-

o condi jussum. » Chiff. llinis... conditum. Jussisse dicas. » ED.

Eporedias. Dalec. et Elz. *licas.* Vet. ap. Dalec. *Ipo-* *llii* ap. Lætium, *Puredias.* ED. *Libicorum.* Vet. ap. Dalec. *rum.* ED. — Libicorum genquit, quæ ex Salluviis ortum caput Vercellæ fuit. Nunc e *Vercelli* incolis, nobis *Versessim*, vel *Sessiten* amnem. apud Ptolem. lib. III, c. 1, iomen. De Salluviis diximus. HARD.

Novaria. Ptoleimæo *Novapia*, mbribus. Hodie *Novara*, in a *Mediolanensi.* HARD.

Vocontiorum. De his egimus. Horum pars quædam *Vercori* fuere: cujus nominis um in eo agro servari, qui *Vercors* appellatur in Delu, auctor est Nic. CHORIER, pag. 11. HARD.

Non ut Cato. Vide *Pseudom*, in *Excerpt. Orig.* pag. HARD.

Ex quibus Levi, etc. — MS.

Reg. 1, *Levi.* BROU. — *Ex quibus.* Ex *Liguribus.* Liv. lib. V, c. 35, et lib. XXXIII, c. 37, antiquam gentem *Lævos Ligures* vocat, incolentes circa *Ticinum* amnem. HARD.

19. *Ticinum.* *Pavie.* HARD.

20. *Trans Alpes provecti.* *Lego transalpius provecti.* Ita MSS. Reg. 1 et 3, editio princeps. Male in recentioribus emendatum, *trans Alpes provecti.* BROU. — Elz. *trans Alpes provecti.* ED.

21. *Laudem.* Ad ripam *Adduæ* fluminis, *Lodi*, vel potius, *Lodi Vecchio*, vicus a *Lodi* dissitus 111 mill. pass. occidentem versus. ED.

22. *Mediolanum.* *Milano* incolis, *Gallis*, *Milan.* *Mediolanium* habent inscriptiones veteres apud *Matium*, lib. III *Opinion.* p. 162. H.

23. *Comum*, etc. Illud *Como*, istud *Bergamo.* HARD.

24. *Et Licini forum.* MSS. Reg. 1, 2, et editio princeps, et *Licini-forum.* BROU. — Sic legitur ap. Dalec. et Elz. Situs omnino ignoratur. ED.

25. *Vitam in mont.* A vocibus Græcis ὄρος et βίος· παρὰ τὸ τὸν βίον ἐν ὄρει. HARD.

bus. In hoc situ interiit oppidum Orobiorum Barra, unde Bergomates Cato dixit ortos, etiamnum prodente se altius²⁶ quam fortunatius situm²⁷. Interiere et Caturiges²⁸ Insu-
brum exsules, et Spina supra²⁹ dicta. Item Melpum opu-
lencia præcipuum, quod ab Insubribus, et Boiis, et Se-
nonibus deletum esse eo die, quo Camillus³⁰ Veios ceperit,
Nepos Cornelius tradidit.

XXII. (XVIII.) Sequitur decima regio Italiæ, Adriatico¹
mari apposita: cujus Venetia: fluvius Silis² ex montibus
Tarvisanis³. Oppidum Altinum⁴, flumen Lipientia⁵ ex

26. *Altius quam.* Quoniam id oppidum Barra appellatum, in editi montis vertice olim conditum, Catonis autem ætate jam deficiens atque caducum, et paulo post funditus interiturum fuit: vere is in historiis suis, altius quam fortunatius situm prodidit. HARD.

27. *Situm.* Dalec. et Elz. *sitos.* ED. — in Chiffi. et vetustis codicibus *situm*, non *sitos*: ut oppidum Orobiorum respiciat potius, quam Bergomates. DALEC.

28. *Caturiges.* Vet. ap. Dalec. *Caturgi.* Hos D'ANVILLE a Galliæ Caturigibus ortos putat, qui inter Ebrodunum, *Embrun*, et Vapincum, *Gap*, in ea Galliæ provincia quæ nobis dicitur *département des Hautes-Alpes*, loco hodie dicto *Chorges*, habitaverunt, et fortasse cum Belloveso in Italiam transierunt. Vid. inf. cap. 23. not. 23. ED.

29. *Supra dicta.* Sup. cap. HARD.

30. *Camillus.* De Veiiis a Camillo dictatore expugnatis, vide Liv. lib. V, cap. 21. ED.

XXII. 1. *Adriatico mari apposita: cujus Venetia, fluvius Silis, etc.* Sic libri omnes MSS. editique ante Hermolaum, qui omnium codicum

fide spreta legit, *mari apposita: Venetia, cujus fluvius, etc.* præpostere scilicet translata Venetia. Secus enim Venetia tantum hæc decima regione continebitur: id quod falsum esse constat, ex Carnorum et Iapydum regionibus, extra Venetiam quidem sitis, verumtamen huic decimæ regioni Italiæ mox attributis. Venetia autem non est hoc loco nomen urbis Venetiarum, sed provinciæ nomen est, quæ olim in superiorem et inferiorem dividebatur: ex utraque autem postea confluentes populi, præcipue ex Patavio, Aquileia, Altino, urbem cognominem condidere, *Venezia*. Gallis *Venise*. HARD.

2. *Silis. Sile,* Tarvisium alluit, *Trevigio*, Gallis *Trévis*. ED.

3. *Tarvisanis.* Sic ap. Chiffi. Dalec. et Elz. *Taurisanis*. ED.

4. *Altinum.* Oppidi ruinæ *Altino* vocatæ, auctore D'ANVILLE, exstant haud longe a Silis ostio. Hunc ejus situm docent Tacitus, lib. III, et Martialis, lib. IV, Epigr. 25, cujus titulus, *De littoribus Altini*. HARD. et ED.

5. *Lipientia.* Nunc *Livenza*, cum portu cognomine. HARD.

tibus Opiterginis⁶, et portus eodem nomine: colonia, *xordia*⁷: flumina et portus, Romatinum⁸: Tilaventum⁹ majus, minusque, Anassum¹⁰, in quod Varramus ait: Alsa¹¹, Natiso¹² cum Turro, præfluentes Aquileia¹³ coloniam xv¹⁴ m. pass. a mari sitam. Carnorum¹⁵ regio, junctaque¹⁶ Iapydum: amnis Timavus, castel-

Opiterginis. Juxta oppidum regium, nunc *Oderzo*, ad am-
Montegano, qui in Liquentiam
Incolæ Opitergini Floro,
V, c. 2. HARD. et ED.

Concordia. Nomen hodieque
t, ad dextram Romatini am-
ipam. Ptolemæo, lib. III,
1, in Carnis, Κονωροδία κελω-
lard.

Romatinum. Nunc *Lemene*:
rdiam, ut diximus, præfluit,
isque ostiis in Adriaticum
influit, quorum ad dextrum
tur hodie portus *S. Marghe-*
qui fortasse portus Romati-
fuit. ED.

Tilaventum. Lego *Tiliaventum*
minusque, ex MSS. Reg. Am-
m. et Cl. Rezzonico. Βροτ.
αούμπρος Ptolemæo: accolis
mento. In ostio portum efficit
ognominem. Inter Romati-
et hoc Tilaventum majus,
lus labitur, cui nomen est
rana. Id Tilaventum minus
Plinio suspicamus. HARD.

Anassum. Lego *Anaxum*: ita
Reg. Ambrosian. editio prin-
et Cl. Rezzonicus. Βροτ. —
ap. Dalec. *Anassus*. In MSS.
Colb. etc. *Varianus* alter amnis
r; in MS. Reg. 2, *Varramus*,
nomen et in Dalec. legitur.
sum nunc *Stella* est, quocum

in paludibus miscetur Varramus,
accolis nunc *Revonchi* dictus, ut
nobis quidem videtur. ED.

11. *Alsa.* Nunc *Ansa*: haud pro-
cul Aquileia labitur. HARD.

12. *Natiso.* Νατίσων Ptolemæo,
lib. III, cap. 1. De hoc Jornandes,
lib. de Rebus Geticis: « Aquileiæ
muros, inquit, ab oriente Natiso
atnis elambit. » In quo erravit,
ut puto; namque Natiso hodie *Nat-
tisa* dictus ab occidente Aquileiam
præfluit, Turrusque hodie *Thier*
vocatus, ab oriente. Pro *Turro*
MSS. Reg. Colb. etc. habent *Tar-
ro*. ED.

13. *Aquileia.* *Aquileia* nunc quo-
que Italis; Gallis *Aquilée*. Oppidum
quondam inclytum, nunc pæne
dirutum, vix domos xxxv com-
plectitur. HARD.

14. *XV M.* Dal. et Elz. *XII M.*
Nunc duobus tantum pass. milli-
bus a mari abest. ED.

15. *Carnorum hæc regio.* In qua
Concordia, Aquileiaque, coloniz
continentur, teste Ptolemæo, lib.
III, cap. 1. HARD.

16. *Junctaque.* Vet. ap. Dalec.
juncta Iapydum regioni. ED. — Quæ
Carnis, inquit, conjungitur regio,
Iapydum est: a Timavo incipit. A
Strabone, lib. VII, p. 314, Ἰάπυ-
δος nominantur: Ἰάπυδος Ptole-
mæo, lib. II, cap. 17. HARD.

*Ægida*⁸, *Parentium*⁹ : colonia, *Pola*¹⁰, quæ nunc *Pietas Julia*, quondam a *Colchis* condita. *Abest* a *Tergeste* c. m. pass. Mox oppidum *Nesactium*¹¹ : et nunc *finis*¹² *Italiæ* fluvius *Arsia*¹³. *Polam* ab *Ancona* trajectus cxxx¹⁴ m. pass. est.

3 In mediterraneo regionis decimæ, coloniæ : *Cremona*¹⁵, *Brixia*¹⁶, *Cenomano*rum agro : *Venetorum*¹⁷ autem, *Ateste*¹⁸ : et oppida *Acelum*¹⁹, *Patavium*²⁰, *Opitergium*, *Belunum*, *Vicetia* : *Mantua* *Thuscorum* trans *Padum* sola²¹ reliqua.

tem vero est π stadium mensura, quam dant plerique. ED.

8. *Ægida*. Mox *Justinopolis* appellata, nunc *Capo d'Istria*. Vide inscriptionem vet. apud Cluver. lib. I Ital. pag. 210. HARD.

9. *Parentium*. Nunc *Parento*, cum portu celebri. Παρέντιον, πόλις καὶ λιμὴν Ἰστρίας, Stephano. HARD.

10. *Pola*. *Mela*, lib. II, cap. 3 : « sinus Polaticus, inquit, et *Pola* quondam a *Colchis*, ut ferunt, habitata in quantum res transeunt : nunc Romana colonia. » Hodie *Pola*. HARD.

11. *Nesactium*. Vet. ap. Dalec. *Nesantium*. ED. — Ptolem. lib. III, cap. 1, Νέσακτον τέλος Ἰταλίας. Hujus oppidi mœnia amne præterflui *Livius* prodidit, lib. XLI, cap. 11, haud dubie *Arsia* fluvio, qui *finis Italiæ* mox dicitur. Quamobrem non aliud id fuit, quam quod hodie *Castel Nuovo* dicitur, in ipso *Arsiæ* ostio positum, *Arsa*. HARD.

12. *Finis Italiæ*. Et decimæ regionis. HARD.

13. *Arsia*. Chiffi. *Myrsia*. ED.

14. CXXX. Dal. CXX. Vix c. m. pass. est recto cursu. ED.

15. *Cremona*, etc. Ptolemæo, lib. III, cap. 1, Κρέμωνα κολωνία,

in *Cenomani*s. Deductam eo coloniam, anno U. C. 536, P. Corn. Scipione, T. Sempron. Longo cos. auctor est *Livius*, lib. XXI, c. 25, et epitomator ejus in fine libri XX. Hodieque *Cremona*. HARD.

16. *Brixia*. *Brescia*, *Cenomano*rum gentis caput *Brixia* appellatur a *Livio*, lib. XXXII, cap. 30, et apud Ptolem. loc. cit. Κανομένων Βριξία. Coloniam vocat inscriptio vetus apud Cluver. lib. I Ital. antiq. pag. 252. HARD.

17. *Venetorum* autem, *Ateste* : et oppida, etc. Vet. ap. Dalec. : « *Venetorum* autem *Adria*. *Ateste* et oppidum, etc. » ED.

18. *Ateste*. Nunc voce diminuta, *Este*. HARD.

19. *Acelum*. Ptolemæo, Ἄκελον, non Ἄκεδον. Hodie *Azolo*, supra *Tarvisium*. HARD.

20. *Patavium*. Nunc *Padova* incolis, Gallis *Padoue*. Ὀπιτέργιον deinde Ptolemæo, lib. III, cap. 1, in mediterraneis *Venetorum* oppidis, nunc *Oderzo*, in *Marchia Tarvisana*. Βέλουον quoque ibidem, *Belluno*. *Vicetia*, *Vicenza*, inter *Veronam* et *Patavium*. HARD.

21. *Sola reliqua*. Ex iis urbibus quas *Tusci* trans *Padum* condide-

Venetos Trojana²² stirpe ortos, auctor est Cato: Cenomanos juxta Massiliam habitasse in Volcis²³. Fertini²⁴, et Tridentini²⁵, et Berunenses²⁶, Rhætica oppida: Rhætorum et Euganeorum Verona²⁷, Julienses²⁸ Carnorum. Deim quos scrupulose dicere non attineat, Alutrenses²⁹, Asseriates, Flamonienses³⁰ Vanienses, et alii cognomine Culici: Forojulienses³¹ cognomine Transpadani, Foretani, Nedi-

runt, quum rerum tota fere Italia potirentur. Idcirco Virgilio, lib. X *Æneid. Mantua dives avis dicitur, et Tusco ei de sanguine vires*. H.

22. *Trojana stirpe*. Antenore ducere, si Livio credimus, initio l. I. H.

23. *In Volcis*. Utramque Rhodani ripam Volcæ quondam tenuere. Auctor Livius, lib. XXI, cap. 26. Finibus suis egressos e Gallia Cenomanos, cum Beloveso, Ambigati Biturigum et totius Celticæ regis nepote, docet Livius, lib. V, cap. 35, ubi Cenomanos Aulercos vocat. Consedere ii porro apud Volcas primum: mox per Taurinos saltus in Italiam prorupere, Brixiamque, Veronam, Cremonam, et Mantuam construxere. Vide P. *Ægid. Laccary*, lib. II de Colon. Gallor. cap. 6, p. 94. H.

24. *Fertini*. Ita libri omnes, præter Vet. ap. Dalec. qui *Felstrini*, haud dubie pro *Feltrini*, ut habet Cassiodorus. Antonino quoque *Feltria*, in Rhætia oppidi nomen est, a Tridento m. pass. LIV: nunc *Feltre*, supra Tarvisium. H.

25. *Tridentini*. Tridentum, *Trento*, ad amnem Athesim. HARD.

26. *Berunenses*. In MSS. ubique *Beruenses*. Male, ut puto, Harduinus Millerusque eos cum Belunensibus modo appellatis confundunt. ED.

27. *Verona*. *Verona*, quam Athesis hodie mediam secat. Cenomanis a Ptolemæo adscribitur. HARD.

28. *Julienses*. Quorum *Ἰούλιον Κάρινικον* Ptolemæo, lib. II, cap. 14. Exstare hujus vestigia aiunt circa Tilavempti amnis initia, loco dicto *Zuglio*, si audiatur D'ANVILLE. ED.

29. *Alutrenses*. Dalec. *Alutraenses*. Deinceps alphabeti ordine populi recensentur: in mediterraneo regionis decimæ omnes positi. Ita MSS. omnes. Cave porro hos putes ab Alvona, de qua cap. 25, cognominatos, aut ab Aloo oppido, de quo Stephanus verbo *Φλάνων*, quum id in ora sit positum: in mediterraneo, Alutrenses. Omnino hi et Asseriates ignorantur. H. et ED.

30. *Flamonienses*. Non a Flanona, de qua cap. 25, quæ urbs littoralis est, sed a Flamonia, quæ nunc *Flagogna*, haud procul ripa Tilavempti amnis. HARD.

31. *Forojulienses*. Transpadanorum cognomen his fuit, quod et alii Forojulienses Cispadani erant in Umbria, de quibus cap. 19. Provinciam occupaverunt, quam ex eorum nomine Itali *Friuli*, Germani *Friaul*, Galli *Frioul* vocant. Oppido eorum nomen hodie esse *Cividale* ait D'ANVILLE. Foretani omnino ignorantur. ED.

nates³², Quarqueni³³, Taurisani³⁴, Togienses, Barbari³⁵.

4 In hoc situ interiere per oram Iramine, Pellaon, Palsatium³⁶: ex Venetis Atia, et Cælina: Carnis, Segeste, et Odra: Tauriscis Noreia. Et ab Aquileia ad duodecimum lapidem, deletum oppidum etiam invito senatu, a Claudio Marcello, L. Piso auctor est. In hac regione et xi³⁷ lacus inclyti sunt, amnesque eorum partus, aut alumni: si modo acceptos³⁸ reddunt, ut Adduam³⁹ Larius, Ticinum Verbanus, Mincium Benacus, Ollium Sebinus, Lambrum Eupilis, omnes incolæ⁴⁰ Padi.

5 Alpes in longitudinem \bar{x} pass.⁴¹ patere a supero mari ad inferum, Cælius tradit: Timagenes xxii m. pass. deductis: in latitudinem autem Cornelius Nepos⁴² centum m. T. Livius tria⁴³ m. stadiorum: uterque diversis in locis. Nam et centum millia excedunt aliquando, ubi Germa-

32. *Nedimates*. Ita MSS. non *Nedimates*, ut scribit Dalec. atque ita sane series ipsa elementorum exigit. HARD. — Nomen a Nedino, Illyrici oppido, sortiti, quod alii *Nadin*, alii *Susied* ab incolis vocari perhibent. MILLER.

33. *Quarqueni*. Qui et *Querquani*, quorum oppidum ad *Quercum* dictum, nunc agri Tarvisini vicus est, nomine *Quero*, ad amnem *Piave*, infra Feltriam, qua Tarvisium itur. MILLER et ED.

34. *Taurisani*. Vel *Tarvisani*: oppidum Tarvisium, *Treviso* incolis, nobis *Trévisé*.

35. *Barbari*. Dalec. *Varuani*. Hi et *Togienses* omnino ignorantur. ED.

36. *Palsatium*. Dalec. *Palsicium*. Omnes istæ urbes ignorantur. ED.

37. *Et XI*. Ita MSS. librique editi omnes, præter Dal. apud quem *et X* legitur. Hoc est, et in undecima regione: nam Ticinum, non

decimæ, sed præcedentis undecimæ regionis amnis est. HARD. et ED.

38. *Acceptos*. Dalec. *exceptos*. ED.

39. *Ut Adduam*, etc. Larius lacus, *Lago di Como*; Verbanus, *Lago Maggiore*; Benacus, *Lago di Garda*; Sebinus, ab oppido *Sevo*, sive *Sebo*, *Lago di Seo*, mox *d'Iseo* appellatus. Eupilis denique, *Lago di Pusiano*. HARD.

40. *Incolæ Padi*. In Padum denique confluere ait eos amnes. H.

41. \bar{x} pass. Hoc est, decies centena millia passuum. Siquidem denarii notam, superducta linea, signare decies: atque in hujuscemodi, centena millia semper intelligi, sæpius ante admonuimus. HARD. — Vet. ap. Dalec. et Chiff. *X. M. pass.* ED.

42. *Nepos centum M.* Tol. et Salm. *Nepos col. M.* ED.

43. *Tria millia stad.* Hoc est, cccclxxv m. pass. HARD.

niam ab Italia submovent : nec LXX M. explent reliqua sui parte graciles, veluti naturæ providentia. Latitudo Italiæ, subter radices earum a Varo, per vada Sabatia, Taurinos, Comum, Brixiam, Veronam, Vicetiam⁴⁴, Opitergium⁴⁵, Arsiam, DCCXLV⁴⁶ millia passuum colligit.

XXIV. (xx.) Incolæ Alpium multi populi, sed illustres a Pola ad Tergestis regionem Secusses¹, Subocrini, Catali, Monocaleni, juxtaque Carnos quondam Taurusci appellati, nunc Norici². His contermini Rhæti³ et Vindelici, ompes in multas civitates divisi. Rhætos⁴ Thuscorum prolem arbitrantur, a Gallis pulsos duce Rhæto. Verso⁵ deinde Italiam⁶ pectore Alpium, latini juris Euganeæ gentes, quarum oppida xxxiv enumerat Cato. Ex iis Triumpilini⁷, venalis cum agris suis populus : dein Ca-

44. *Vicetiam*. Vet. ap. Dalec. *Vincetiam*. Ed.

45. *Opitergium*, *Arsiam*. Dalec. *Opitergium*, *Aquileiam*, *Tergeste*, *Polam*, *Arsiam*. Ed.

46. *DCCXLV* millia. Ducto itinere paulo longiore per diverticula oppidorum. HARD.—Tol. et Salm. *DCCXIII*; Dalec. *DCCII*. Ed.

XXIV. 1. *Secusses*. In MSS. *Fecusses*; Chiffi. *Fecusses*. Subocrini, ab Ocre fortassis oppido vetere cognominati, de quo cap. sup. Catali (sic enim MSS. habent Reg. Colb. etc. non *Catili*, quod dat Dalec.) in veteri inscriptione laudantur, Tergestæ reperta, quam Gruterus recitat, p. 408. H. et Ed.

2. *Norici*. De his dicetur cap. 27. HARD.

3. *Rhæti*. Rhæti hodie, *pays des Grisons et Tyrol*. Vindelici, a Brigantino lacu ad Ænum amnem, qua in Danubium influit, tenere, ubi nunc Bavaria. HARD.

4. *Rhætos Thuscorum*. Id quoque Justinus prodit, lib. XX, cap. 5, pag. 337 editionis nostræ: « Tuscique duce Rhæto, avitis sedibus amissis, Alpes occupavere, et ex ducis nomine gentes Rhætorum condiderunt. » Ed.

5. *Verso deinde*. Qua deinde versus Italiam spectant Alpium juga, ibi Latii jure donatæ Euganeæ gentes. Ab Euganeis Veronam esse conditam, sup. cap. vidimus. Verum caput Euganeorum gentium fuisse videtur oppidum nobile, quod adhuc vetustum retinet nomen, *Lugano*, ad lacum cognominem, *Lago di Lugano*, inter lacum Verbanum, *Lago Maggiore*, et lacum Larium, *Lago di Como*. HARD.

6. *Deinde Italiam*. Vet. ap. Dalec. *deinde in Italiam*. Ed.

7. *Triumpilini*. Quorum ager nunc *Val Trompia* dicitur Manner-to. Vallis est, quam Mela amnis per xxv M. pass. secat, cujus fauces

muni⁸, compluresque similes finitimis attributi municipiis. Lepontios⁹, et Salassos¹⁰, Tauriscæ¹¹ gentis idem Cato arbitratur. Cæteri fere Lepontios relictos ex comitatu Herculis, interpretatione¹² græci nominis credunt, præustis¹³ in transitu Alpium nive membris : ejusdem exercitus et Graios fuisse, Graiarum Alpium incolas, præstantesque genere Euganeos, inde¹⁴ tracto nomine. Caput eorum Stonos¹⁵ : Rhætorum Vennonetes¹⁶, Sarunetes-

ab urbe Brixia, v. m. pass. distant. De his in Trophæo inferius. HARD. et ED.

8. *Camuni*. Καμουνοι Straboni, lib. IV, pag. 206, quos cum Lepontis copulat. Vallis est Rhætici juris, quæ a priscis cultoribus retinuit nomen, *Val Camonica*, supra Sevinum lacum. Ita Honor. BOUCHE, lib. III, cap. 1, p. 100. De his rursum inferius. Καμουνοιον Dioni, lib. LIV, pag. 534. HARD.

9. *Lepontios*. Hi valles eas tenere quæ sunt circa Verbanum lacum, *Lago Maggiore* : inter quas *Val d'Osula*, et ea quam Ticinus secat amnis : incolis *Val Leventina*, quasi Lepontina dicta. Ita Honor. BOUCHE, pag. 102. HARD.

10. *Salassos*. Quorum regio nunc *Valle d'Osta* : oppidum Augusta Prætoris, ut diximus cap. 21. H.

11. *Tauriscæ*. Dalec. *Tauricæ*. ED.

12. *Interpretatione*. A Græca voce λείπω, *linquo* : quod ii relictos ibi ex comitatu seu exercitu Herculis forent, Lepontii appellati. HARD.

13. *Præustis*, etc. Chiff. « perustis in transitu Alpium membris. Ejusdem exercitus et Graios fuisse, Graiarum Alpium et incolas, etc. » Dalec. « præustis intra sinus Alpium nive membris : ejusdem et Graios

fuisse, positos in transitu, Graiarum Alpium incolas. » Nos Harduinum secuti sumus, qui locum hunc ad exemplarium MSS. Reg. Colb. Chiff. et Paris. fidem accurate se refinxisse ait. ED.

14. *Inde tracto*. Quasi εὐγένειαι, vel εὐγενεῖς ob generis præstantiam dicerentur. HARD.

15. *Stonos*. Sic Harduinus; male autem, ut opinor, Broterius ex MS. Reg. 1, et ex fastis Capitolinis, DE LIGURIBUS STŒNEIS, *Stænos* restituit. Stœni enim isti Alpes non Rhæticas, sed maritimas, Liguriam versus, coluerunt, ut animadvertit Miller. inque Liguribus et ipsi censiti sunt, ut e Stephano patet : Στωῖνος πόλις Διγύρων, et ex Epitome lib. LXII Livii : « Q. Marcius consul Stœnos gentem Alpinam expugnavit », et cap. 6 : « cum Stœnis præcipua dimicatio fuit, quæ Ligurum Inalpinorum natio est. » Stoni autem, Straboni lib. IV, p. 104, Στωῖνοι dicti, fuisse videntur in agro Tridentino, prope fontes amnis *Chiese*, ad pagum *Storo*, ut opinatur Mannertus. ED.

16. *Vennonetes*. Chiff. *Vennonenses*. Ptolemæo, lib. II, cap. 12, Οὐέννωνες; Straboni, l. IV, p. 206, Οὐέννωνες. Hi regionem quæ nunc

que¹⁷, ortus Rhēni amnis accolunt: Lepontiorum, qui Viberi vocantur, fontem Rhodani, eodem Alpium tractu. Sunt³ præterea Latio donati incolæ, ut Octodurenses¹⁸, et finitimi Centrones¹⁹, Cottianæ²⁰ civitates: Caturiges²¹, et²² ex Caturigibus orti Vagienni Ligures, et qui Montani²³ vocantur: Capillatorumque plura genera ad confinium Ligustici maris.

Non alienum videtur hoc loco subjicere inscriptionem⁴ e trophæo²⁴ Alpium, quæ talis est: IMPERATORI CAESARI

Valtellina Italis dicitur, videntur incoluisse. ED.

17. *Sarunetesque*. Ita libri omnes. At rectius forte Suanetes, de quibus mox iterum in Trophæo: nam et Ptolemæus, lib. II, cap. 12, in Rhætia Suanitas agnoscit. HARD.

18. *Octodurenses*. In Notit. Prov. civitas Valensium Octodurus: nunc *Martignac en Valais*. Agri circumjacentis incolæ, *les Vaudois*. HARD.

19. *Centrones*. Κέντρονες Ptolemæo, in Graiis Alpibus, lib. III, cap. 1. In Notit. Gall. Civitas Centronum Tarantasia, *Tarantaise*, in Sabaudia ducata. HARD.

20. *Cottianæ*. Cottii regis imperio subjectæ: a quo et Alpes Cottia nomen sortitæ, hodie *le mont Cenis*. HARD. — Postea a Nerone in provinciae jus reductæ. ED.

21. *Caturiges*. Caturigum in Graiis Alpibus caput est Ebrodunum, *Ebrodunum*. Ptolemæo, lib. III, cap. 1, aliisque. Haud procul Ebroduno vicus est *Chorges*, qui haud obscura quidem prisci nominis vestigia retinet. Vide Nic. CHORIER, lib. I, p. 12, et Honor. BOUCHER, lib. III, c. 2, pag. 117. HARD.

22. *Et ex Caturigibus*. In MSS.

et vetustis editionibus pro *Caturigibus* et *ex Caturigibus orti*, legitur tantum, et (ut opinor) verius, *Eturi e Liguribus orti*. Deinde, *Vagienni, Ligures*, etc. De Vagiennis, et Capillatis Liguribus, diximus c. 7. De Montanis Silius, lib. VIII: «Tum pernix Ligur, et sparsi per saxa Vagenni.» HARD.

23. *Montani*. Quidam legunt *Appuani*, ab oppido *Appua*, hodie *Pontremoli*. DALEC.

24. *E trophæo*. Differt ab ipso trophæo arcus triumphalis, qui est Segusione, sive Susæ in Pedemontio, et alia ibi inscriptio est, cujus hæc tantum verba erui potuerunt ab oculato teste, anno 1671: IMP. CAESARI AVGVSTO DIVI F. PONTIFICI MAXIMO TRIBVNIC. POTESTATIS XV. IMP. XIII... Hanc Plinianam oportet fuisse in Comitatu Nicæensi, in pago *Torbis*, prope Nicæam. Describit eam Gruterus, usque ad ea verba, *Gentes Alpinae*, pag. cxxxvi, 7, sed ex editione Dalecampii. Addidit enim tribuniciae potestatis annum XVII, quem nulli MSS. codices, nullæ ante Dalecampium editiones habent. HARD.

DIVI F. AVG. PONTIFICI MAXIMO, IMP. XIII, TRIBVNICIAE POTESTATIS, S. P. Q. R. QVOD EIVS DVCTV AVSPICIISQVE GENTES ALPINAЕ OMNES, QVAE A MARI SVPERO AD INFERVM PERTINEBANT, SVB IMPERIVM POP. ROM. SVNT REDACTAE²⁵. GENTES ALPINAЕ DEVICTAE: TRIVMPILINI²⁶, CAMVNI, VENOSTES, VENNONETES, ISARCI²⁷, BREVNI²⁸, GENAVNES²⁹, FOCVNATES³⁰: VINDELICORVM³¹ GENTES QVATVOR, CONSVNETES, RVCINATES³², LICATES, CATENATES, AMBISVNTES³³,

25. *Redactæ. Gentes. Chiffi. re-dactæ et gentes. ED.*

26. *Camuni, Venestes, Vennonetes. Chiffi. Camuci, Vennestes, Vennonetes. Dalec. Camuci, Vennonetes. De Triumphiliorum, Camunorum et Vennonetum situ paulo ante diximus. Venostes vallem tenuere, quæ nunc Italis Val Venosco, ut ait Hard. Germanis Viestgau, ut ait Mannertus, in qua Athesis amnis oritur. ED.*

27. *Isarci. Hodie Val de Sarra, vel de Sarcha, prope Val Camonica, seu Camunos, et Ollium amnem: Rhætica ditionis. Vide Honor. BOUCHÉ, lib. III, cap. 1, p. 100. H.*

28. *Breuni. Horum meminit Tranquillus in Tiberio, cap. IX. Βρευνὸι Ptolemæo, lib. II, cap. 13, in Vindelicia. Hodie Val Brounia, vel Bregna, ad fontem Ticini amnis, prope vallem Lepontinam. Ita Honor. BOUCHÉ, loc. cit. secutus Joan. Georg. Septaplam, in Tab. Duc. Mediol. HARD.*

29. *Genaunes. Ita MSS. omnes: in editis diminuta perperam voce, Naunes. Chiffi. Gennanes. De his et de Breunis pariter Horatius, lib. IV, Ode 14: «Drusus Genau-nos, implacidum genus, Breunos-que veloces, et arces Alpihus im-*

positas tremendis Dejecit acer, etc.» Forte *Val Anagnia*, sive, ut ait D'ANVILLE, *Val d'Agno*, inter lacum Comensem, Athesimque flumen, prope Tridentum. Ita ex Lazio Honor. BOUCHÉ, p. 101. H.

30. *Focunates. Eorum nominis vestigia nonnulla reperiuntur, auctore D'ANVILLE, in vico Vogogna dicto. ED.*

31. *Vindelicorum, etc. Et in Vindelicia Κοισουάντας, et Ρουινά-τας, pro Ρουινάτας, et Δικατίους Ptolemæus agnoscit, lib. II, c. 13. Κλαυινατίους (qui Plinio Catenates, forte pro *Clatenates*), Strabo, lib. IV, pag. 206. Licates Licum amnem, *le Lech*, accolluere, primario oppido *Δαμασία*, teste Strab. loc. cit. quod postea Augusta Vindelicorum, *Augsbourg*, Honor. BOUCHÉ, loc. cit. Ceterorum situs incompetus. HARD.*

32. *Rucinates. Dalec. Virucina-tes. ED.*

33. *Ambisvntes. Ita MSS. Chiffi. Ambisones. Dalec. Abisontes. Αμβισόντιοι Ptolemæo, lib. II, cap. 14, in Norico. Rugusci, eidem Ptolemæo, lib. II, cap. 12, Ρυγούσκαι in Rhætia: ubi libri vulgati, perperam Ρηγούσκαι exhibent. Situs ignoratur. HARD. et ED.*

VSCI, SVANETES³⁴, CALVCONES³⁵, BRIKENTES, LE-
 II, VIBERI, NANTVATES, SEDVNI, VERAGRI, SA-
 I³⁶, ACITAVONES, MEDVLLI, UCENI³⁷, CATVRIGES³⁸,
 IANI³⁹, SOGIONTII, BRODIONTII⁴⁰, NEMALONI⁴¹, EDE-
 IS⁴², ESVBIANI, VEAMINI, GALLITÆ, TRIVLATTI,
 NI, VERGVNNI, EGVITVRI, NEMENTVRI, ORATELLI,

Suanetes. Forte qui Sarune-
 oxime ante dicti, Rheni fon-
 nicolæ. HARD.

Calucones. Chiffi. *Allucones.*
 nœo, lib. II, c. 12, Καλού-
 inter Brixantas et Suanetas.
 tum oppidum supra Triden-
 st, in Comitatu Tyroli, ho-
 e *Brizen*. De Lepontiorum
 orumque situ paulo ante hoc
 liximus. Quibus Cæsarem ad-
 scribentem, lib. III Bell.
 Rhenum oriri ex Lepontiis,
 igo spatio per fines Nantua-
 et Helvetiorum citatum ferri.
 quoque Νανουάται Straboni,
 V, pag. 192, qui eos Rheni
 im accolas facit. HARD. —
 nis oppidum hodie *Sion*, re-
 totius caput, quam vocant
lais. Veragri, ubi nunc *le*
ais, pars Delphinatus. HARD.

Salassi, Acitavones. Chiffi.
 i, *Centrones, Acitavones.* Dalec.
 i, etc. De Salassis diximus sus-
 s; Acitavones ignorantur;
 illi, *la Maurienne*, ut egregie
 it Honor. BOUCHE, p. 103.
 Sabaudia est. HARD. et ED.

Uceni. *Le bourg d'Oysans*,
 rte Gratianopolitani agri quam
 it *le Graisivaudan*. HARD.

Caturiges. *Chorges*, ut dixi-
 ED.

Brigiani. Vel Brigantii, ut
 reor, a Brigantio Delphi-

natus oppido, *Briançon*: in Alpi-
 bus maritimis, ut et Caturiges po-
 siti. Pro *Sogiontii*, vetustæ editio-
 nes habent *Sontiontii*. HARD.

40. *Brodiontii.* Sic MSS. habent,
 non *Ebroduntii*, ut legit Dalec. et
 qui iidem sunt atque Caturiges, ut
 diximus cap. 5, ubi Bodionticorum
 caput Diniam esse vidimus. At ibi
 vetustæ editiones *Bodientios* habent.
 HARD. et ED.

41. *Nemaloni.* Forte *Miolans*,
 pagus haud procul Ebroduno po-
 situs, in ditone Sabaudia. Honor.
 BOUCHE, pag. 104. HARD.

42. *Edenates, Edemnates* appel-
 lantur in vetustis editionibus. In
 diocesi Ebrodunensi urbem Sede-
 nam, *la ville de Seyne*, hos olim
 tenuisse, idem auctor probat loc.
 cit. Esubianos vero, p. 105, prope
 amnem *Hubaye*, in confinio Sabau-
 dia, Provinciaeque, in valle cui
 nomen, *Vallée de Barcelone*. Ve-
 minos in diocesi Sanitiensi, *Senes*,
 juxta *Toramos*: item Triulattos,
 ad pagum *Alloz*: Ectinos in Glandev-
 devensi ad amnem *Tinea*: in Sani-
 tiensi rursum, Vergunnos, in pago
Vergons. In Glandevensi iterum,
 oppido *Guillaumes*, Egituros: item
 Oratellos; ubi nunc *le Puget de*
Théniers: denique Velaunos, ubi
 nunc pagus *Bueil*, cui Bellio vetus
 nomen fuit. HARD. — Gallitæ Ne-
 menturique omnino ignorantur. ED.



5 NERSI⁴³, VELAVNI, SVETRI. Non sunt adjunctæ Cottianæ civitates⁴⁴ XII quæ non fuerunt⁴⁵ hostiles : item⁴⁶ attributæ municipiis lege Pompeia. Hæc est Italia diis sacra, hæc gentes ejus, hæc oppida populorum. Super hæc Italia, quæ L. Æmilio⁴⁷ Paulo, C. Atilio Regulo consulibus nunciato Gallico⁴⁸ tumultu, sola sine externis ullis auxiliis, atque etiam tunc sine transpadanis, equitum LXXX M. peditum DCC M. armavit. Metallorum omnium fertilitate nullis cedit terris. Sed interdictum id vetere consulto patrum, Italiæ parci jubentium.

1 XXV. (XXI.) Arsiæ' gens Liburnorum jungitur, usque ad

43. *Nerusi.* Ptolemæo, lib. III, cap. 13, Νερουσίων πόλις Οὐβντιον, hodie *Vence* : cui proximum est oppidum alterum, S. Pauli cognomine, *S. Paul de Vence*. De Suetris egimus, cap. 5. HARD.

44. *Civitates XII.* Chiff. XV. ED. — Civitatum nomine cave oppida intelligas, quæ hodierno usu civitatis appellatione censentur : sed communitates quasdam, quæ pagos multos continerent. Ita Cæsar, lib. I : « omnis civitas Helvetiæ in quatuor pagos divisa est. » Has civitates recte conjicit Honor. BOUCHER, lib. III, pag. 110, esse populos, qui valles has Alpium tenuerunt, quibus hæc hodie nomina : *Val de Grana, Val de Vraite, Val de Gilde, Val d'Isase, Val de Pau, Val d'Angrogne, Val de Pragelas et de Luserne, Val de Perouse, Val de Suze, Val de Lans, Val de Melon, et Val de Pont.* HARD.

45. *Non fuerunt hostiles.* Quoniam qui has Alpes tenebat rex Cottius, in amicitiam Octaviani receptus est principis, inquit Ammianus, lib.

XV, pag. 52. *Octavii* debuit dicere. HARD.

46. *Item attributæ.* Vet. sp. Dalec. sed item attributæ. ED. — Nec sunt etiam adjunctæ, inquit, eæ quæ sunt municipiis attributæ, ut eo jus peterent, sive ut eorum foro ac jurisdictioni parerent. HARD. — Lex autem Pompeia anno U. C. 664, ante Christum 88, lata fuit, uti putat Car. Sigon. de ant. jur. Ital. lib. III, cap. 2. DALEC.

47. *Æmilio Paulo.* In fastis legitur *Papo*. Sed reclamant Pliniani libri omnes, tum manu exarati, et in his etiam Noster, tum typis editi. Consulatum gessisse ponuntur ii anno U. C. 529, ante Christum 225. HARD.

48. *Gallico tumultu.* Bello Gallico Cisalpino, de quo vide Florum, lib. II, cap. 4. HARD.

XXV. 1. *Arsiæ.* Amni, de quo c. 23. De Liburniæ initio ac fine describit Flor. lib. II, c. 5 : « Illyrii, inquit, seu Liburni sub extremis Alpium radicibus agunt, inter Arsiam Titiumque flumina

en Titium. Pars ejus fuere Mentores², Hymani³, En-
 cæ⁴, Buni⁵, et quos Callimachus Peucetias appellat :
 : totum uno nomine Illyricum vocatur generatim,
 idorum pauca effatu digna, aut facilia⁶ nomina. Con-
 um Scardonitanum⁷ petunt Iapydes, et Liburnorum
 ates XIV⁸, e quibus Lacinienses, Stulpinos⁹, Burnistas,
 onenses¹⁰ nominare non pigeat. Jus Italicum habent eo
 entu Alutæ¹¹, Flanates¹², a quibus sinus nominatur :
 ii, Varvarini¹³, immunesque Assesiates, et ex insulis

sime per totum Adriani maris
 effusi. — Hunc tractum hodie
 t *la Morlaquie*. HARD.

Mentores. Μέντορες Stephano.

Hymani. Ita libri omnes. An
 tamen *Ismeni* legendum?
 supra Venetos et Istros,
 ius Chius, pag. 16, Mentos-
 at et Isménos: Ἐνετῶν ἔχονται
 ; Ἰστροὶ λεγόμενοι, ὑπὲρ δὲ τοῦ-
 ρμῶν καὶ Μέντορες. HARD.
Encheleæ. Ἐγγελαίαν Stephano:
 i, p. 9, Ἐγγελαίαι, inter Na-
 et Drilonem amnes, qui
 nis navigatione invicem di-
 HARD.

Buni. Ita MSS. omnes, Reg.
 etc. non *Dudini*, ut legit
 ED.

Aut facilia. Effatu scilicet.
 — Vet. apud Dalec. *feli-*
 D.

Scardonitanum. Ab oppido
 ma, de quo cap. seq. HARD.
 CIV. Chiff. XXIV. ED.

Stulpinos. Non *Stulpinos*; Pto-
 , lib. II, cap. 17, Στυλοῦπι-
 idis Liburnorum mediterrane-
 tem Βούρνον, a quo Burnistæ
 iiniim. HARD.

Olbonenses. Ita MSS. omnes,

Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, 3, Parm.
 edit. Barbarus *Albonenses* reposuit,
 ab Aluona Ptolemæi, lib. II, cap.
 17, de qua quum mox locuturus sit
 Plinius, qui eam Alvonam vocat,
 et littoralem recte eum Ptolemæo
 facit: sicut autem hi Olbonenses in
 mediterraneo positi: aut a vetere
 lectione minime recedendum arbi-
 trati sumus; aut Olbonenses ab
 Οὐβία, Illyridis urbe apud Step-
 hanum, reponi posse: aut denique,
 quod cuiquam forte probabitur,
Arbonenses: nam eidem Stephano
 Ἀρβῶν πόλις Ἠλυρίας dicitur. HARD.

11. *Alutæ*. Ab Aluo, sive Aloo,
 quo de oppido Artemidorus apud
 Steph. verbo Φλάνων. Μέτρα δὲ τὴν
 Ἄλων λιμὴν ἴσται Φλάνων καὶ πόλις,
 καὶ πᾶς ὁ κόλπος οὗτος Φλανωνικὸς
 καλεῖται. Plinio mox Aluona. H.

12. *Flanates*. A quibus sinus Fla-
 naticus, nunc *Golfo di Quarnero*.
 Nomen habent a Flanona: ut Lo-
 psi, a Lopsica, de quibus oppidis
 mox dicetur. HARD.

13. *Varvarini*. Non *Varubarini*,
 ut scribit Dalec. ab oppido Libur-
 norum mediterraneo Οθαρουαρία,
 Ptolemæo, lib. II, cap. 17, uti et
 Λασιότα, unde Plinio *Assesiates* mox
 appellati. HARD.

scripti in decurias⁷ CCCLXXXII⁸. Dalmatæ xxii. Decuni⁹ CCXXXIX¹⁰. Ditiones LXIX¹¹. Mazæi LII. Sardiates. In hoc tractu sunt, Burnum¹², Andetrium¹³, Tribulium¹⁴, nobilitata¹⁵ populi romani præliis castella. Petunt et ex insulis, Issæi¹⁶, Colentini, Separi, Epetini. Ab his castella, Piguntia¹⁷, Rataneum¹⁸: Narona¹⁹ colonia tertii conven-

7. In decurias. Salonitano, inquit, disceptant foro populi mox appellandi: ibique habent judicum decurias omnino CCCLXXXII. In MSS. «petunt in eam jura, juribus descriptis in decurias.» De judicum decuriis persæpe Cicero, aliique: ac Plinius in primis, lib. XXXIII, cap. 7. HARD.

8. CCCLXXXII. Ita MSS. Tol. et Salmant. At Reg. et Colb. Paris. et editio princeps CCCXLII quam lectionem secutus est Elz. Ed.—Dalmatæ. Tolet. Delmatæ. Ed.

9. Decuni. MSS. Reg. et Colb. Decuri. Forte Derrii, de quibus in hoc tractu Ptolemæus, lib. II, cap. 17, Δέρριοι, et mox Διτίωνες: item Μάζαιοι, gens Dalmatica etiam Dioni cognita, lib. LV, pag. 570. Tam Σαρδιῶται, apud eandem Ptolem. HARD.

10. CCXXXIX. Ditiones. Chiffi. CCCLXIX. Deditiones. Ed.

11. LXIX. Mazæi. MSS. Reg. I, 2. Paris. editio princeps et Elz. CCLXIX. Dalec. Mezæi. Ed.

12. Burnum. Castellum Dalmatiæ, a Liburniæ oppido cognomine: de quo sup. cap. ut apparet, diversum. HARD. — Hodie Tain, auctore d'ANVILLE. Ed.

13. Andetrium. Hactenus in libris vulgatis Mandetrium. At Ptolemæo, lib. II, c. 17, est Ἀνδέτριον, pro Ἀνδέτριον, inter mediterraneas

Dalmatiæ civitates. Dioni, lib. LVI, pag. 579, Ἀνδῆτριον, pro Ἀνδῆτριον, φρούριον ἐπ' αὐτῆ τῆ Σαλώνη, castellum Salonis adjacens. Straboni, lib. VII, pag. 315, Ἀνδῆτριον ἱερὸν χωρίον, castellum probe munitum: uti nunc quoque est, recenti nomine dictum *Clissa*. Vetus inscriptio allata a Sponio, pag. 79: ITEM. VIAM. GABINIANAM. AD. SALONIS. ANDETRIVM. APERVIT. ET. MVMIT. HARD.

14. Tribulium. MSS. Triburium; fortasse Ugliane. Ed.

15. Nobilitata P. R. præliis. Tiberio, et Germanico, illuc ab Augusto missis. Vide Dionem, lib. LVI, pag. 579. HARD.

16. Issæi. Issæi, ab Issa, de qua cap. 30. Colentini, a Colento, de qua sup. cap. Ἐπέτιον urbs est littoralis Dalmatiæ, prope Salonas, apud Ptolem. lib. II, c. 17, quam forte interdum circumfluis maris æstus ambiret, insulamque faceret. Hodie *Viscio*, prope urbem *Almissa*. HARD. et Ed.

17. Piguntia. Elz. *Peguntium*. Πηγούντιον inter oppida Dalmatiæ juxta littus posita, apud Ptolem. loc. cit. Nunc *Almissa*. HARD.

18. Rataneum. Ράτινον τῆς Δαλματίας πόλιν appellat Dio, lib. LVI, p. 578. Hodie *Mucarisca*. H.

19. Narona. Ptolemæo, lib. II, cap. 17, Ναρβονά pro Νάρανα κολο-

, a Salona LXXII M. pass. apposita cognominis²¹ sui
), a mari XX M. pass. M. Varro²² LXXXIX civitates
 nitasse auctor est. Nunc soli prope noscuntur Ce-
 .²³ decuriis XXIV, Daorizi XVII, Dæsitiates CIII²⁴, Do-
 æ XXXIII, Deretini XIV, Deremistæ²⁵ XXX, Dindari²⁶
 II, Glinditiones XLIV, Melcomani²⁷ XXIV, Naresii CII,
 ari²⁸ LXXII, Siculotæ²⁹ XXIV, populatoresque quon-
 Italiae Vardæi, non amplius quam XX decuriis. Præter 3
 enuere tractum eum Ozuæi³⁰, Partheni, Hemasini,
 itæ, Armistæ³¹. A Narone amne C M. pass. abest Epi-

immus Titi, apud Goltzium,
 ΒΑΡΟΝΑ. Hodie *Narenta*. H.
Tertii conventus. Tergeminus
 matia Liburnis que conventus
 eu Judicarium forum: Scar-
 nus, Salonitanus, et is in
 mversatur, Naronitanus. H.
Cognominis sui. Ita libri om-
 lectius, *cognomini sibi*, vel
s sui. Naronem amnem intel-
 Νάρωνα Ptolemæus vocat,
Narenta. HARD.

M. Varro. In MS. et vet.
 lec. *M.* deletur. ED.

Cerauni, etc. Καραόνιον Ptol.
 I, cap. 17. Δασίριζοι deinde
 ni, lib. VII, pag. 315. Δαι-
 ai apud eundem, pag. 314,
 σιδιᾶται, ut arbitrator, Dionii,
 V, pag. 568. Docleatæ, ab
 Δοκλία, in mediterraneo Dal-
 i, apud Ptolem. quæ adhuc
 inis nomen servat teste Hol-
 pag. 32. Incolæ Ptolemæo,
 itæ. HARD.

. CIII. Chiff. CVIII.

. *Deremistæ*. Vet. ap. Dalec.
 istæ. Omnium istorum popu-
 ignoratur situs. ED.

. *Dindari*. Ptol. Δινδάριοι H.

27. *Melcomani*. Ptolem. lib. II,
 cap. 17, Κομίνιοι, fortasse pro
 Μελοκομίνιοι, quod emendare vult
 Harduinus. Naresii, eidem sunt
 Ναρήσιοι. ED.

28. *Scirtari*. Forte *Seretti*: nam
 Σερτίτιον in hoc tractu agnoscit Dio,
 lib. LVI, pag. 579. Vel sunt ii
 potius quos Σκιρτώνας appellat Pto-
 lem. loc. cit. HARD.

29. *Siculotæ*. Σικουλῶται Ptolem.
 loc. cit. et Ουάρδοι, quos Ἀρδιαίους
 appellat Strabo, lib. VII, p. 315,
 contra insulam Pharon: Vardeos,
 Epitome Livii, lib. LVI. HARD.

30. *Ozuæi*. Ita libri omnes tum
 MSS. tum editi ante Hermolaum,
 qui *OEnei* sive *Onei* ex Ptolemæo
 reposuit, ab Oneo urbe inter Pi-
 gnentium et Naronem amnem. Ve-
 rum *Ozuæi* retinemus: siquidem
 non tunc exstantia oppida, quale
 fuisse Oneum satis constare potest,
 quum mentionem ejus fecerit Pto-
 lemæus, qui Plinio est aliquanto
 recentior: sed gentes quæ jam de-
 fecissent, procul dubio nunc ré-
 censentur. HARD.

31. *Armistæ*. Chiff. *Arenistæ*.
 Omnino ignorantur. ED.

daurum³² colonia. Ab Epidaurō³³ sunt oppida civium rom. Rhizinium³⁴, Ascrivium³⁵, Butua³⁶, Olchinium³⁷, quod antea Colchinium dictum est, a Colchis conditum: amnis Drilo³⁸, superque eum oppidum civium romanorum Scodra³⁹, a mari xvii m. pass. Præterea multorum Græciæ oppidorum deficiens memoria, necnon et civitatum validarum. Eo namque tractu fuere Labeatæ⁴⁰, Enderoduni, Sassæi, Grabæi⁴¹, proprieque dicti Illyrii⁴², et

32. *Epidaurum*. Nunc *Ragusi vecchio*: cui Ragusa nova successit. Ἐπίδευρος Ptolemæo, lib. II, c. 17. Vetus inscript. apud Goltzium: COL. EPIDAVRYM. LEG. IX. HARD.

33. *Ab Epidaurō sunt*. Hæc verba, quæ dat Chiffi. desunt apud Dalecampium. ED.

34. *Rhizinium*. Straboni, lib. VII, p. 314, et Stephano, Ρίζων. Ptolemæo Ρίζων. Hodie *Risine*, in intimo recessu Rhizonici sinus, *Golfo di Cattaro*. Oppidani, Rhizoniæ dicuntur Livio, lib. XLV, c. 26. HARD.

35. *Ascrivium*. Ἀσκρούτιον Ptolem. loc. cit. Hodie *Cattaro*. HARD.

36. *Butua*. Chiffi. *Butuanum*. Stephano, Βουθία, Scylaci quoque pag. 9. Ptolemæo, loc. cit. Βουλοβα, pro Βουτούα. Nunc *Budua*. HARD. et ED.

37. *Olchinium*. Οὐλκίνιον Ptolem. loc. cit. Nunc *Dulcigno*, in confinio Dalmatiæ, Albanisæque. Incolæ Livio Olciniatæ vocantur, l. XLV, c. 26. H.

38. *Drilo*. Δριλίων Ptolem. lib. II, c. 17. Nunc *Drino* et *Drin* dicitur. HARD.

39. *Scodra*. Dalec. *Scordra*. Ptolemæo loc. cit. Σκόδρα. Nunc *Scu-*

tari, sive *Scodar*, provinciæ caput quam Turci *Sangiac de Scodar* vocant. Recte situm ejus describit Livius, lib. XLIV, cap. 31: «Duo cingunt eam flumina, Clausala (hodie *Drinassi*) latere urbis, quod in orientem patet, præfluens; Barbano (hodie *Bojana*) ab regione occidentis ex Labeatide palude (hodie *Lac de Scutari*) oriens.» ED.

40. *Labeatæ, Enderoduni*. Chiffi. *Labeatæ Essæna, Enderuni*. ED. — Labeatum genti Gentium regem imperitasse auctor est Livius, lib. XLIII, cap. 19, et idem Labeatidem terram vocat, lib. XLIV, cap. 23. Idem Gentius Lissi regnabat, ut ex Polybio, in excerptis liquet, cap. 96, quo de oppido mox dicemus. Enderodunis caput fuit Ἐνδερρον Ptolemæo, lib. II, cap. 17, inter mediterranea Dalmatiæ oppida: nunc *Endero*, in Albania, qua Serviam spectat. HARD.

41. *Grabæi*. Forte Γαράβριοι, de quibus Strabo, lib. VII, p. 316. HARD. — Eorum nomen servat *Grabia*, auctore viro eruditissimo POUQUEVILLE, *Voyage de la Grèce*, lib. I, cap. 4, pag. 48. ED.

42. *Illyrii*. Inter Naronem et Drinum. HARD.

atū⁴³, et Pyræi⁴⁴. Retinet⁴⁵ nomen in ora Nym-
n promontorium : Lissum⁴⁶ oppidum civium roma-
i ab Epidaurō c. m. passuum. (xxiii.) A Lisso Mace-
47 provincia : gentes Partheni⁴⁸, et a tergo eorum
retæ⁴⁹. Montes Candaviæ⁵⁰, a Dyrrachio lxxxviii m.

Taulantii. De Taulantiis Il-
nte Stephanus : Macedoniæ
næo adscribitur, lib. III,
, atque eorum oppida fuisse
ium, Apolloniamque scri-
etiam Thucyd. lib. I, pag.
rd. — Regionem eos te-
quæ hodie *Musaché* dicitur,
et Pouqueville, *Voyage*
dece, lib. III, cap. 1, pag.
,.

Pyræi. De Pyræis Pompo-
b. II, cap. 3 : « Tum Py-
iburni, et Iстриa. » HARD.
Retinet nomen. Dalecampio
o vocabula supposititia vi-
Nymphæum promontorium
abo Rodoni vocatur. ED.

Lissum. Δισσός Ptolemæo,
cap. 17. Ab Anna Com-
b. XII Alexiad. oppidulum
in edito colle situm, unde
tus usque Dyrrachium pa-
rd. — Nunc *Alessio*, ad
a Drilonis amnis ripam,
iss. a mari. ED.

Macedoniæ. Nunc Albania
æcregio, Macedoniæ pro-
a Ptolemæo quoque attri-
b. III, cap. 13. HARD.

Partheni. Vet. ap. Dalec.
Παρθενός vocat Dio, lib.
176. Stephano quoque
πόλις Παρθενική τὸ ἰθνηκόν,
; Parthenorum sive Parthi-
pluribus locis meminit Li-
m lib. XXIX, cap. 12 :

« Nuntius regi venit Romanos Dyr-
rachium venisse, Parthinosque et
propinquas alias gentes motas esse
ad spem novandi res, etc. » Vicini
ergo Dyrrachio fuere, et fortasse
non immerito conjicit Pouque-
ville, *Voyage de la Grèce*, lib. III,
cap. 8, p. 372, eos habitasse circa
vicum *Presa*, leucis vii a *Durazzo*,
septemtrionem inter et ortum so-
lis. ED.

49. *Dassaretæ.* Vet. ap. Dalec.
Dissaretæ. Δασσαρητίοι Ptolemæo,
lib. III, cap. 13, et Lívio, lib.
XXVII, cap. 32. Regio ipsa Δασσα-
ρητίς, Polybio, lib. V, pag. 621.
Horum oppidum Lychnidus, Pto-
lem. Unde apud Marcellin. Com.
Lychnidensis Episcopus Illyrici
laudatur. HARD. — Lychnidus non
hodie est *Ochrida*, ut plerique di-
xerunt, sed situs fuit quatuor cir-
citer leucis ab *Ochrida* meridiem
versus, haud longe ab orientali ripa
lacus qui hodie *lac d'Ochrida* dici-
tur, ubi in colle monstrari quem
tenuit locum accipimus ab inclyto
viro Pouqueville, apud quem
plurima de Dassaretia reperias,
Voyage de la Grèce, lib. VII, cap.
6, pag. 47 et seq. ED.

50. *Candaviæ.* De his Strabo,
lib. VII, pag. 323. Apud Ptolem.
loc. cit. ΚΑΝΔΑΟΥΙΩΝ ὀρίων men-
tio, pro ΚΑΝΔΑΟΥΙΩΝ. Deserta
Candaviæ Senecæ, ep. 21, p. 230.
Qua vastos aperit Candavia saltus,

eorum, Virunum³, Celeia⁴, Teurnia⁵, Aguntum⁶, Vianiomina⁷, Claudia⁸, Flavium⁹ Solvensæ. Noricis junguntur lacus¹⁰ Peiso, deserta Boiorum¹¹: jam tamen colonia Divi Claudii Sabaria¹², et oppido Scarabantia¹³ Julia habitantur.

Danubium, Mediterraneum Alpes versus. ED.

3. *Virunum*. Apud Gruter. pag. 569, NORICUS. COL. C. VIRVNO. Apud Ptolem. lib. II, cap. 14, in Norico Οὐρουνον. Nunc, ut ait D'ANVILLE, *Wolkmarkt*, ad amnem Dravum, quem hodie *Drav* vocant incolæ, nos *la Drave*. HARD. et ED.

4. *Celeia*. Κελια Ptolem. loc. cit. Gruter pag. 130, CELEIÆ, re-
perta inscriptio in Carniolæ oppido, quod vetustum nomen retinet, *Cilly*. HARD.

5. *Teurnia*. Ptolem. loco citato, Τεουρνια. Nunc *Lurnfelde*, haud longe ab oppidulo *Spital*, auctore Mannerto. ED.

6. *Aguntum*. Ἄγουντρον Ptolem. loc. cit. Fortun. Vit. S. Mart. lib. IV, v. 646: « Per Dravum itur iter, qua se castella supinant. Hic montana sedens in colle superbit Aguntus. » Haud longe a Dravi fontibus situm fuit, juxta oppidulum *Innichen*, ut ait idem Mannertus. ED.

7. *Vianiomina*. MSS. omnes, Reg. Colb. etc. Parm. edit. *Vivana monnia*, Hermolaus ex Rhætia Ptolemæi, *Viana* primum, mox ex conjectura *Æmonia* adjecit, quam in hoc tractu agnovit nemo. Vianiomina Plinii est, quæ Antonino Vindobona, a Scarabantia, M. P. LIV, et alibi Vindomona dicitur, in itinere de Pannoniis in Gallias: apud Gruter. pag. 540, VIANNA. Incolis hodie *Wien*, nobis *Vienne* Austriæ caput. HARD. et ED.

8. *Claudia*. Κλαυδιούτων Ptolem. in Norico, loc. cit. Nunc, si Cluverio fides, *Clausen* Baviaræ vicus. ED.

9. *Flavium Solvensæ*. Apud Gruter. inscriptio reperta Cibini in Hungaria, FL. SOLVA. Hodie, ut ait Mannertus, *Solfeld*, haud longe a *Klagenfurt*. ED.

10. *Lacus Peiso*. Rectius forte *lacu Spoiso*: ut sit, lacu illo congiungi Noricis deserta Boiorum. H. — Plerique, quos inter D'ANVILLE, hunc lacum eum esse existimant quem incolæ hodie *Neusiedler See* vocant, haud longe a Vindobona: Mannertus autem, qui nomen ejus rectius Pelso scribi ait, eum esse vult quem hodie *Balaton* sive *Platten See* vocant, quem vide *Geog. der Griechen and Romer*. vol. III, pag. 565. ED.

11. *Deserta Boiorum*. Deserta hæc, quibus a Pannonia discernebatur Noricum, facile agnoscuntur in ea regione montibus et sylvis scatente qua circumdatur lacus *Balaton*. ED.

12. *Sabaria*. Hodie *Sarvar*, ad flumen *Raab*, in Hungariæ Austriæque confinio. Ibi reperta inscript. quam refert Gruterus, pag. 389, C. C. S. hoc est, Colonia Claudia Sabaria. Σαουαρία Ptolem. lib. II, cap. 15, in Pannonia superiore. Et apud Goltz. Claudii nummus, COL. SABAR. CLAVDIANA. AVGVSTA. H. et ED.

13. *Scarabantia*. A Sabaria, M.

XVIII. (xxv.) Inde¹ glandifera Pannoniæ, quæ in-
 tertia Alpium juga, per medium Illyricum a septem-
 e ad meridiem versa molli in dextra ac læva devexi-
 considunt. Quæ pars ad mare Adriaticum spectat,
 llatur Dalmatia, et Illyricum supra dictum. Ad se-
 triones Pannonia² vergit : finitur inde Danubio. In
 oloniæ, Æmona³, Siscia⁴. Amnes clari et navigabiles
 nubium defluunt, Dravus⁵ e Noricis violentior, Savus
 lpiibus Carnicis placidior, cxx⁶ m. pass. intervallo.
 us per Serretes⁷, Serrapillos, Iasos⁸ Andizetes⁹ :
 us per Colapianos¹⁰, Breucosque¹¹. Populorum hæc
 a. Præterea Arivates, Azali¹², Amantes, Belgites,

xiv, apud Antonin. Hodie
 s, sive *OEdenburg*, in eodem
 . HARD.

VIII. 1. *Inde glandifera*. Ita
 omnes, non in *glandifera*.
 st, post eas gentes, ac urbes,
 antea memoravit, glandifera
 Pannoniæ. Apud Hygenum,
 e Limitibus constit. p. 206,
 us in Pannonia sylvis glan-
 vectigal constitutum. HARD.

Pannonia vergit. Carniolæ
 n, deinde Croatiam, Scla-
 m, Hungariamque complexa,
 bium usque. HARD.

Æmona. *Laybach*, ut diximus
 12. Carniolæ primarium op-
 a. *Ἐμόνα* Ptolemæo, lib. II,
 :5, sub Norico Pannoniæ. H.
Siscia. *Σίσκια* Ptolem. loc. cit.
) *Sissek*, ad Savum amnem. H.
Dravus... *Savus*. Elz. hic et
Draus... *Saus*. Nomen retinet
 sive *Drave* et *Sau*, sive *Save*.
 et *Σαῦος* dicuntur lib. VII,
 114, Straboni, qui perperam,
 imadvertit Hard. Savum in
 um, Dravum in Noarum, et

Noarum, accepto ex Iapydibus Col-
 lapi, in Danubium influere con-
 tendit, dum, ut tradit Noster, Sa-
 vus et Dravus suo quisque alveo
 Danubium intrat. ED.

6. *CXX*. Dalec. *CXF*. ED.

7. *Serretes*. Hi et Serrapilli, Ca-
 rinthiam tenere, ripamque gemi-
 nam Dravi amnis. HARD.

8. *Iasos*. *Ἰασσίου* appellat Ptolem.
 lib. II, cap. 15. HARD.

9. *Andizetes*. Chiffi. *Sandizetes*.
 Dalec. *Sandrizetes*. *Andizetes* resti-
 tuit Hard. ex Strabone, lib. VII,
 pag. 314, in quo reperiuntur Ἀν-
 δίζηται. Ignoratur eorum situs. ED.

10. *Colapianos*. A fluvio Colapi,
 cujus mox Plinius, aliique memi-
 nere. HARD.

11. *Breucosque*. Βρεῦκοι Ptolem.
 lib. II, cap. 16, et Straboni, lib.
 VII, pag. 314. Βρεῦκοι Dionii, lib.
 LV, pag. 568. Eorum, sequentium-
 que omnium populorum situs igno-
 ratur. HARD. et ED.

12. *Azali*, etc. Ἀζαλι Ptolem.
 in Pannonia superiore, lib. II, c.
 15. Ἀμαντῆνοι, in inferiore, cap.

Italiae et Illyrici ambitu, $\overline{\text{xvii}}$. In eo duo maria (quo distinximus fine) : Ionium¹², in prima parte; interius Adriaticum, quod Superum vocant.

1 XXX. Insulae in Ausonio mari praeter jam dictas, memoratu dignae, nullae : in Ionio paucae : Calabro littore ante Brundisium, quarum objectu portus efficitur : contra Apulum littus Diomedea¹, conspicua monumento Diomedis : et altera² eodem nomine, a quibusdam Teutria appellata.

2 Illyrici ora mille amplius insulis frequentatur, natura vadoso³ mari, aestuariisque tenui alveo intercursantibus. Clarae : ante ostia Timavi, calidorum⁴ fontium cum aestu maris crescentium : juxta Istrorum agrum, Cissa, Pullaria⁵, et Absyrtides⁶ Graiis dictae, a fratre Medae ibi

citer dcc m. pass. per omnes littorum anfractus atque circuitus. — *A Drinio*, etc. Mallet Dalecamp. veterem lectionem, quae sic habet : « a Drinio ad promontorium Acroceraunium CLXX m. Agrippa prodidit : uniuersum autem hunc sinum Italiae et Illyrici ambitu XLIII . » Drinius amnis ille est quem Drilonem superius dixit, cap. 26. — *CLXXII*. Brot. ex MSS. Reg. et ed. princ. *CLXXV*. Chiff. *CLX*. Vera autem longitudo a Drinio ad promontorium Acroceraunium, hodie *capo della Linguetta*, circiter cxl m. pass. est. Ed. — $\overline{\text{xvii}}$. Sic cum Broterio legimus ex MSS. Reg. 1, 5, et edit. princ. non $\overline{\text{xliii}}$ cum Harduino, nec $\overline{\text{xli}}$ cum Chifflet. nam $\overline{\text{xvii}}$ m. pass. id est, septies decies centenis millibus passuum; non minor est totius Adriatici maris ambitus. — *Quo distinximus*. In hoc libro, cap. 16. H. 12. *Ionium*. In libris vulgatis

hactenus *Inferum sive Ionium* : at has voces *Inferum sive expungendas* admoment MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, 3, Paris. etc. a quibus absunt. Diversum enim Ionium mare ab Infero est : nihilque magis alienum a vero quam sinu hoc Europae secundo mare Inferum contineri. H.

XXX. 1. *Diomedea*. Diomedis tumulo ac delubro nobilis, ut dicitur lib. X, cap. 61. Διομήδεια Stephano et Scymno, pag. 18. HARD.

2. *Et altera*. Sic Strabo, lib. VI, pag. 234. HARD. — Tressunt contra urbem Tremoli insulae, quas *isole di Tremiti* Itali vocant, scilicet *S. Domenico*, quae videtur esse Diomedea, *S. Nicolo* et *Capraja*, e quibus utra sit Teutria incertum est. Ed.

3. *Vadoso mari*. Dalec. *vadosi maris*. Ed.

4. *Calidorum*. Meminit jam hujus insulae, lib. II, cap. 106. HARD.

5. *Pullaria*. Dalec. *Pullarias*. Ed.

6. *Absyrtides*. Iisdem verbis Ste-

interfecto⁷ Absyrto. Juxta eas Electridas vocavere, in quibus proveniret succinum, quod illi electrum appellant, vanitatis⁸ græcæ certissimum documentum : adeo ut quas earum designent, haud umquam constiterit. Contra⁹ Iader est Lissa : et¹⁰ quæ appellatæ. Contra Liburnas¹¹ Grateæ¹² aliquot : nec pauciores¹³ Liburnicæ, Celadussæ¹⁴ contra

phanus : Ἀψυρτίδας, νῆσοι πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ, ὑπὸ Ἀψύρτου παιδὸς Αἰήτου ἐν μίᾳ δολοφονηθέντος ὑπὸ τῆς ἀδελφῆς Μυδῆας. Vide etiam Hygin. fab. 23 ; Apollod. de Diis, lib. I, pag. 63 et 65. HARD.

7. *Interfecto Absyrto.* Sic MSS. omnes; quidam tamen legunt *interfecto nomine Absyrto.* DAL.

8. *Vanitatis græcæ certissimum documentum.* Quum ea appellatione nec ullæ unquam ibi insulæ fuerint, et eadem alibi statuuntur a Græcis, ut Plinius recte admonet, lib. XXXVII, cap. 11. Absyrtidibus sic junxit Electridas Scymnus Chius, pag. 16. HARD.

9. *Contra Iader.* Sic MSS. omnes librique editi, præter Chifflet. qui pro *Lissa*, *Basilissa* legit. *Lissæ* meminit Antoninus in Itiner. Marit. enumerans insulas quæ sunt inter Dalmatiam et Istriam: *Apsoros*, inquit, *Issa*, *Lissa*, etc. HARD.

10. *Et quæ appellatæ.* Hoc est, et aliæ quæ sunt a nobis supra dictæ, cap. 25. *Crexa*, *Gissa*, *Colentum.* HARD. — Harduino non assentitur Dalec. apud quem legitur *quæque appellatæ contra Liburnos Creteæ aliquot*, etc. ED.

11. *Liburnas.* Dalec. et Elzev. *Liburnos.* ED.

12. *Grateæ.* Ita MSS. Reg. et Colb. non *Creteæ*, ut Dalec. Scylaci Caryand. in Periplo, pag. 9, prope

Pharum et Issam Crateæ insulæ nominantur : Κραταιαὶ νῆσοι, κατὰ Φάρον καὶ Ἰσσαν. HARD.

13. *Nec pauciores.* Forte, *nec pauciores XL.* Totidem enim Liburnicas insulas agnoscit Strabo, VII, pag. 315. HARD. — Tolet. *nec non Trucones.* ED.

14. *Celadussæ.* Dal. « *Celadussæ.* Contra Surium, bubus et capris laudata Brattia. » Eruditus Harduinus, ex infelici conjectura, ut ait Brot. cum Pintiano, male emendavit: « *Celadussæ.* Contra Tragurium Bavo: et capris laudata Brattia. » Brot. « *Celadussæ* contra *Sarium*: *Bubua* et capris laudata Brattia. » Nos *Celadussæ contra Sarium* legimus cum MSS. Reg. 1, 5, et edit. princ. et *Bavo* cum MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, 3, quamvis *Bubua* ex edit. princip. legat Broterius. *Celadussæ* autem insulæ, quarum et Mela meminit, lib. II, cap. 7, inter Surium insulam, hodie *Zuri*, et oram Sicensem, nunc *Sebenico*, sitæ sunt, ut ait Brot. præcipuæque inter illas *Kasvan*, *Capri*, *Smolan*, *Tihat*, *Sestre*, nonnullæque aliæ minores quas inter nominandæ sunt *Parvich*, *Zlarin*, etc. Bavo in tab. Peut. segm. 4, et in cod. Theodosian. leg. III, de Hæreticis, insula Boa dicta, sub imperatoribus romanis exsiliis fuit famosa. *Bua* hodie vocatur. ED.

mari eadem Phocis et Locris, Doris, Phthiotis, Thessalia, Magnesia, Macedonia, Thracia. Omnis Græciæ fabulositas, sicut et litterarum claritas, ex hoc primum sinu effulsit. Quapropter in eo paululum commorabimur.

7. Epiros⁷ in univèrsum appellata, Acrocerauniis incipit montibus. In ea primi Chaones⁸, a quibus Chaonia : dein Thesproti⁹, Antigonenses¹⁰ : locus Aornos¹¹, et pestifera

7. *Epiros*. Hæc Martianus iisdem verbis loco citato. Hodie *Sangiacs de Janina, de Delvino, de Chamouri et Vavodilik*, seu *Principauté d'Arta*, ut nos docet, tom. I, pag. 24, eruditissimus vir POUQUEVILLE, cujus egregium opus, cui titulus est *Voyage en Grèce*, multa usque ad hunc diem vel doctissimis viris ignota atque penitus abscondita in vividum lumen protulit. Minime mirum ergo lectori videbitur, si sæpe sæpius nos hunc tam fidum testem invocemus, tam certum ducem sequi non dubitemus. Plurimum item nobis proderit in dispellendis quæ incumbunt veteri Græciæ tenebris, accuratissima et excellens mappa, quam nuper edidit inclytus vir *le chevalier LARIE*, inter regios geographos princeps. HARD. et ED.

8. *Chaones*. Κάονες Straboni, lib. VII, pag. 323. Hos ait Epiro toti primum imperitasse, deinde Molossos. Chaonum fuit castellum Chimera, in Acrocerauniis, de quo mox dicetur. HARD. — Hodie *cantons de Chimera, Iapourie, Arborie, Paracaloma et Philates*, ut ait POUQUEVILLE, tom. I, Introduction, pag. xxiv. ED.

9. *Thesproti*. Θεσπρωτοί Straboni, p. 324. Horum oppidum Buthro-

tum, de quo statim. HARD. — Hodie *Paramythia*, auctore POUQUEVILLE, loco cit. ED.

10. *Antigonenses*. Ab oppido, cujus meminit Ptolemæus, lib. III, cap. 14, in Chaoniâ mediterraneâ, Ἀντιγόνηα. Stephanus quoque : Ἀντιγόνηα, πόλις Καονίας ἐν Ἠπείρῃ : et Polyh. II, pag. 130. HARD. — Oppidum hæc et fauces Antigonias dictas x. passibus a *Tebelen*, meridiem versus se reperisse putat, haud immerito, ut videtur, erud. POUQUEVILLE, op. cit. tom. II, lib. IV, cap. 1, p. 7 et 8. ED.

11. *Locus Aornos*. Familiaris Plinio locutio est, ut *locum* vocet, ubi oppidi veteris ruinæ, ac vestigia supersint. Stephanus oppidi meminit, pag. 90, Ἄορνος, πόλις. Id porro loci nomen, quoniam tetrum ob halitum careret avibus, ex re factum. Sic Virgilius de Cumarum spelunca, Æn. lib. VI, vers. 239 : « Quam super haud ullæ poterant impune volantes Tendere iter peninis : talis sese halitus atris Faucibus effundens supera ad convexa ferebat : Unde locum Graii dixerunt nomine Aornon. » HARD. — Pluribus autem locis nomen istud indixere Græci, quorum celeberrimus in Thesprotia fuit. ED.

is exhalatio : Cestrini¹², Perrhæbi¹³, quorum mons
us, Cassiopæi¹⁴, Dryopes¹⁵, Selli¹⁶, Hellopes¹⁷, Mo-

Cestrini. Ab oppido Cestria, mox dicetur, regio Cestrine i habuit, Chaoniæ portio : Cestrini boves apud Hesychium, pag. 522 : Κεστρινικοί βόες, Χαονία, ἢ προτερον Κεστρίνη οραύετο ἔστι δὲ μοῖρα τῆς ὁ διαφόρους ἔχουσα βοῦς. A 10 Heleni F. nomen accepisse ἦν, auctor est Pausan. in Cosive lib. II, pag. 127. HARD. ne *Chamouri* sive *Cham-Sancitur* auctore POUQUEVILLE, cap. 6, t. II, p. 121. ED.

Perrhæbi. Περρῆαῖοι, Maceconfines, Pindi montis in apud Strabon, lib. IX, pag. HARD. — Perrhæbia, hodie i, auctore POUQUEVILLE, tom. rod. p. xxiv. Pindus, etiam eteri nomine notus, *Grammos* e hac in parte dicitur. ED.

Cassiopæi. Κασσιόπαιοι, quo oppidum Κασσιόπη, apud n. lib. III, cap. 4, et Pando- ste Strabone, lib. VII, pag. qui Κασσωπαίους vocat : Ste- s, verbo Χαονία, Κασσωπούς. i, pag. 11 : Μετὰ δὲ Θεσπρω- :σσωπία. Et p. 12, Κασσωπῶν HARD. — Has tenuerunt re- i quæ nunc *Spiantzæ* et *Lama-* intur auctore POUQUEVILLE.

Dryopes. Δρύοπις. His alias des attribuant. In Pelopon- strabo, lib. IX, pag. 434, ne passim. Varias horum mi- nes refert Pausan. in Messen. p. 281. H. — Eorum etiã- nomen retinet regio, quam iro incoluerunt, hodie *canton*

de Drynopolis dicta, auctore POUQUEVILLE, loc. cit. ED.

16. *Selli.* Vet. apud Dalec. *Sel- læ.* Ἐλλοὶ Pindaro, Homero Σῆλλοι, teste Strabone, lib. VII, p. 328, qui Dodonæi Jovis fanum apud eam gentem fuisse perhibet : a Pindaro tãmen Dodonam Thespro- tis adjudicari : post Molossorum ditionis cœptam haberi. Hesychius, Ἐλλοὶ, Ἐλλήνες οἱ ἐν Δωδώνῃ. H. — Nunc *canton de Souli* dicitur eorum regio, auctore POUQUEVILLE, l. cit. et lib. IV, c. 5, tom. II, p. 91. ED.

17. *Hellopes.* Hos vero Stephanus eosdem cum Hellis, sive Sellis facit. Ἐλέγετο καὶ ἡ περὶ Δωδώνῃ χά- ρα Ἐλλοπαῖα, ἧς οἱ οἰκίτορες Ἐλλοὶ καὶ Σῆλλοι. Hesiodum sequitur, quæ Strabo laudat, loco cit. HARD. — De his omnibus vide POUQUEVILLE, qui, tom. I, p. 125 seqq. demonstrare conatur Hellopes et Molossos has tenuisse regiones, quæ hodie dicuntur *canton de Janina, de Pogoniani, de Sarachovitzas* et *de Courendas* ; templam Dodonæi Jovis situm fuisse loco etiam nunc vocato *Proskynisis*, juxta *Gardiki* ; Dodonam urbem juxta *Castritza*, lenois duobus meridiem versus ; Tomarum montem, collem vico *Gardiki* vicinum fuisse, et centum fontes quorum hic meminit Phinius illos esse, qui nunc prope vicum *Besdounopoulo* reperiuntur. Non dissimulare tãmen possumus auctori- tatem doct. viri POUQUEVILLE nuper (*Journal des Savants, avril 1828*) probabilibus argumentis impugna- tam fuisse. ED.

lossi¹⁸, apud quos¹⁹ Dodonæi Jovis templum, oraculo illustre : Tomarus²⁰ mons, centum fontibus circa radices, Theopompo celebratus.

- 3 Epirus ipsa ad Magnesiam Macedoniamque tendens a tergo suo Dassaretas supra²¹ dictos, liberam gentem; mox feram Dardanos habet : Dardanis lævo²² Triballi prætenduntur latere, et Mœsicæ gentes : fronte²³ junguntur Medi²⁴ ac Denselatæ²⁵ : quibus Thraces, ad Pontum usque pertinentes. Ita²⁶ succincta Rhodopes, mox et Hæmi vallatur excelsitas.
- 4 In Epiri ora castellum in Acrocerauniis Chimera²⁷, sub

18. *Molossi*. Μολοττοὶ Straboni, lib. VI, pag. 326. Horum oppidum, præter Dodonem, Ambracia fuit, de qua mox dicemus. HARD.

19. *Apud quos*. Stephanus : Δωδώνη, πόλις τῆς Μολοσσίδος ἐν Ἠπείρῳ, μὲθ' ἣν Δωδωναῖος Ζεὺς ἐν Ἠπείρῳ. De quercu loquaci, quam Dodonæ fabulæ reponunt, et de ære Dodonæo, Mythologos consulte. HARD.

20. *Tomarus*, etc. Hæc Solinus iisdem verbis, cap. VII. p. 22. In MSS. *Talarus*. Parm. edit. *Tomarus*. Stephano, Τόμαρος, ὄρος Δωδώνης, ὃ τινες Τομοῦρον, οἱ δὲ Τμάρος. Straboni, lib. VII, pag. 328, Τάμαρος. HARD.

21. *Supra dictos*. Libro sup. cap.

26. De Dardaniis, Triballis, Mœsis, eodem libro, cap. 29. HARD.

22. *Lævo*. Ab ortu solstitiali. HARD.

23. *Fronte*. Dalec. a fronte. Ab australi parte. HARD. et ED.

24. *Medi*, ac *Denselatæ*. Μεδῶν τινες, καὶ Δανθελιτῶν, Straboni, lib. VII, pag. 318. Rectius fortassis Μαιδῶν, cum diphthongo scripseris, ut differant a Medis Asiæ. Sic enim

Stephanus : Μαῖδοι ἔθνος Θράκης, πλησίον Μακεδονίας. Sic Aristotel. *Histor. Animal.* lib. IX, cap. 45. Ptolemæo denique, lib. III, cap. 11, regio ipsa Μαυδικὴ appellatur. HARD.

25. *Denselatæ*. Vet. apud Dalec. *Denseleti*, alii *Denthelatæ*. Solinus, cap. x, pag. 27 : « Strymonem accollunt dextro latere Denselatæ. » Idem Denselatæ Tullio, in *Pison.* n. 84, quorum opera C. Sentius prætor reliquorum Thracum vires et arma elusit. Partem enim illi tenuere Thraciæ : quam τὴν Θράκην τὴν Δεσβελιτῶν appellat Dio, lib. LI, pag. 461; Ptolemæus, lib. III, cap. 11 : Δανθελιτικὴν ἐπαρχίαν, Dantheleticam præfecturam. Stephano, p. 221, Δανδαλῆται, ἔθνος Θρακικόν. HARD. et ED.

26. *Ita succincta*. Tot gentes, inquit, primum Rhodopes, deinde Hæmi montis juga excelsa tenent, et a tergo, latere, fronte claudunt. Hoc Martianus, lib. VI, pag. 209, non intellexit. HARD.

27. *Chimera*. Χαίμεριον est Pausaniæ, in *Thesprotide*, lib. VIII,

eo Aquæ²⁸ regiæ fons. Oppida: Mæandria²⁹, Cestria: flumen Thesprotiæ Thyamis³⁰: colonia Buthrotum³¹: maximeque nobilitatus Ambracius sinus³², D³³ pass. faucibus spatiosum æquor accipiens, longitudinis xxxix m. pass.³⁴ latitu-

sive Arcad. p. 465, et Thucydidi, lib. I, p. 22 et 32. Straboni quoque ejus nominis promontorium est, lib. VII, pag. 324. In Novella Leonis, apud Leuncl. p. 99, inter Ætolis Episcopus, ὁ Χιμάρας legitur. HARD. — Etiam nunc *Chimara* vocatur. ED.

28. *Aquæ regiæ*. Ut Romani Aquas Sextias, Statiliasque, a Sextio Statilioque appellabant, qui balnea struxerant: sic Aquam regiam, βασιλικὰ ὕδατα dictum hunc fontem puto, quo rex Epiri aliquis usus fuerit, Thermas ibi ad publicos usus extruxerit. HARD. — Fons iste, quem non vidit POUQUEVILLE, minime enim ei annuendum puto, quum illum juxta *Drimodes*, sive *Dermadex* reperisse conjicit, exhaustus hodie videtur. Illius meminit Anna Comnena Alexiad. lib. X, pag. 299, his verbis: ὁ δὲ Κορυθαίος ἐν τῷ πρὸς Χιμάραν ἀπίναί βαλανεῖον χάριν. ED.

29. *Mæandria, Cestria*. De his duobus oppidis, cæteri scriptores Græci pariter ac Latini silent. Cestrinen tamen Thesprotidi vicinam Thucydides facit, lib. I, pag. 32. HARD. — Mæandria ignoratur. Cestria hodie *Palæo-Kistes* dicta, nonnulla servat nominis antiqui vestigia. ED.

30. *Thyamis*. Chifflet. *Thymias*. Pausaniæ quoque in Attic. lib. I, p. 19, Thucydidi loco citat. Athenæo, lib. III, pag. 73, et Straboni

lib. VII, pag. 324, Θύαμις: hodie *Calama*. HARD. et ED.

31. *Buthrotum*. Βουθρωτὸν Straboni, loco citato, qui et colonos habuisse Romanos docet, ἑποίκους ἔχον Ῥωμαίους. Hodie *Butrinto*. Stephanus insulam vocat: sed familiare Græcis nimirum est peninsulas ipsas appellare νήσους, insulas. Sic Pelopis insulam dixere Peloponnesum, quam esse peninsulam constat, et per Isthmum continenti copulari. HARD.

32. *Ambracius*. Hodie *Golfe de Prévésa et d'Arta*. Actiaca Augusti victoria maxime nobilitatus. ED.

33. *D. passuum faucibus*. Martianus, qui hæc transcripsit, *angustis faucibus* indefinite scripsit. Angustiarum spatium, quo libri hactenus editi caruerunt, restituumus ex Reg. 2, aliisque codicibus MSS. quibus subscribit Strabo, lib. VII, pag. 324, ostium Ambracii sinus affirmans haud multo amplius patere stadiis quaternis, quæ passus omnino quingentos efficiunt. H.

34. *Longitudinis XXXIX M. pass. latitudinis XV*. In MSS. *latitudinis XII*. Vero vicinior videtur Polybius, qui lib. IV, pag. 455, hunc sinum latitudine centum stadiis, sive tribus leucis et 195 hexapod. et longitudine trecentis stadiis, seu undecim leucis et 850 hexapod. patere ait; recentiores enim nautæ, auctore POUQUEVILLE, *Voyage de la Grèce*, lib. V, cap. 6,

dinis xv m. In eum³⁵ defertur amnis Acheron, e lacu Thesprotiæ Acherusia³⁶ profluens xxxvi³⁷ m. pass. inde, et mille pedum ponte mirabilis omnia sua mirantibus. In sinu oppidum Ambracia³⁸. Molossorum flumina, Aphas³⁹,

tom. II, pag. 311, cum Polybio omnino consentiunt. Ed.

35. *In eum defertur.* In Ambracium sinum. Ita Ptolemæus, lib. III, cap. 14. Martianus, lib. VI, cap. de tertio sinu Europæ, pag. 209: « Ambracius sinus faucibus angustis æquor accipiens, in quod defertur amnis Acheron, infernæ fabulæ errore famosus. » Strabo pihilominus non hunc Acherontem vocat, sed eum qui in Thesprotium sinum, portumque cognomento Dulcem, γλυκὺν λιμένα, longe ab Ambracio sinu versus septemtrionem, ex eadem Atherusia palude delabitur, lib. VII, pag. 424. Pausaniæ lib. I, pag. 30, cæterisque, Ἀχερών. HARD. — Egregie demonstrat POUQUEVILLE, *Voyage de la Grèce*, lib. IV, cap. 6, et lib. V, c. 2, hic in errorem inductum fuisse Plinium, Strabonique et Thucydidi et Polybio adhibendam esse fidem, qui Acherontem esse id flumen dicunt, quod hodie *Mavro-Potamos* vocatum, ex *Olytzika* monte egreditur, per Acherusia stagna diffunditur, et in mare influit juxta *Phanari*, portum efficiens qui ob aquæ dulcis ab eo in vectæ abundantiam a Veteribus et Recentioribus *Glykys* est appellatus. Quod quidem testatur Dio, de Aug. lib. I, Καλεῖται οὕτως (Γλυκὺς) ὅτι πρὸς τοῦ ποταμοῦ τοῦ ἐς αὐτὸν εἰσβάλλοντος γλυκαίνεται. Ed.

36. *Acherusia.* Ἀχερουσία λίμνη

Straboni, loco citato, et Thucyd. lib. I, pag. 32. HARD. — Hodie lac *Tchouknida* et *marais de Valandoraco*, cujus partem arari oryzaque fertilem esse nos docet POUQUEVILLE, lib. IV, cap. 6, tom. II, pag. 145. Ed.

37. XXXVI. . . inde. Hoc est, a sinu Ambracio, in quem defertur, ad Acherusium lacum, unde effluit. In MSS. XXII. HARD. — Omnia hæc falsa, nam præterquam Acheron in Ambracium sinum non influit, ut super. nota 35 diximus, vix xx m. passuum est hunc sinum inter et Acherusiam lacum intervalum. Ed.

38. *Ambracia.* In Acherontis ripa. Dicæarcho, p. 64, et Scymno, pag. 19, Ἀμβρακία. Cives, Ἀμβρακιάται Ἰλιανο, *Histor. Anim.* lib. XII, cap. 40. HARD. — Nonnulla ejus rudera, arcemque adhuc stantem, loco dicto *Rogous*, circiter xiv m. pass. a mari reperit erudit. POUQUEVILLE, qui Strabonis interpretis gallici errorem reprehendit, in Strabone pro δλιγῶν σαθίων, ὀκτὸς σαθίων legere volentis. Ed.

39. *Aphas.* Is est quem Stephanus Æantem vocat, et ex eodem monte, quo Arachthum, fluere ait, quam ob causam ambo a Plinio copulantur. Δάκμων, inquit Stephanus, ἀρχα τοῦ Πίνδου ὄρους, ἐξ ἧς ὁ Ἰναχος καὶ Ἄτας βεῖ ποταμός. Cave tamen Palmerio credas, qui in Græcia antiqua, hunc Æantem cum

et Arachthus⁴⁰. Civitas Anactoria⁴¹: locus⁴² Pandosia.

II. Acarnaniæ, quæ¹ antea Curetis vocabatur, oppida: Heraclia², Echinus, et in ore ipso colonia Augusti Actium, cum templo Apollinis³ nobili, ac civitate libera Nicopolitana⁴. Egressos sinu Ambracio in Ionium excipit

Αοο eundem credidit, de quo libro sup. dictum est, cap. 26. H. — *Avas* vocatur ab erudit. Δ'ΑΡ-
VILLE in Græciæ veteris mappa; hodie *st. d'Arta* dicitur. Ed.

40. *Arachthus*. Ἀραχθος, Ambraciam urbem præterlabitur, teste Strabone, lib. VII, pag. 325, et Dicæsarcho Messenio, pag. 164, qui Ἀραθον nominat. Meminit Arachthi Livius, lib. XXXVIII, cap. 34. et lib. XLIII, c. 21, et Ptolem. lib. III, c. 14. Hodie *Lourcha*, sive *Rogous*. HARD. et Ed.

41. *Anactoria*. MSS. Colb. 1, 2, Chifflet. *Anactorica*. Straboni lib. XVIII, pag. 455, et Thucyd. lib. I, pag. 37, Ἀνακτόριον, quam urbem prope Actium in Acarnania statuit. Stephano, Ἀνακτόρεια et Ἀνακτορία. HARD. — Hujus urbis reperiuntur rudera, xl stadiis ab Actio, ut ait Strabo, juxta vicum *Konidari*, extremo sinu *Golfe de Mavri* dicto: ex ejus ruinis iv m. pass. orientem inter et austrum excitatum est oppidum *Vonitza*. Ed.

42. *Locus Pandosia*. Dalec. *lacus*, spreta Chiff. cod. auctoritate. Locum appellat, quoniam exciso oppido, solum tum nomen exstabat. Hesychius: Πανδοσία, πόλις τῆς Ἠπειροῦ, καὶ Ἰταλίας. Cassiopæorum oppidum fuisse ait Strabo, lib. VII, pag. 324. Vide quæ de Pandosia diximus, lib. III, cap. 15. Ejus rudera reperit POUQUEVILLE, loco

dicto *Turco Palaka*, VIII m. pass. a *Margariti*, ortum solis versus. Ed.

II. 1. *Quæ antea Curetis*. Chiff. *Curetes*. Scholiastes Pindari, p. 37: Αἰτωλὸς ἔφυγεν εἰς τὴν πρότερον Κουρῆτιν, Αἰτωλίαν δὲ ὑςαρον ἀπ' αὐτοῦ κληθῆσαν. Cur vero Curetis appellata sit, ex Strabone discas, lib. X, pag. 463. Demetrius apud Steph. pag. 29: Τὴν γὰρ νῦν Ἀκαρνανίαν, Κουρῆτιν ἀνόμαζον. Ipseque Stephanus, p. 381: Κούρης, ὁ Ἀκαρνανίας. Quam in rem adducit Homeri versum ex *Iliad.* lib. IX, vers. 425. Subscribit et Pausan. lib. VIII, sive *Arcad.* pag. 492. Hodie *Cantons de Vonitza et Xeromeros*. HARD. et Ed.

2. *Heraclia*. Ἡράκλεια, quæ ex urbibus ejus nominis apud Stephanum, vigesima prima est, καὶ Ἀκαρνανίας πόλις. Et apud eundem, Ἐχίνος, πόλις Ἀκαρνανίας. HARD. — Heraclia situs ignoratur, Echini locum occupare *Vonitza* putat LARIER, *carte de la Grèce, Paris 1826*. Echinus lacus hodie *lac Boulgari* dicitur, auctore POUQUEVILLE. Ed.

3. *Actium cum templo Apollinis*. Strabonem vide lib. VII, pag. 325, et Suet. in Ang. cap. 18, multosque alios. Ejus rudera reperit POUQUEVILLE, loco dicto *Punta*, contra *Prévésa*, in altero freti littore sitam. Ed.

4. *Nicopolitana*. Νικόπολις, Straboni loco citato. Ibi extracta; ubi castra ad Actium Augustus habue-

Leucadium littus: promontorium Leucates⁵. Dein⁶ sinus, ac Leucadia ipsa peninsula⁷, quondam Neritis⁸ appellata, opere accolarum abscissa a continenti, ac reddita⁹ ventorum flatu congeriem arenæ accumulantium: qui¹⁰ locus vocatur Dioryctos, stadiorum¹¹ longitudine trium. Oppidum in ea Leucas¹², quondam Neritum¹³ dictum. Deinde Acarnanum urbes, Alyzea¹⁴, Stratos¹⁵, Argos¹⁶ Amphiloichi-

rat. Dio, lib. LI, pag. 443. HARD. — Reperiuntur ejus ruinæ leucæ unius intervallo a *Prévésa*, septemtrionem versus. ED.

5. *Leucates*. Λευκάτας Strahoni, lib. X, p. 452; Λευκάς ἄκρα Ptolemæo, lib. III, cap. 14. HARD. — Livio, lib. XXVI, c. 26, XXXVI, cap. 15, et XLIV, cap. 1. Hodie *Capo Ducato*, sive *Capo tis Kiras*; dummodo hic de isto promontorio, quo insula finitur meridiem versus meminisse voluerit Plinius. ED.

6. *Dein* sinus. Ionius, qui et Leucadius. HARD.

7. *Peninsula*. Vide quæ diximus lib. II, cap. 92. ED.

8. *Neritis*. Νερῆτις. HARD.

9. *Ac reddita*. Vet. ap. Dal. ac edita. Continenti rursus adnexa. ED.

10. *Qui locus...* *Dioryctos*. Dalec. qui lacus, contra Chiffi. fidem. Appellationis causam prodidit Strabo, lib. X, pag. 452, quum ait Corinthios διορύξαντας τὸν Ἴσθμὸν, perforantes Isthmum, insulam fecisse Leucadem. Διορυκτὸς itaque fossam, fretumve hic sonat. Vide Dionys. Halicarn. Antiq. lib. I, pag. 40. HARD. et ED.

11. *Stadiorum...* *trium*. Hoc est, passuum CCCLXXV. HARD.

12. *Leucas*. Λευκάς. Hodie *Amaiki*, sive *Santa Maura*. ED.

13. *Neritum*. Straboni, lib. X, p. 454, Νήρικος. Eustathio in *Iliad.* B, p. 306: Τὴν δὲ ῥηθεῖσαν Λευκάδα, Νήρικον ἐν Ὀδυσσεύῳ καλεῖσθαι φασί. Stephano pag. 493, Νήρικος et Νήριτος. HARD.

14. *Alyzea*. Dalecampius *Halixea*. Ἀλυζία Thucyd. lib. VII, et Straboni, lib. X, pag. 450, quindecim a mari stadiorum intervallo, hoc est, pass. MDCCLXXXV; Ptolemæo, lib. III, cap. 14, syllabis permutatis Ἀλύζια, pro Ἀλύζια. H. — Juxta *Candili*, orientem versus, XVI M. pass. a *Vonitza* ad meridiem videntur rudera ejus, auctore POUQUEVILLE, lib. X, cap. 2. H. et ED.

15. *Stratos*. Στρατὸς, πόλις Ἀκαρνανίας, Stephano: Polybio quoque agnita, *Histor.* lib. V, cap. 496. Στρατὸς πόλις μεγίστη τῆς Ἀκαρνανίας, Thucyd. lib. II, p. 153. Meminit et XXXVI, c. 11, XXXVIII, 4, et XLIII, 21, 22, 23, Livius, qui male illam inter Ætolisæ urbes recenset. Reperiri integra hujus urbis mœnia, portasque et turres, juxta vicum *Lepenou* stadiis decem (945 hexapod.) ab Acheloi vado, nos monet POUQUEVILLE, lib. X, cap. 3, pag. 491 seqq. ED.

16. *Argos*. Ἄργος. Amphiloichiorum Ptolemæo, loco cit. in oppidis Amphiloichorum mediterraneis. Hinc

cognominatum. Amnis Achelous¹⁷ e Pindo fluens, Acarnaniam ab Ætolia dirimens, et Artemitam¹⁸ incessiduo terræ invectu continenti annectens.

(π.) Ætolorum populi Athamanes¹, Tymphæi, 1

nomen inventum, Ἀμφιλοχία
Thucyd. lib. III, pag. 241 :

Amphilochum XXII mill.
racia abest, inquit Livius,
XVIII, cap. 10. HARD. —
ochia hodie Chasi, sive De-
catur, urbis autem reliquias
ultæ fluctibus et a piscato-
'hilochio sive Philo-Castron
n Ambracio sinu, haud lon-
minis d'Arta ostio, occiden-
sus, conspiciuntur, auctore
VILLÉ, lib. IV, cap. 5, pag.
D.

Achelous. Ἀχελῷος, ὁ ὀρίων
ας καὶ Αἰτωλός, inquit Strab.
I, pag. 335. Nunc Aspropo-
olinus, Plinii alioqui exscri-
psetus, ab auctore suo im-
ter descivit dum hæc prodi-
7, p. 22 : « Acarnania Ara-
eminet : hanc ab Ætolia
dividit, qui Acheloum pa-
tribendum enim fuit, si stu-
ritati, « Hanc ab Ætolia
as dividit, quem Pindus pa-
cum hunc Solini Salmasius
n prætermisit. HARD.

Artemitam. Stephanus, ex
loro, Chersonesum ait esse
im circa amnis Acheloi ostia,
ἀνλεγόμενον. Ἀρτεμίαν Strab.
ib. I, p. 59, unamque esse
t Echiaadum insularum,
arenarum cumulis conti-
nexam. HARD. — Exsiccato
seloi brachio, quod in si-
die Golfe d'Anatolico dictum

tendebat, continenti adnexa est,
Anachaides nunc vocatur. ED.

III. 1. Athamanes. Ἀθάμαντες Dio-
doro, Bibl. lib. XIX, pag. 595.
Ἀθάμανες Ptolemæo, lib. III, cap.
14. Amphilochiis magis orientales.
Τυμφαῖοι Stephano, pag. 671 et
715, a Τύμφη monte, hodie Oly-
tzika, quem ille Thesprotis adju-
dicat. Ephyri item Ἐφυροί Homero
dicti, apud Paus. lib. IX, in Bœot.
pag. 597, ab urbe cognomine, quæ
olim Thesprotorum fuit. Strabo,
lib. VII, pag. 324 : Κίχυρος, ἡ πρό-
τερον Ἐφύρα, πόλις Θεσπρωτῶν. Æ-
nienses, ab Ænia oppido Perrhæ-
borum. Stephanus : Ἄννια, πόλις
Περραιβῶν... καὶ Αἰνιᾶνες οἱ οἰκοῦντες.
Apud Herod. Polymn. lib. VII, p.
445, n. 185, Περραιβοί, καὶ Αἰνιᾶ-
νες, καὶ Δολοπες. Περραιβία regio ap.
Diod. Sicul. Bibl. lib. XIX, pag.
681. Menelaidem Dolopiæ civita-
tem ad Pindum montem Livius
collocat, lib. XXXIX, cap. 26. Μα-
ρακοί, καὶ Δολοπες in Epiro simul
copulantur a Xenophonte. Histor.
Græc. lib. VI, pag. 580. HARD. —
Vide quæ de Athamanta, hodie
Djoumerca et Radovitch, disertissime
disputat POUQUEVILLE, lib. V, cap.
5, p. 295 seqq. Idem Tymphææ
urbis rudera reperiri nos monet
juxta vicum Paliouri leucis quatuor
ab Ianina, occidentem versus.
Ænienses illam Perrhæbiæ, hodie
Zagori, partem tenuerunt quæ ho-
die canton de Nea Patra dicitur. De

Ephyri, Ænienses, Perrhæbi, Dolopes, Maraces², Atraces³, a quibus Atrax amnis Ionio mari infunditur. Ætolia oppidum Calydon⁴ est septem⁵ millibus quingentis pass. a mari, juxta Evenum⁶ amnem. Dein Macynia⁷, Molycria: cujus⁸ a tergo⁹ Chalcis mons, et Taphiassus¹⁰. At in

illis vide POUQUEVILLE, *Voyage de la Grèce*, introd. p. XXII. — Dolopia hodie *Anovlachie* vocatur. HARD. et ED.

2. *Maraces*. Chiff. *Marages*. ED.

3. *Atraces*. Vet. apud Dalec. *Atrages*. Illos Harduinus ab oppido cognomine nomen traxisse opinatur, quo de oppido dicturi sumus, cap. 15, in Thessalia, cui id contributum fuit; cum Nostri autem verbis pugnare videtur hæc sententia, qui illos Atraci amni, qui *Ionio mari infunditur*, vicinos fuisse inquit. Atrax ille mihi quidem ignotus, certe diversus fuit ab illo, de quo meminerunt in Thessalia, Strabo lib. IX, p. 440 et 673; Ptolem. lib. III, cap. 13; Stephan. Byzant. et Livius lib. XXXII, cap. 15, et XXXVI, cap. 10 et 13. Nam hic hodie *Micro Txygote* dictus in Penneum, hodie *Salembrina*, infunditur, nomenque traxit ab Atrace, Laphitharum rege, si Apollodoro § 11, cap. 7, 57, Diodoroque lib. IV, § 37, fides. ED.

4. *Calydon*. Καλυδὼν Dicæarcho, in Ætolia, pag. 165, et Thucyd. lib. III, pag. 241. Hic silva, aperque Calydonius appellatus, vatium carminibus decantatus. HARD. — Ejus rudera agnovit POUQUEVILLE Eveno vicina, septemque millibus quingentis pass. a mari, si flumen sequaris, juxta vicum *Μαυροματι*. ED.

5. *Septem millibus quingentis pass. Dalec. septem millium quingentorum passuum*. ED.

6. *Evenum*. Ἐβηνος, qui prius Lycormas dicebatur. Strabo, lib. VII, pag. 327. De Calydone et Eveno, Lucanus lib. VI, cap. 365: « Et Meleagream maculatus sanguine Nessi Evenos Calydone secat. » E Pindo fluere admonet Dicæarchus, pag. 165, Ποταμός τ' Ἐβηνος ἐκ Πίνδου ῥέων. HARD. — *Fidaris* hodie vocatur. ED.

7. *Macynia*. Stephanus: Μακύνεια, πόλις Αἰτωλίας: sed ipsa series litterarum suadet Μακύνεια legi oportere. Apud eundem, et apud Diod. Bibl. lib. XII, pag. 112, est Μολύκρια, πόλις Αἰτωλίας. Apud Scylacem, pag. 14, Μολύκρια. Alcæus in Anthol. lib. I, c. 5, epigr. 15, dixit Μακύνου τείχη. HARD. — Earum urbium locum tenere hodie vicus *Koukio Castron* leucæ unius intervallo a castello *de Roumélie*, et *Manaloudi* opinatur POUQUEVILLE lib. X, cap. 6. ED.

8. *Cujus a tergo Chalcis mons, et Taphiassus*. Sic emendamus, secuti vestigia codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Par. quibus suffragatur Eustathius in Dionys. vs. 496, p. 70, ubi *Chalcis* nomen esse montis apparet, Καλχίς, inquit (lege Καλλίς, ex eodem Eustathio, in *Hiad. B.*, p. 279), ὄρος ἐστὶν Αἰτωλίας, ἀφ' ἧς ὁ Ἀχελῷος ἔρπει. Vide etiam Strabo-

omontorium Antirrhium¹¹, ubi ostium Corinthiaci minus¹² mille passuum latitudine influentis, Ætolidirimentis a Peloponneso. Promontorium quod concedit, appellatur Rhion¹³. Sed in Corinthiaco sinu Ætoliæ, Naupactum¹⁴, Pylene¹⁵: et in mediterræon, Halicyrna¹⁶. Montes clari: in Dodone, To-

b. X, p. 451 et 460. Fuit is radicibus apposita cognovitas, cujus Stephanus me-Ptolemæus item, lib. III, in oppidis Ætoliæ mediis: et Strabo, lib. IX, pag. i de Ætolia: Αὐτοῦ δὲ καὶ ἡς μέμνηται καὶ ὁ ποιητῆς, ἰταλικῶς καταλόγῳ. . . αὐτοῦ Γαφιάσσοις λόφος, etc. Eadem ἴσα Ἰποχαλλίς appellata ab eo, διὰ τὸ καίσθαι ὑπὸ τῷ ἥρι. Ius editi, *cujus a tergo Chalviensis est Taphiassus*. H. — mons vocatur hodie *Varas-*

tergo. Versus septemtrionem.

Taphiassus. Vet. apud Dalec. Ταφιάσσοις λόφος Straboni, pag. 427, Ταφιάσσοις lib. X, Hodie *Clocovo* dicitur. Ed. *Antirrhium*. Αντίρριον ἄκρον eo, lib. III, cap. 15. Hæd. rrhium et Rhium promonturcupant hodie castella *Darde Lépante* dicta, faucibus iaci sinus utrimque appositum Antirrhio promontorio *um château de Roumélie* vocarum *château de Morée*. Ed. *finus mille*. Strabo, lib. VIII, 5, Rhium et Antirrhium, duntaxat stadiorum freto ait, hoc est, pass. DCXXV.

Septem stadia Thucydides habet, quæ mensura ad Plinianam accedit. Hæd.

13. *Rhion*. Ρίον ἄκρον τὸ καὶ Δρέπανον, Ptolemæo, lib. III, c. 16. H.

14. *Naupactum*. Chifflet. *Naupactos*. Ναύπακτος Ptolemæo, lib. III, cap. 15. Hodie *Enebatché*, sive *Lépante*, unde et sinui Corinthiaco nomen, *le Golfe de Lépante*. Ed.

15. *Pylene*. Stephano, Πυλήνη πόλις Αἰτωλίας. Πλευρῶν πόλις Αἰτωλίας. De utraque Papinius: « sensit scopulosa Pylene, Fletaque cognatis ævibus Meleagrica Plevron. » Meminit et Πυλήνης Strabo, lib. X, pag. 451. Πλευρώνας Pausanias in Achaic. lib. VII, pag. 417; Thucydid. lib. III, pag. 241. Strabo, lib. X, pag. 450. Plevroneum monti Aracyntho applicat. Hæd. — Pylene hodie omnino ignoratur; Plevron nunc *Kyra tis Irinis* dici videtur. Ed.

16. *Halicyrna*. In libris hactenus editis *Halysarna*, quam in hoc tractu Veterum nemo agnovit. Nos ex Stephano, qui Strabonem sequi se profitetur, *Halicyrna* rescripsimus: Ἀλικυρνα, inquit, κώμη Ἀκαρνανίας Στραβῶν ὁ οἰκίτης Ἀλικυρναίος. Acarnaniæ autem, non Ætoliæ, dici oppidum ne quis miretur: nulla enim alia Græciæ provincia est tam incertis notata limitibus: modo pres-

marus¹⁷ : in Ambracia, Crania¹⁸ : in Acarnania, Aracynthus¹⁹ : in Ætolia, Acanthon²⁰, Panætolum²¹, Macynium²².

IV. (III.) Proximi¹ Ætolis Locri, qui cognominantur Ozolæ², immunes. Oppidum³ OEanthe. Portus⁴ Apollinis

sa angustius, modo laxius diffusa ut sunt fere regnorum fata. HARD.

— Locus hodie ignoratur. ED.

17. *Tomarus*. De quo cap. 1, notis 17 et 20. In MSS. hoc loco, *Tmarus*. Vet. apud Dalec. et Chiff. *Talarus*. ED.

18. *Crania*. Κράνια. Atque ab eo monte regioni quoque inditum nomen videtur: qua de re Theopompus apud Stephanum: Κράνια, χωρίον Ἀμβρακιστῶν. Hodie, ut videtur, *Gribovo* dicitur. ED.

19. *Aracynthus*. Solinus, cap. VII, p. 22: « Acarnania Aracyntho eminet. » Martianus quoque, lib. VI, pag. 210, Ἀράκυνθος Dionysio, v. 431, et Straboni, lib. X, pag. 450. Bœotia Stephanus hunc montem adjudicat. HARD. — *Zygos* hodie vocatur. ED.

20. *Acanthon*. Ἀκάνθων. Athamania urbem sic vocatam esse auctor est Stephanus: a monte fortasse cognomine, qui hodie *Djourmerca* esset. ED.

21. *Panætolum*. Crebra sane apud Livium, lib. XXXI, cap. 29, totoque passim opere de bello Macedonico, Panætoli mentio est: sed pro concilio, conventuque Ætolia populorum: non pro oppidi montisque, aut loci nomine. HARD. — Hodie *Plocapari* mons dicitur. ED.

22. *Macynium*. A quo nomen duxit sita in eo monte Macynia

urbs Ætolorum, sicut a Chalcide monte oppidum Chalcis, ut diximus. HARD. — Nomen istius montis non refert eruditi LAFITE mappa. ED.

IV. 1. *Proximi Ætolis*. Hæc totidem verbis Scylax, p. 14: HARD.

2. *Ozolæ*. Ὀζόλαι Straboni, lib. IX, pag. 416, qui et Occidui sive Hesperii cognominabantur: hos ab Opuntis, et Epinemiidiis, Epizephyriisque Locris Parnasso monte discescente: cuius occiduum latus Ozolæ obtinebant, hodie *cantons de Malandrino et de Salone*. H. et ED.

3. *OEanthe*. Οἰάνθη, πόλις Ἀκαρῶν, Stephano. Capella Plinium de more transcribit. Scylax, pag. 14: Μετὰ δὲ Αἰτωλῶδες Ἀκαροὶ εἰσὶν ἔθνος, ἐν οἷς εἰσὶν Ὀζόλαι καλούμενοι. Καὶ πόλις αἰδὲ· Ἐβάνθις, Ἀμφισσα. OEanthem, Οἰάνθην voluit dicere. Sic Ptolemæum emendabis, apud quem lib. III, cap. 15, Ἐβανθία pro Οἰάνθη legitur. H. — Ejus rudera se agnovisse putat POUQUEVILLE, duobus circiter leucis ab urbe *Galaxidi*, quam quondam OEanthes portum fuisse suspicatur. ED.

4. *Portus Apollinis*. Et ejus mentio apud Martianum, lib. VI, cap. de tertio sinu Europæ, pag. 210. Φαιζὼν alioqui in Achaia et Peloponneso Stephanus agnoscit. H. — Illum hodie *port d'Ianachi* LAFITE vocat in sua supra citata Græciæ mappa. ED.

stii, sinus Crissæus⁵. Intus oppida : Argyna⁶, Euphaestum, Calamissus. Ultra Cirrhæi Phocidis⁸ campi, dum Cirrha, portus Chalæon⁹, a quo¹⁰ VII M. pass. versus liberum oppidum Delphi¹¹, sub¹² monte Parnasso, clarissimum in terris oraculo Apollinis. Fons Castalius¹³, amnis Cephissus¹⁴ præfluens Delphos, ortus in Lilæa¹⁵,

Crissæus. Κρίσσαϊος κόλπος, v. lib. II, pag. 157, et Strabo lib. VI, p. 259. Hodie *Baie boue ou de Castri*. E Corinthiaco effluit, versus septemtrionem. HARD. et ED.

Argyna. Ἀργυνα, cujus incolæ ἄργυνοι, uti ex Stephano colligitur verbo Ἀργεννος, eam regionem adscribente. HARD. — Lomnino ignoratur. ED.

Eupalia. Ἐυπαλία, πόλις Ἀοκρίων, ait Stephano, qui ab Artemidoro ait appellari. Eupalium in Livio, lib. XVIII, cap. 8. ea ejus reperiri ait Πουκυλίων, quo loco hodie est monasterium sancti Joannis, ad amnem Pinthodie *Morno*, haud longe a De Phæsto in Locris, et Casio, cæteri scriptores silent, sine omnino ignoratur. ED.

Phocidis campi, etc. Hic Martiano Plinio de more transcribitur. Sic Pausanias in Phocidibus, pag. 684 : Τὸ δὲ πεδίον τὸ ἕξ Κίρρας. Fuit autem Cirrharum navale, inquit Pausanias lib. X, pag. 609, et Strabo, X, pag. 418. Hodie *Asprospiti*. HARD. — Infra vicum hodie *Pigadi* dictum sita fuisse videtur. ED.

Chalæon. Χάλαϊον, πόλις Ἀοκρίων, ait Steph. III, circiter mill.

pass. a Cirrha, orientem versus, ruinae ejus reperiuntur. ED.

10. *A quo VII M.* Sic quoque Martianus. HARD. — Chiff. a quo IV M. ED.

11. *Delphi.* Nunc *Castri*, ut ex inscriptionibus ibi repertis liquet. Martianus quoque ex hoc Plinii loco : « Oppidum Delphi, inquit, sub monte Parnasso, clarum oraculis Apollinis. » HARD.

12. *Sub monte... Apollinis.* Chiff. « sub monte Parnassi, et clarissimi in terris oraculo Apollinis. » ED.

13. *Castalius.* Fatidicis aquis celebratus. Unde nomen acceperit, disce ex Pausania, lib. X, sive Phocidibus, pag. 623. HARD.

14. *Cephissus.* Hausit hoc Plinius ab Homero, Iliad. II, vers. 523, sive in Catal. vers. 30 : Ὄψε Δίλαιαν ἔχον πηγῆς ἐπι Κρηισσῆο. « Cephisi ad fontes et qui Lilæan habebant. » Laudat hunc Homeri versiculum Strabo in Bœoticis, lib. IX, pag. 407. HARD. — *Mavro-Potamos* hodie vocatur. ED.

15. *Lilæa.* Chiff. *Libæa*. Scholiastes Lycophr. pag. 145, Δίλαια πόλις Φωκίδος. Pausanias, loco citato, a Philippo deletam scribit, et cxx stadiis a Delphis dissitam ait. Agnoscuntur rudera ejus ad Cephissi fontem, paulo ampliore III leucarum intervallo a *Castri*. ED.

quondam urbe. Præterea oppidum Crissa¹⁶, et cum Bulensibus¹⁷ Anticyra¹⁸, Naulochum¹⁹, Pyrrha²⁰, Amphissa²¹ immunis, Tithrone²², Tritea, Ambry-

16. *Crissa*. Κρίσσα, unde Crissæo sinui nomen. Strabo, lib. IX, pag. 418. Nonnus, lib. XIII. Dionys. pag. 358, Κρίσαν ἀειδομένην. HARD. — Etiam nunc *Crissa* sive *Crisso*. ED.

17. *Bulensibus*. Ab oppido Phocidis mediterraneo Βούλεια, cujus meminit Ptolemæus, lib. III, cap. 15, hi nomen habent. Pausaniæ, lib. X, Phoc. pag. 683, Βούλις, et Stephano. Bullienses et Bullenses, eosdem esse falso credit Hermolaus Barbarus: quum Bulenses signati nunc a Plinio, a Bulide sive Bulia fant, Phocidis oppido, ut diximus: Bullienses, quorum meminit Cicero in Pison. gens sit circa Dyrachium Apolloniamque, quos libro superiore Plinius, cap. 26, Straboque Bulliones nominarunt: Bullidenses sive Bullienses Cæsar. HARD. — Rudera urbis reperiuntur loco *Palæo-Castro* dicto, juxta portum Sancti Lucæ, qui Mychus quondam vocatus fuit. ED.

18. *Anticyra*. Quoniam Cirrhæ opposita fuit, Ἀντίκυρα, apud Strabonem, lib. IX, pag. 418, dicebatur: Ptolemæo, lib. III, cap. 15, Ἀντικυρῶνα. Mox neglecta etymologiæ ratione, Ἀντίκυρα. Elleboro ibi nato percelebris, ut et altera Anticyra ad Maliacum sinum posita. HARD. — Juxta oppidum *Aspraspitia* sita fuisse videtur. ED.

19. *Naulochum*, *Pyrrha*. Ναύλοχος, Πύρρα. Ναύλοχος navium stationem sonat. HARD. — Fortasse *port d'Agio-Sideri*, sive *Djesphina*. ED.

20. *Pyrrha*. Vetus apud Dalec. *Pyrrhonia*. Situs omnino ignoratur. ED.

21. *Amphissa*. Ἀμφισσα Ptolemæo, lib. III, cap. 15. Locrorum Ozolarum mediterraneum oppidum Harpocrati quoque, pag. 21, et Stephano. H. — Hodie *Salona*. ED.

22. *Tithrone*, *Tritea*. Τιθρώνη, Τριτεία, vel cum Stephano, Τρίταια, μεταξὺ Φωκίδος, καὶ Λοκρῶν τῶν Ὀζολῶν. *Tithrone* maluimus quam *Trichone* scribere. Est enim Τριχώνιον, non Locridis, sed Ætoliæ oppidum, Stephano, et Pausaniæ, in Corinth. lib. II, pag. 155. Locrorum contra Τιθώνιον, apud eundem, lib. X in Phocic. pag. 677, a Drymæza stadji omnino viginti dissitum. Τεθρώνιον Herodoto dicitur, Uran. lib. VIII, pag. 473, n. 33, et cum Tritensibus copulat, quos Τριτείας vocat: Τριταίας Thucydides cum OEanthensibus, lib. III, pag. 240. In Notitia Eccles. pag. 23, provinciæ Helladis Achaiæ, hæc sedes assignantur: Ἀμφισσα, Τιθώρα, Ἀμβρουσος, Ἀντίκυρα. Hæc sane Τιθώρα, Tithrone Pliniana est. In MSS. et in edit. Parm. locus hic insigniter vitiatu legitur: *Tricone*, *Tricorymbus*, *Myrcænaque regio*. Est autem, ut id obiter dicamus, quoniam nunc primum mentio ejus occurrit, Notitia hæc Ecclesiastica opus Hieroclis grammatici, cui nomen ille fecit, Συνέδριμος Ἱεροκλέους Γραμματικοῦ, uti intelligimus ex Constantino Porphyrogenneta, Thematum lib. II, c. 1:

sus²³, Drymæa²⁴ regio, Daulis appellata. Dein in intimo sinu angulus Bœotiae alluitur cum oppidis, Siphis²⁵, Thebis, quæ Corsicæ²⁶ cognominatæ sunt, juxta Heliconem²⁷. Tertium ab hoc mari Bœotiae oppidum Pagæ²⁸, unde Peloponnesi prosilit cervix.

Μαρτυρεῖ δὲ τῶ λόγῳ καὶ Ἱεροκλῆς ὁ Γραμματικὸς, ὁ γράψας τὸν Συνέκδημον, τὸ τῶν Δαλδύγκων ἔθνος τῇ Θράκῃ συναριθμούμενον, λέγων οὕτως. Εἰσὶν αἱ πᾶσαι ἐπαρχίαι καὶ πόλεις, αἱ ὑπὸ τὸν βασιλεῖα τῶν Ῥωμαίων διοικούμεναι τὸν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπαρχίαι μὲν ἑδ' πόλεις δὲ πλεί. Quæ verba totidem plane syllabis huic Notitiæ præfiguntur in MS. nostro. HARD. — Tithrones ruinæ juxta *Moulki* reperiri, Trites autem quo loco hodie *Turcochorion* opinatur ΡΟΥΚΟΥΒΙΛΛΕ, lib. XI, cap. 2, p. 147. ED.

23. *Ambrysus*. Vet. apud Dalec. *Ambrysus*. *Ambrysus* Livio, libro XXXII, cap. 18. Apud Pausaniam, Phocic. lib. X, pag. 681, Ἀμβρυσος et Ἄρυσος. Stephano quoque, Ἀμβρυσος πόλις Φωκίδος· τινὲς δὲ τῶ β φασίν. Straboni denique, lib. IX, p. 423, Ἀμβρυσος. Permutant Græci sæpe has literas φ et β. Unde Bryges iidem qui postmodum Phryges appellati. H.—Nunc pagus est, cui nomen *Dystomo*. ED. — Huic oppido et Cyparissi prius nomen fuisse, auctores sunt Pausanias et Stephanus a nobis laudati: quibus et Dicaearchum adjunximus eo carmine, cujus mendum obiter sanare operæ pretium fuerit. Sic enim ille in descript. Græciæ, pag. 166: Ἐν τῇ μεσσηγείᾳ δ' ἔστι Κυπάρισσος πόλις. Δάρισσά τε μετ' αὐτὴν δ' Ἀλῆς· ἢ Βιωτία, etc. Sic lego: Κρίσσα τε μετ' αὐτὴν Δαυλίς, etc. HARD.

24. *Drymæa*. Chiffi. *Mycænaque*. Oppidi nomen est *Δρυμαία*, Pausanias, Phocic. lib. X, cap. 677. Herodoto quoque, Uran. lib. VIII, pag. 473, n. 33. Daulis pariter Thucydidi, lib. II, pag. 118, circumjacentis regionis nomen fuisse videtur: ἐν Δαυλίᾳ, inquit, τῆς Φωκίδος. Oppidum tamen cæteris appellatur, Homerum secutus, Iliad. II: Κρίσσαν τε Ζαθίνην, καὶ Δαυλίδα, καὶ Πανοσσῆα. HARD. — *Dadi* hodie vocatur ED.

25. *Siphis*. Vet. apud Dalecamp. *Gymnis*. Stephano, Σίφαι, ἐπίκειον τῆς Θεσπιακῆς, Thespiarum navale. De Thespiis Bœotiae, cap. 12. Et Σίφαι in Bœotia, apud Ptolemæum, lib. III, cap. 15. Apud Pausaniam, lib. IX, Bœot. pag. 690, Τίφαι. H.—Hodie *Palæo-Castro*, ad sinum qui hodie *port de Dobréna* vel *Polaca* vocatur. ED.

26. *Quæ Corsicæ*. Quoniam oppido ei nomen alterum *Κόρσεια* fuit, teste Pausania, loco citato, pag. 577, unde cives deinde Thebas transducti, primum Bœotiae oppidum, de quo cap. 12. Stephanus, Κορσῆαι, πόλις Βοιωτίας. Scylax, p. 14: Μετὰ δὲ Φωκίης Βοιωτοὶ εἰσὶν ἔθνος· καὶ πόλεις αἰδε· Κορσῆαι, etc.

27. *Heliconem*. Chiffi. *Heliconem montem*. Hodie *Palæo-Vouno*, sive *Zagora*. ED.

28. *Pagæ*. Πηγαί Thucyd. lib. I, pag. 67, et Ptolemæo, lib. III, cap. 15. H.—Hodie *Alepochori*. ED.

V. (iv.) Peloponnesus¹, Apia² ante appellata, et Pelasgia, peninsula³ haud ulli terræ nobilitate postferenda, inter duo maria, Ægæum et Ionium, platani⁴ folio similis, propter angulosos recessus⁵, circuitu DLXIII⁶ m. pass. colligit, auctore Isidoro. Eadem per sinus⁷ pæne tantumdem adjicit. Angustiarum, unde procedit, Isthmos appellantur. In eo loco erumpentia e diverso, quæ dicta sunt⁸, maria, a septemtrione et exortu⁹, ejus omnem ibi latitudinem vorant: donec contrario incursu æquorum tantorum¹⁰, in quinque¹¹ m. pass. intervallo exesis utrimque lateribus, angusta

V. 1. *Peloponnesus*. Nunc la Morée. BAOT.

2. *Apia ante*. Scilicet ante Pelopis adventum, inquit Pausanias in Corinth. lib. II, pag. 94, ab Api Telchinis F. tota regio Ἀπία cognominata est. Vide etiam Stephanum, verbo Ἀπία. Nicolaus Damasc. in Excerptis, pag. 492, trifariam pariter appellatam scribit: Api regnante, quem Phoronei filium facit, Apiam: Pelasgo indigena res tenente, Pelasgiam: sub Pelope, Peloponnesum, quo demum in nomine acquievit. Sic Eustathius quoque in Dionys. vers. 415. Didymus Schol. id Homeri Iliad. I, vers. 30. Æschylus denique in Supplicibus, versu 123, Ἀπίαν βοῦνιν vocat: et versu 784, Ἀπίαν χθόνα. HARD.

3. *Peninsula haud ulli*. Transcribit hæc Capella a Plinio, lib. VI, cap. de tertio sinu Europæ, p. 210. H.

4. *Platani folio*. Ita Strabo, lib. VIII, pag. 335, et Mela, lib. II, cap. 3, pag. 32. HARD.

5. *Recessus*. Vet. apud Dalecamp. *inaccessus*. Sinuum anfractus. HARD. et ED.

6. *DLXIII. M. pass.* Paululum

ab Isidoro diversus ahire videtur, loco citato, et Agathemerus, Geograph. lib. I, cap. 5. HARD.

7. *Per sinus*. Si omnium sinuum angulosorumque recessuum oram interiorem adnavigando legas. H.

8. *Quæ dicta sunt*, etc. Rhodig. citato ad verbum hoc loco, hæc verba, *quæ dicta sunt, a septemtrione et ortu*, non legit, lib. XXI, cap. 19. DALEC.

9. *A septemtrione et exortu*. Ionium a septemtrione: ab oriente, Myrtoum, sive Ægæum, Peloponnesi totam, quanta est, latitudinem vorant, lancinantque. Rursum de Peloponneso Plinius infra, cap. 9: "Tot sinus Peloponnesi oram lancinant, tot maria allatrant. Siquidem a septemtrione Ionium irrupit: ab occidente, Siculo pulsatur: a meridie, Cretico urgetur: ab oriente brumali Ægæo: ab oriente solstitiali, Myrtoo." HARD.

10. *Tantorum, in quinque*. Proponebat Dalec. *tantum quinque*. ED.

11. *In quinque M. pass.* Ita plane MSS. omnes. Solinus tamen, cap. VII, pag. 23, *quatuor non amplius mill. pass.* Totidem habet et Mela,

ice Peloponnesum¹² contineat Hellas. Corinthiacus¹³ , illinc Saronicus¹⁴ appellatur sinus: Lecheæ¹⁵ hinc, Chreæ¹⁶ illinc, angustiarum termini, longo et ancinarum ambitu, quas magnitudo plaustris transvehit: quam ob causam perfodere navigabili alveo anias¹⁷ eas tentavere, Demetrius¹⁸ rex, Dictator Cæsar, Caius princeps¹⁹, Domitius Nero²¹, infausto²² (ut

l, cap. 3, pag. 34. Agathemen, Geograph. lib. I, cap. 5, adiorum id esse intervallum us omnino sunt quinque mill. HARD.—Spatium illud hodie *Hexamili*, id est, sex milliarum; quod recens milliarium brevius sit romano. BROU.

. *Contineat*. Barbarus, quem tur Dalec. imprudenter, ut prius admonet in notis MSS. *gat* hoc loco reposuit, quum in impressis libris, et nunc in MSS. Reg. 1, 2, Colb., et Paris. *contineat* legeretur. unius, inquit Plinius, totus ab Asia Græcia Peloponnesi transcedat ac dividatur, angustiarum terrarum, quasi tenui loco tenetur, ac retinetur. Sic isto tramite Helladi Peloponnesi adnecti. Mela dixit, lib. II, l, pag. 34. HARD.

. *Hellas*. Græcia proprie dicta, a Attica cæterisque regionibus, libendæ cap. 11 et subsequen-

. *Saronicus... sinus*. De quo 9. HARD.

. *Lecheæ*. Pausaniæ, Corinth. l, p. 86, Λέχαιον. Item Strabon. lib. VIII pag. 380, et Ptolemaei lib. III, cap. 16. Eidem Pausanias, pag. 88, Λέχη. Portus fuit, a vale, ἐπίπλευτον Κορινθίων, nunc

arenis obductus. Vide Hesychium, verbo Λέχος. HARD.

16. *Cenchreæ*. Κενχρηάι Diodoro Sic. Bibl. lib. XIX, pag. 705, et Straboni, loco cit. Κενχρηάις Thucydides vocat, lib. VIII, p. 569. Corinthiorum emporium Livio, l. XXXII, cap. 17. Etiam hodie *Kenchries* vocant. HARD.

17. *Angustias eas*. Sic ap. Chiffli. Deest vero apud Dalecamp. vocula *eas*. ED.

18. *Demetrius rex*. Is, cui cognomen ab exitio urbiūm Poliorcetes fuit, ut ait Seneca, epist. IX, pag. 175. Asiae rex, Antigoni F. qui Græciam fere totam suæ ditionis fecit. Vide etiam Strabonem, lib. I, pag. 84. HARD.

19. *Dictator Cæsar*. Ita Dio, lib. XLIV, pag. 242; Plutarchus in Cæsare, pag. 135; Sueton. in Julio, cap. XLV. HARD.

20. *Caius princeps*. Caius nempe, quem vocant Caligulam. Vide Suetonium in ejus vita, cap. XXI. H.

21. *Nero*. Suetonius in Nerone, cap. XIX. Dio, lib. LXIII, pag. 722. Quousque perducta sit Isthmi perfossio a Nerone coepta, docet Philostratus, lib. IV de vita Apoll. c. 8, pag. 181. Tentasse id etiam Alexandrum Macedonem, auctor est Pausanias, Corinth. II, 86. HARD.

22. *Infausto*. Chiffli. *nefasto*. ED.

3 omnium patuit exitu²³) incepto. Medio²⁴ hoc intervallo, quod Isthmon appellavimus, applicata²⁵ colli habitatur colonia²⁶ Corinthus, antea Ephyra²⁷ dicta, sexagenis ab utroque littore stadiis²⁸, e summa sua arce, quæ vocatur Acrocorinthus²⁹, in qua fons Pirene, diversa duo maria³⁰ prospectans. LXXXVII³¹ mill. pass.³² ad Corinthiacum sinum trajectus est Patras a Leucade. Patræ³³ colo-

23. *Ut omnium patuit exitu.* Vet. apud Dalec. *omnium, ut patuit exitu, incepto.* Ed.—Nam Demetrius quidem, a Seleuco genero victus, in custodia periit, ut refert Plutarch. in Antonio, pag. 957. Dictator Cæsar, Caligula, Nero, illata per vim necesse obiere. Animadvertimus hanc istius loci interpretationem displicuisse Spanhemio, de Usu Numismatum, tom. II, pag. 408, ibique eum contendere, *exitu* hic idem valere tantum, atque *irrito conatu*. Nescit *exitum* a Plinio poni pro exitio, sive exitiali fato: idque hujus in primis loci sententiam poscere, quum *infausto præcesse*rit. Sic idem Plinius, lib. VIII, cap. 74, *usque ad Sejani exitum* dixit, pro exitiali clade. HARD.—Ego tamen Spanhemii magis quam Harduini interpretationem arridere mihi fatebor. Ed.

24. *Medio hoc intervallo.* Martianus, qui hæc transcripsit, loc. cit. *in medio.* HARD.

25. *Applicata.* Vet. apud Dalec. *applicatu.* Ed.

26. *Coloniæ Corinthus.* Olim, inquit Mela, lib. II, cap. 3, p. 34, clara opibus, post clade notior, nunc romana colonia, ex summa arce, quam Acrocorinthon appellant maria utraque contuens. Misos eo a Cæsare Dictatore colonos libertini generis, ipso quintum, M.

Antonio collega consule, auctor est Dio, lib. XLIII, pag. 239; Plutarchus in Cæsare, p. 734. Hinc nummi antiqui: COL. IVLI. CORIN. et LAVS. IVLI. CORINT. et C. I. C. A. *Colonia Julia Corinthus Augusta.* HARD.—Nomen hodieque servat. Ed.

27. *Ephyra.* Ἐφύρα, usque ad Corinthum regem, a quo nomen accepit. Heraclid. de Polit. Corinth. Ἐφύρα Stephano, verbo Κόρινθος. H.

28. *Sexagenis ab utroque littore stadiis.* Sexagenis scilicet a Corinthiaci sinus littore, a Saronico item sinu plus quam centum et viginti stadiis. Ed.

29. *Acrocorinthus.* Montem editum fuisse auctor est Strabo, lib. VIII, pag. 379, cujus ascensus stadiorum esset omnino xxx. Sub ipso vertice fons Pirene, Παιρήνα. H.

30. *Duo maria.* Ionium et Ægeum. Quare *bimaris Corinthus*, ab Horatio appellatur, lib. I, Ode 7. HARD.

31. *LXXXVII mill. pass.* Chiff. LXXXIX. Ed.—Plinius, lib. II, cap. 112, addit passus quingentos. HARD.

32. *Ad Corinthiacum.* Vet. apud Dalec. *per Corinthiacum.* Ed.

33. *Patræ colonia.* Hodie *Patras*. Primum Aroen vocatam, appellatione a terræ cultu petita, mox a Patreo Agenoris nepote Patras, sutor est Pausanias in Achaic. Colo-

in longissimo promontorio Peloponnesi condita, ex
 arso Ætoliæ et fluminis Eveni, minus mill. pass. (ut
 im est) intervallo ipsis faucibus, sinum Corinthia-
³⁴ LXXXV millia pass. in longitudinem usque ad Isth-
³⁵ transmittunt.

1. (v.) Achaïæ nomen¹ provinciæ ab Isthmo incipit :
 a Ægialos² vocabatur, propter urbes in littore³ per
 nem dispositas. Primæ ibi, quas diximus, Lecheæ⁴
 inthiorum portus. Mox Oluros⁵ Pellenæorum castellum.
 ida : Helice⁶, Bura : in quæ refugere⁷, haustis prio-

eo deductam ab Augusto,
 o, lib. VIII, pag. 387. Atque
 immi testantur Claudio prin-
 cipi, cujusmodi in Museo no-
 Parisiensi asservantur. COL.
 et apud Erizzo, p. 88, COL.
 ΠΑΤΑ. Colonia prima Augusta
 nis. HARD.

. LXXXV millia pass. Vide quæ
 ius de hac Corinthiaci sinus
 tudine, lib. II, cap. 112. H.
 Transmittunt. Tramittunt in
 . exemp. perpetuo ita scribi-
 ΔΑΛΕC.

. 1. Achaïæ nomen. Transcribit
 Martianus, lib. VI, c. de tertio
 Europæ, pag. 210. Achaia hæc
 proprie appellata, longe ab
 versa est, quæ Hellas Ptolemæo
 minatur, hodie Livadia : qua
 rum regio, Bœotia, Attica
 entur. Αἰγιαλὸν quondam ap-
 am esse et Pausanias tradit,
 prior, lib. V, pag. 287, et lib.
 pag. 396. HARD.

Antea. Sic apud Chiffi. Dalec.
 ED.

Propter urbes in littore. Est enim
 is αἰγιαλὸς littus. HARD.

Lecheæ. Proponebat Dalecamp.
 um. Vix supersunt vestigia. ED.

5. Oluros. Chiffi. Olyrus. Step-
 no, Ολουρος, πολίχνιον τῆς Ἀχαΐας,
 οὐ πύρρον Πελλήνης. Fuit nimirum
 Oluros castellum, propugnaculum-
 que quoddam in ora conditum, ab
 incolis Pellenæ oppidi, LX stadiis
 intus recedentis a mari supra pa-
 gum Ulogoca : quo ipso in tractu
 Strabo, lib. VIII, pag. 386, Pellen-
 nen locavit. Vox Ολουρος Græcis
 idem quod Πάνορμος sonat, de quo
 mox. HARD. et ED.

6. Helice, Bura. Ἑλίκη, Βούρα,
 Ptolemæo, lib. III, cap. 16. De his
 egimus, lib. II, cap. 94. Biennio
 ante Leuctricum prælium absum-
 ptam mari Helicen, auctor est Stra-
 bo, lib. VIII, pag. 384. Contigit
 autem id prælium anno 2, Olymp.
 102, Diodoro teste. HARD. — Non-
 nulli aliquot Helices vestigia placi-
 do mari emergere testantur, v cir-
 citer m. pass. a Vostitza ortum solis
 versus. Buræ Acropolis reliquæ inde
 pari intervallo meridiem versus
 conspiciuntur, auctore ΠΟΥΚΟΥΒΙΛ-
 LE, lib. XII, cap. 8, pag. 419. ED.

7. In quæ refugere. Melius : Et in
 quæ refugere. DALEC. — Oppida de-
 inde, in quæ incolæ priorum, quæ
 hausit mare, transmigrarunt, qui

ribus, Sicyon, Ægira, Ægion, Erineos. Intus Cleonæ⁸, Hysia⁹. Panhormus¹⁰ portus, demonstratumque jam Rhium : a quo promontorio quinque¹¹ μ. pass. absunt Patræ, quas supra memoravimus : locus¹² Pheræ. In Achaia¹³, ix montium Scioessa notissimus, fons Cymothoe,

tantæ cladi superstites esse potuerunt, fuere ista : Sicyon, Ægira, etc. Σικυών, Αἴγισρα, Αἴγιον, Ἐρίνειος λιμὴν, Herod. Clio, lib. I, n. 245, pag. 62, et Ptolem. lib. III, c. 16. Scylaci quoque, pag. 15. Ægii meminit Homerus in Catalogo, v. 81 : Πηλεΐδην τ' εἶχον, ἧδ' Αἴγιον ἀμφιπέμνοντο. Ἐρίνειος λιμῆνος Pausanias, Achaic. lib. VII, pag. 442, et Thucydid. lib. VII, pag. 513. Αἴγισρα etiam apud Pausaniam, pag. 440. HARD. — Sicyon hodie *Vasilica* dicitur, Ægira, *Palæo-Castron*, in fluminis *Chelo-Potamos* dicti valle, Ægion, ut jam diximus *Vostitsa*; Erineos, *Artotina*. ED.

8. *Intus Cleonæ*. Κλεωναί Homero in Catal. vers. 77, a Corintho stadiis LXXX, ut scribit Eustathius p. 291. Notæ etiam Ptolemæo Κλεωναί, lib. III, cap. 16, et Straboni, lib. VIII, pag. 377, ubi situm ejus describit. HARD. — Monstrantur rudera ejus supra vicum *S. Basile*. ED.

9. *Hysia*. Ἰγυαί Argolicæ, quarum meminere Strabo, lib. IX, p. 404, et Pausanias in Arcad. lib. VIII, pag. 464 et 542. Incolæ Hysiatae. HARD. — Fortasse hodie *Vroma-Limni*. ED.

10. *Panhormus*. Chiff. *Palinhormos*. Græcis Πάνορμος portum significat omnibus navibus excipiendis aptum. Meminit illius Pausanias, Achaic. lib. VII, pag. 442. HARD. et ED.

11. *Quinque mill. pass.* Strabo, lib. VIII, pag. 387, stadiis XL, eadem prorsus mensura. At Pausanias, loco citato, stad. L. H. — Quod præsens confirmat locorum status. ED.

12. *Locus Pheræ*. Modus hinc loquendi Plinio familiaris, oppidum plane deletum innuit : rudera modo ac vestigia superesse. Hæc sunt quæ Stephano Φεραί et Φεραί Ἀχαΐας. At Straboni, lib. VIII, pag. 388, et Pausaniæ Achaic. lib. VII, pag. 440, Φάρα, Dymæ colonis contemmina, de qua statim dicturi sumus. HARD.

13. *In Achaia IX montium*. Vet. apud Dalec. *Scioessa. Notissimus fons Cymothoe*. ED. — In Achaia, inquit, quæ regio montibus novem attollitur, Scioessa fons notissimus est. Solinus, cap. VII, pag. 22 : « Propter oppidum Patræ, inquit, Scioessa locus novem collium opacitate umbrosus. » Male Plinium Solinus intellexit. Neque enim Scioessam locum esse voluit, qui montes haberet novem : sed e novem Achaicis montibus Scioessam esse notissimum. Sic ipse Plinius paulo post cap. seq. Messeniam regionem esse duodeviginti montium. Σκίοεσσα (subintellige ὑπόρεια, vel ἀκρόρεια) umbrosum silvarum opacitate montem significat : Κυμοθόη, fontem aquarum incitato cursu rapidum. HARD.

Patras oppidum Olenum¹⁴, colonia Dyme¹⁵ :²
⁶, Buprasium, Hyrmine : promontorium Araxum¹⁷,
 nes sinus, promontorium Chelonates¹⁸ : unde Cyl-
¹⁹ quinque²⁰ M. pass. Castellum Phlius²¹ : quæ

Olenum. Ὠλενος πόλις Ἀχαΐας
 mo. Straboni quoque, lib.
 2. 386. Dymen inter et Patras.
 — Hodie *Cato Achaia* vo-
 ED.

Dyme. Δύμη Straboni, lib.
 pag. 341, et Ptolemæo, lib.
 p. 16. Cives Δυμαῖοι. Regio
 πυκωνίς, incolæ Καύκωνες ap-
 Missos eo colonos a Pompeio
 , idem Strabo admonet, p.
 388. HARD. — Hodie *Palæo-*
 : una circiter leuca a *Cato*
 occasum solis versus. ED.

Loca. Deletis oppidis manent
 1, inquit, Buprasii et Hyr-
 Meminit utriusque Homerus
 dlogo, Iliad. II, vers. 122,
 o Strabo, lib. VIII, p. 340.
 nus quoque et Hesychius :
 ἔρα Βουπράσιόν τε, καὶ Ἑδίδα
 αικον, ὄσσον, ἐφ' Ἑρμίνην, καὶ
 ος ἐσχατόωσα. HARD. — Bu-
 n annem ad cujus ripam ste-
 detur urbs cognominis, cujus
 nino incertus, ille est qui
Verga dicitur, auctore Pou-
 LE, hic qui vocatur *Risso* sive
 auctore LAFIE, qui promon-
 Hyrmina, cui vicina esse
 urbs Hyrmine, hodie *Capo*
 :a esse opinatur. ED.

Araxum. Chiffletian. *Azarus.*
 Straboni, lib. VIII, p. 337,
 que geographis : a Dyme,
 LX. Ex adverso Acarnaniæ
 dere ait Agathemerus, Geog.
 pag. 5, ἀκρον Ἄραξος, ἀντι-

πρόσωπον Ἀκαρνανίης. Hodie *Capo*
Papa. HARD. et ED.

18. *Chelonates.* Ὁ Χελωνάτας Aga-
 themero, loco citato, et Straboni,
 lib. VIII, pag. 337. Dorica diale-
 cto : communi, Χελωνίτης ἄκρα Pto-
 lemæo, lib. III, c. 16. Hodie *Capo*
Clarentza, sive *Tornèse.* HARD.

19. *Cyllenen.* Κυλλήνη Eleorum
 navale apud Thucyd. lib. I, p. 22.
Mercurium ibi natum arbitrantur,
 inquit Mela, lib II, cap. 8, HARD. —
 De istius urbis situ inter eruditos
 minime convenit; nam CHANDLER
 eam *Clarentza* hodie esse opinatur;
 POUQUEVILLE, anglum viatorem re-
 prehensens, Cyllenes locum occu-
 pare *Andravidia* sive *Andravilla* con-
 tendit: LAFIE, in sua Græciæ mappa
 illam supra fluvium *Verga* ad maris
 littus ponit. Mannertus eam urbi
Clarentza vicinam fuisse putat, quæ
 quidem opinio cum Plinii verbis
 magis concordare videtur, qui Cyl-
 lenem, quinque, aut, ut quidam
 legunt, duo M. pass. a promontorio
 Chelonate dissitam fuisse ait. ED.

20. *Quinque.* Sic apud Chifflet.
 Apud Dalec. duo. ED.

21. *Phlius.* Φλιθῆς Ptolemæo, in
 mediterraneæ Sicyoniæ oppidis, I.
 III, cap. 16, et Straboni, mox lau-
 dando. H. — Innumera oppidi tem-
 plorumque ejus rudera ad Asozum
 annem, leucis v a Corintho occa-
 sum solis versus, reperit POUQUE-
 VILLE, *Voyage de la Grèce*, lib. XV,
 cap. 2, pag. 307. ED.

regio²² ab Homero Aræthyrea dicta, postea Asopis²³.

3 Inde Eliorum ager¹, qui antea Epei vocabantur : ipsa Elis in mediterraneo, et a Pylo² XII M. passuum intus delubrum Olympii Jovis³, ludorum claritate fastos Græciæ⁴ complexum. Pisæorum⁵ quondam oppidum, præfluente Alpheo amne. At in ora promontorium Ichthys⁶. Amnis Alpheus⁷ navigatur VI pass. mill. prope oppida, Au-

22. *Quæ regio.* Phlasiæ dicta, Φλιασία Straboni, lib. VIII, pag. 382, quam et Aræthyream prius appellatam scribit. Homeri locus est Iliad. II in Catalogo, v. 77, quem et Pausanias refert, Corinth. lib. II, pag. 107. HARD.

23. *Asopis.* Ἀσωπία, Pausaniæ, Corinth. lib. II, pag. 85. et Straboni, loco citato. *Asophis* prius perperam legebatur. HARD.

1. *Eliorum ager.* Strabo, lib. VIII, p. 340 : ὕστερον δ' ἀντ' Ἐπειῶν Ἡλαῖοι ἐκλήθησαν. Hesych. p. 348 : Ἐπειοί, οἱ Ἡλαῖοι, καὶ οἱ πλησιόχωροι. Ipsa urbs Hæc Ptolemæo, lib. III, cap. 16, cæterisque. HARD. — *Pæleopolis* hodie dicitur, ad pagum *Calivia*, ad Peneum hodie *R. de Gastouni*. ED.

2. *A Pylo.* Hæc Pylos Eliacæ, seu Thriphyliacæ appellata Straboni, lib. VIII, pag. 351 : ὁ Πύλος Ἡ.εἰακός, ἢ Τριφυλιακός. H. — Nonnulla reperiuntur ejus rudera juxta vicum *Tchelebi*, ad Λαδονem, qui in Peneum influit. ED.

3. *Olympii Jovis.* Stadiis ab Elide trecentis, Strabo, lib. VIII, p. 353, hoc est, pass. mill. XXXVII, et quingentis pass. HARD. — Reperiuntur ejus rudera, nec non Pisæorum oppidi, quod rivulus ab Olympico campo sejungebat, ad dextram Alpei, hodie *Orpheæ*, sive *Rouphia*,

ripam, juxta pagum *Antilalo*. ED.

4. *Fastos Græciæ.* Olympicorum enim ludorum beneficio, exacta postmodum notitia temporum observata : per Olympiadas deinceps, quod spatium annorum quatuor fuit, compositi ordipatique fasti, in quibus res gestæ et insignia quæque notari consueverunt. Ludorum Hercules auctor : instaurator Iphitus existimatus. Olympias prima cœpit annis quinque et triginta ante Romam conditam. HARD.

5. *Pisæorum.* Vet. apud Dalec. *Pisa eorum quondam.* Aliis : *Pisa Œnomani quondam.* ED. — Πίσα πόλις τῆς Ὀλυμπίας, Stephano. Ptolemæo, Ὀλυμπία Πίσα, lib. III, c. 16. Deletæ urbis situm causamque excidii describit Pausanias in Eliac. post lib. VI, p. 386. Regio Πισάτις Straboni, lib. VIII, pag. 356, qui urbis rudera inter duos montes, Ossam et Olympum exstare quibusdam creditum, Pisam ullam unquam exstitisse negatum ab aliis tradit. HARD.

6. *Ichthys.* Ἰχθὺς ἄκρα in Elide, juxta Alpei ostia, Ptolemæus, lib. III, cap. 16. Hodie *Capo Catacolo*. ED.

7. *Alpheus.* Parmen. edit. « Alpheus navigatur prope sex oppida. » At oppida duo tantum enumerantur. Dalecampius, *navigatur in oppi-*

lona⁸, et Leprion. Promontorium Platanodes⁹: omnia hæc ad occasum versa.

VII. Ad meridiem autem Cyparissius sinus cum urbe Cyparissa¹ LXXII millium passuum circuitu. Oppida: Pylos², Methone³: locus Helos⁴, promontorium Acri-

da. At MSS. reclamant, 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiff. et vet. Dalec. in quibus legitur, *navigatur VI prope oppida*. Non videre priores scilicet, numero solo adnotato millia passuum significari in exemplaribus manu exaratis, in quibus hæc vocalæ, *mill. pass.* nusquam fere occurrunt, sed subintelliguntur. Ἀφαιδὸς Ptolemæo, loco citato, cæterisque. Navigatur Alpheus, inquit, procul a mari, juxta ipsa Arcadiæ, quæ pars mediterranea Achaiæ est, oppida duo, Aulona et Leprion, ad sex usque millia passuum ab iis oppidis. Ἀδλὼν, πόλις Ἀρκαδίας, Stephano. De Leprio dicemus cap. 19. HARD. — Vet. apud Dalec. *navigabilis prope sex oppida, Aulos*, etc. ED.

8. *Aulona*. Dalec. *Aulos*. Situs ejus omnino ignoratur. ED.

9. *Platanodes*. Ita MSS. omnes, et Parm. edit. *Platanistus* nobis obtrusit Hermolaus, pro voce legitima Πλατανώδης, quæ et apud Strabonem exstat, lib. VIII, pag. 348, etsi mendose ibi Πλαταμώδης nunc legitur. *Platanistus* autem, Πλατανισοῦς, sive Μάκρυς (habet enim geminam hanc appellationem apud eundem Strabonem, pag. 345), regio intus est: oppidumque desertum, non in ora, sicuti præsens locus sibi exigit, promontorium. H. — Nomen hodie ignoratur. ED.

VII. 1. *Cyparissa*. Κυπαρισσία

Stephano: Ptolemæo, lib. III, cap. 16, Κυπαρισσαι, in Messenia. Eustathio, in Iliad. B, pag. 297, πόλις Μεσσηνίας. Hodie *Arcadia*. Incolæ, Straboni, lib. VIII, pag. 345, Κυπαρισσιῶτες. Hic porro ager Messeniæ incipit, Ptolemæo, lib. III, c. 16, oppida quæ sequuntur, Messeniæ accensente. Cyparisso sinui ab oppido nomen, *Golfo d'Arcadia*. HARD.

2. *Pylos*. Πύλος in Messenia, prope Μεθώνην. Hæc Messeniaca Pylos, ab aliis diversa: fuit enim tergemina civitas ejus nominis, ut Strabo admonet, lib. VIII, pag. 351. Frustra Meursio Tylos hoc loco, vel Oetylos scribente, in Miscell. Lacon. lib. IV, pag. 274. HARD. — Hæc Messeniaca Pylos, non autem, ut ait Harduinus, Eliaca supra memorata, Nestoris patria fuit. Multi eam loco hodie Zonchio dicto stetitisse volunt; sed POUQUEVILLE, *Voyage de la Grèce*, lib. XVIII, cap. 2, pag. 26, et cap. 5, pag. 72, illam nomen etiam nunc servare et *Pylo* sive *Pilo* dici. Vide quoque eruditi LARIE mappam. ED.

3. *Methone*. Μεθώνην Messeniæ Ptolemæus, loco citato, et Strabo, lib. VIII, pag. 359. Laconia Stephanus adjudicat, Thucydiden secutus, lib. II, pag. 116. Hodie *Palæo Castro*, juxta *Modon*, ortum solis versus. ED.

4. *Locus Helos*. Seu loci id no-

tas⁵ : sinus Asinæus⁶, ab oppido Asine, Coronæus⁷ a Corone. Finiuntur Tænaro⁸ promontorio. Ibi⁹ regio Messenia duodeviginti montium. Amnis Pamisus¹⁰. In-
tus autem ipsa Messene¹¹, Ithome, OEchalia, Arene,

men fuerit circa Alpheum, seu ur-
bis jam dirutæ. Strabo, lib. VIII,
pag. 350: Ἐλος δ' οἱ μὲν παρὶ τὸν
Ἀλφειὸν χῶραν τινὰ φασίν· οἱ δὲ καὶ
πῶλιν. HARD. — Diversa certe fuit
hæc Helos Messeniaca, ab illa quæ
in Laconia fuit, haud longe ab Eu-
rotæ ostiis, ortum solis versus, loco
dicto *Tsyli*. ED.

5. *Acritas*. Ἀκρίτας ἄκρα Ptolem.
lib. III, c. 16, et Paus. in Messen,
lib. IV, pag. 282, juxta Methonem,
Straboni, lib. VIII, pag. 359. Ho-
die *Capo Gallo*. ED.

6. *Asinæus*. Ἀσιναιῖος ἀπὸ τῆς Μεσ-
σηνιακῆς Ἀσίνης, Straboni loco citat.
Exciderat hoc oppidum ætate Paus-
aniæ, ipso teste, Corinth. lib. II,
pag. 154. Loco hodie *Jaratcha* dicto
stetisse videtur. Sinui nomen alte-
rum Messeniaco, a Messene fuit.
Strabo, loco cit. HARD. et ED.

7. *Coronæus*. Ab oppido Κορώνη,
quod oppidum Messenæ proximum
est, apud Ptolem. lib. III, cap. 16.
Hodie *Petalidi*. Sinus ipse Messe-
niaci pars quædam est, et recessus
interior. H. et ED.

8. *Tænaro*. Ταίναρον, Pausaniæ
in Lacon. lib. III, pag. 212; Ταί-
ναρία ἄκρα Ptolem. loco citat. Asi-
næum sinum a Coronæo disternit:
hodie *Cap Matapan*. HARD.

9. *Ibi regio*. Hæc quæ diximus
oppida, inquit, regio Messeniaca
complectitur, et simul montes
xviii. HARD.

10. *Pamisus*. Πάμισος, Pausania

in Messen. lib. IV, p. 280. Eidem
Πάμισος, pag. 221. Mela, lib. II,
cap. 3: " In Asinæo flumen Pam-
isum. » Hodie *Pirnatza* vocatur.
HARD. et ED.

11. *Messene*. Μεσσηνή. Homero in
Catalogo Iliad. B, vs. 89, Μίσση.
Hodie *Mavromati*. In nummo ex ære
mediocri, in Museo nostro, caput
turritum, idemque velatum est, ar-
gumento liberæ civitatis: titulus,
MECCHNLON. Parte altera, Æ-
sculapii stantis effigies est, sine epi-
graphie: latere sinistro corona lau-
rea. Sequuntur deinde Ἰθώμη Μεσση-
νίης Stephano, et Pausaniæ, in Mess.
lib. IV, pag. 223. Arx ea Messenes
fuit, ut Corinthi Acrocorinthus:
auctor Strabo, lib. VIII, p. 361.
Οἰχάλια Straboni, lib. VIII, p. 350,
prope Messenen, unde Μεσσηνίς Οἰ-
χάλια Stephano. Stephanus Plinio
suffragatur: geminam enim Are-
nen distinguit: Messeniacam alte-
ram, alteram Triphyliacæ regionis,
Ἀρήναι δύο πόλεις, Μεσσηνίας καὶ Τρι-
φυλίας. Messeniacam Plinius modo
appellat: Homerus Triphyliacam,
Iliad. B, in Catalogo, v. 98: Οἱ δὲ
Πύλον τ' ἐνέμοντο, καὶ Ἀρήνην ἑρατι-
νήν. Strabo nihilominus, Ἐρανά hanc
Messeniacam mavult appellari:
Arenenque, quod nomen sit Pylio-
rum oppidi ab Homero proxime
citati, male putasse quosdam hanc
prius vocatam, non uno in loco te-
statur, lib. VIII, pag. 348 et 361.
H. — Ithomes, quæ Messenes arx

Ptleon¹², Thryon, Doryon, Zancle, variis clara temporibus. Hujus sinus¹³ circuitus LXXX M. pass. trajectus vero xxx M.

VIII. Dehinc a Tænaro ager Laconicus, liberæ¹ gen-

fuit, monti cognomini, hodie *Vourcano*, imposita, nulla supersunt vestigia; Oëchaliæ locum monasterium occupat: Arene hodie *Sareni* vocatur. Ed.

12. *Ptleon*, etc. Πτελεόν, Θρύον Homero in Catalogo Iliad. B, vers. 99, Δόριον. Sola Zancle in hoc tractu cæteris scriptoribus neglecta: etsi variis singula temporibus, deinceps alia ex aliis, claruisse Plinius asseveret. Constans tamen hæc est consentiensque librorum omnium manu exaratorum, impressorumque lectio, quam vel leviter movere, nullo suffragante codice, religio est. Arridebat alioqui mihi meum commentum, quod deinde placuisse Hermolao animadverti: existimabam scilicet legi commode ita posse, quoniam de Zancle Messeniæ oppido cæteri scriptores silent: « Ptleon, Thryon, Dorion, Thamyrae vatis clara temporibus »; Homerus enim favere conjecturæ admodum videtur, Iliad. B, in Catalogo. vers. 101: Καί Πτελεόν, καί Ἐλος, καί Δόριον, ἔθθα τὰ Μούσαι ἄντόμεναί Θάμυριν τὸν Θρηῖκα παῦσαν δοιδῆς. Hunc Thamyram Plutarchus vocat, lib. advers. Epicur. p. 1093. Θάμυριν Apollodorus, de Diis, lib. I, pag. 11. Hunc Musæ cantu superatum et oculis et arte privarunt. Rem totam, et simul Homeri locum Statius expressit, Thebaid. lib. IX, vs. 181: « Quos Helos et Ptleon, Getico quos flebile vati

Dorion: hic fretus doctas anteire canendo Aonidas, multos Thamyris damnatus in annos Ore simul citharæque, etc. » Lucanus similiter, lib. VI, v. 352: « Ptleosque et Dorion ira flebile Pieridum. » Pellicerius in libris MSS. pro *Zancle*, quondam, supponit. Nos exemplarium vestigia religiose secuti, Zanclem retinemus: atque ut Messenios Siciliæ a Messeniis Græciæ ortos esse omnes confitentur, sic eorundem Siculorum oppidum Zanclem ab oppido Messeniæ Græcæ cognomine traxisse appellationem credimus: quæ quidem Græca Zancle, cæteraque quæ hic recensentur, deserta tum loca, ac fere tantummodo nomina, floruisse olim omnia dicuntur, claraque fuisse, non eodem tamen simul tempore, ut fit, sed deinceps, atque alia ex aliis. H. — In vet. apud Dalec. legitur *Zande*, non *Zancle*. Ed.

13. *Hujus sinus*. Messeniaci: hodie *Golfe de Coron*. HARR.

VIII. 1. *Liberæ gentis*. Strabo, de Spartanis seu Lacedæmoniis, lib. VIII, pag. 365, eos in eximio honore habitos a Romanis ait, libertatemque retinuisse: præter socias operas nihil quidquam Romanis pendisse: καὶ κτείναν δαύθεροι, πλὴν τῶν φιλικῶν λειτουργιῶν ἄλλο συντελοῦντες οὐδέν. Hodie hujus tractus incolæ, *les Mainotes* vulgo appellantur: a Turcarum quoque tyrannide perpetuo liberi. HARR.

tis : et sinus² circuitu cvi mill.³ trajectu xxxix mill. Oppida : Tænarum⁴, Amyclæ⁵, Pheræ⁶, Leuctra⁷ : et intus Sparta⁸, Theramne⁹ : atque ubi fuere Cardamyle¹⁰, Pitthane, Anthane¹¹ : locus Thyrea¹², Gerania¹³. Mons Tay-

2. *Et sinus*. Laconicus : hodie *Therennæ*. Ed. — *Θεράμνα*: Stephano, pag. 303; *Θεράπνη* Pausaniæ, juxta Spartam, in Lacon. lib. III, pag. 187. Harpocrat. *Θεράπνη τόπος ἐστὶν ἐν Λακεδαιμονίῳ*. Ruinæ tantum supersunt nullo nomine notæ. HARD. et ED.

3. *CVI mill.* Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Tolet. etc. non *CCVI*. HARD.

4. *Tænarum*. Solin. cap. VII, p. 22 : « est et oppidum Tænaron, nobili vetustate. » *Ταίναρον*, a promontorio ejusdem nominis, stadiis XL dissitum, teste Pausan. in Lac. lib. III, pag. 212. Hodie *Kisternès*. HARD. et ED.

5. *Amyclæ*. *Ἀμύκλαι* Straboni, lib. VIII, p. 363 : « Silentio quondam suo pessumdatæ, » inquit Solinus, loco cit. Hodie *Sclavo-Chorio*. HARD. et ED.

6. *Pheræ*. *Φεραὶ* Ptolemæo, in Messenia, lib. III, cap. 16; *Φεραὶ* Straboni, lib. VIII, pag. 367, et Hom. *Iliad.* B, *Φεραὶ* Messeniæ Stephano, cujus oppidi civis *Φεραίτης* : apud Paus. in Lac. l. III, p. 261, *Φεραίτης*. Hodie *Chitries*. H. et ED.

7. *Leuctra*. *Λεῦκτρον τὸ Λακωνικόν*, Straboni, lib. VIII, pag. 361, longe diversum oppidum a Leuctris Bœotiæ, Lacedæmoniorum clade nobilitatis. Hodie *Levtros*. HARD. et ED.

8. *Sparta*. *Quæ et Λακεδαιμών*. Quatuor circiter mill. pass. a ruderibus antiquæ Lacedæmonis excitatum est occasum solis versus, oppidum *Mistra*; facto ei nomine a minuto caseo, quem sic indigenæ vocant. Ruderibus nomen hodie est *Paleochori*, quasi *παλαιὰ γῶρα, vetus ager*. HARD.

9. *Theramne*. Vet. apud Dalec.

Therennæ. Ed. — *Θεράμνα*: Stephano, pag. 303; *Θεράπνη* Pausaniæ, juxta Spartam, in Lacon. lib. III, pag. 187. Harpocrat. *Θεράπνη τόπος ἐστὶν ἐν Λακεδαιμονίῳ*. Ruinæ tantum supersunt nullo nomine notæ. HARD. et ED.

10. *Cardamyle*. *Καρδαμύλη* Homero, *Iliad.* I, vers. 150. *Πιτάνη*, Pausaniæ in Lacon. lib. III, pag. 192. Pindaro quoque, *Olymp. od.* 6, juxta Eurotam amnem. HARD.

11. *Anthane*. In MSS. et edit. Parm. *Antiane*. *Anthia* ego anteposuerim, ex Homero, *Iliad.* I, vers. 150, quem sequi in primis Plinius videtur : *Καρδαμύλην, ἔνόσπην τε, καὶ Ἰρήν ποιήσασαν Φηρᾶς τε ζαθείας ἡδ' Ἀνθίαν βαθύλιμον*, etc. quam Stephano *Ἀνθίνα* quoque, sive *Ἀνθήνη*, πόλις *Λακωνικῆ* dicitur, et Harpocrati, pag. 28, *Ἀνθίνη*, πόλις τῆς *Λακωνικῆς*. Thucyd. quoque, prope Thyream *Ἀνθίνη* est, lib. V, pag. 573. Sed *Anthiam* habet Solinus Plinii simia, c. VII, p. 22. H. — Vet. apud Dalec. *Asiane*. Strab. *Anteia*. Ed.

12. *Locus Thyrea*. *Θυρέα* Straboni, lib. VIII, pag. 360. Meminit Herodotus, *Clio*, lib. I, n. 12, p. 34, loci sive agri, qui Thyrea vocatur, *χώρου καλεομένου Θυρέας*, in confinio Laconicæ Argolicæque, Diodoro teste in *Bibl.* lib. XII, p. 116. Vastatam incensamque urbem, docet Thucyd. lib. IV, pag. 289. Solin. cap. XII, XXII : « Ubi quondam fuere Thyreæ, nunc locus dicitur : in quo anno XVII regni

getus¹⁴ : amnis Eurotas¹⁵, sinus Ægilodes¹⁶, oppidum Psammathus¹⁷. Sinus Gytheates¹⁸ ab oppido : ex quo Cretam insulam certissimus¹⁹ cursus. Omnes autem²⁰ Maleæ promontorio includuntur.

IX. Qui sequitur sinus ad Scyllæum¹, Argolicus² appellatur, trajectu quinquaginta m. pass. idem ambitu CLXII³

Romûli, inter Laconias et Argivos memorabile bellum fuit. — Statius, Thebaid. lib. IV, v. 47: « Et Lacedæmonium Thyre lectura cruorem. » HARD.

13. *Gerania*. Γερνία Pausaniæ, in Lacon. lib. III, pag. 204. Hanc ab Homero dictam esse Ἐνόπην, Iliad. I, vs. 150, tum ipse prodidit, pag. 214, tum etiam Strabo, lib. VIII, p. 360. Messeniæ a Stephano accensetur. HARD.

14. *Taygetus*. Ταΰγετον ὄρος Straboni, lib. VIII, pag. 562, *Pente Dactylon*, seu *Pente Dactyli* cognominatur. ED.

15. *Eurotas*. Εὐρώτας, hodie *Vasili Potamo*. Multa de eo Strabo, lib. VIII, pag. 343. ED.

16. *Ægilodes*. Αἰγιλώδης. Ita totidem plane apicibus MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. aliique. Ab Ægila Laconicæ pago videtur id nomen factum ei sinus Laconici intimo recessui. Meminit ejus loci Pausanias, in Messen. lib. IV, p. 247: ἔστι καὶ Αἰγίλα τῆς Λακωνικῆς, ἔνθα ἱερὸν ἰδρῶται ἱερὸν Δήμητρος. Non placet Pelicerii conjectura in notis MSS. *Helodes* legentis, ex Strabone, lib. VIII, p. 343, a vicina Spártæ ora palustri. H. — Sinus Ægilodes, hic mihi esse videtur, qui in eruditi LAPID. mappa *Port Poulithra* appellatur. ED.

17. *Psammathus*. Ψαμμάθους,

παλις Λακωνικῆ, Stephano. Portus est Scylaci, Ψαμμάθους, pag. 16. H.

18. *Gytheates*. Ab oppido quod Strabo Γύθειον, loco citato. Plinius ipse, lib. VI, cap. 39, Gythium vocat. Pausanias in Lacon. lib. III, pag. 273, Γύθειον. Stephanus quoque, cui gentile nomen est Γυθιάδης. Livius *Gythium*, lib. XXXIV, cap. Hodie, ut videtur, *Porto Phinaki*; male autem nobis hunc sinum nominasse hic videtur Plinius, pro Bœate sinu, hodie *baie de Vatika*, unde in Cretam certissimus et brevissimus cursus. ED.

19. *Certissimus*. Proponebat Dal. *brevissimus*. ED.

20. *Omnes autem*. Sinus videlicet, Laconicus, Ægilodes, Gytheatesque. Μαλία ἄκρα ei promontorio nomen est apud Scylacem, p. 16, et Ptolem. lib. III, cap. 16. Μαλία apud Strabon. lib. VIII, pag. 363, ἀκροῦ τῆς Μαλίας apud Pausan. loco citato, pag. 207. Hactenus perperam editum, omnia et mox *Muko* pro *Malia*. Hodie est *Capo S. Angelo*, sive *Malio*. HARD.

IX. 1. *Scyllæum*: Σκύλαιον Straboni, lib. VIII, pag. 368, et Scylaci, pag. 19; Σκύλλιον ἄκρον Ptolemæo, lib. III, cap. 16. Nunc *Cap Skylli*. HARD.

2. *Argolicus*. *Golfo di Napoli*, sive *di Nauplia*. ED.

3. *CLXII*. Ita MSS. Reg. 1, 2,

millium. Oppida : Bœa⁴, Epidaurus Limera cognomine, Zarax, Cyphanta⁵ portus. Amnes⁶ : Inachus, Erasinus, inter quos Argos Hippium⁷ cognominatum, supra locum Lernæ⁸, a mari duobus⁹ μ. pass. novemque additis millibus, Mycenæ¹⁰ : et ubi fuisse¹¹ Tiryntha tradunt : et

Colbert. etc. non, ut editi, CLXXII. HARD. — Vet. apud Dalec. *CII mill. Ed.*

4. *Bœa*. Dalec. *Bœa*. Βοία πόλις Scylaci, p. 16. Apud Pausan. Lacon. lib. III, pag. 204, inter oppida Eleutherolaconum, ista numerantur : Βοιαί, Ζάραξ, Ἐπίδαυρος ἢ Δικυρὰ, etc. Illius incolæ Βοιαταί appellati. Ζάραξ Stephano, πόλις Λακωνική. Pausanias quoque, Attic. lib. I, pag. 72, a Zarece Musico. Epidauro id cognomen inditum, a commoditate portuum, ait Schol. Thucyd. διὰ τὸ πολλὰς ἔχειν λιμένας ἀντι τῷ Δικυρῶ. H. — Bœa, hod. *Palæo Castron* vocatur; Epidaurus Limera, *Palæa Emrosia*, supra *Monembasia*; et Zarax, *Porto Kari*. Ed.

5. *Cyphanta*. Κυφάντα λιμὴν in Argolico sinu, apud Ptolem. lib. III, cap. 16. Et Κυφάντων inde oppidum stadibus decem a mari, teste Pausan. in Lacon. lib. III, p. 206. Hodie *Porto Botte* sive *Stilo*. Ed.

6. *Amnes*. Ἰνάχης Argos Hippium alluit, apud Strabon. lib. VIII, p. 370, quamobrem et Inachium mox appellatur. Eodem Argivis agro labi dicitur Ἐρασίνος, pag. 361, ubi de ejus ortu, cursuque multa. HARD. — Inachus amnis hodie *Xera* dicitur. Ed.

7. *Argos Hippium*. Sive quod idem est, Ἰππιόφων, ut Homerus cecinit, Iliad. III, v. 75, quod pascendis equis campos haberet opti-

mos. Vide Varron. de Re rust. lib. II, cap. 1, pag. 75. Hujus navalesc. portus Nauplia fuit, ut ex iis Scylacis verbis confici potest, pag. 19 : Μὰτὰ δὲ Λακωδαίμονα πόλις ἐστὶν Ἀργός, καὶ ἐν αὐτῇ Ναυπλία πόλις καὶ λιμὴν. Et Strabo, lib. VIII, p. 368 : ἡ Ναυπλία τὸ τῶν Ἀργείων ναύσταθμον. Hodie etiamnunc *Argos*, ut leucis a *Nauplie de Romanis*, vel *Napoli*: unde sinai nomen. HARD.

8. *Locum Lernæ*. Dalec. *larnæ*, sed libri MSS. omnes *locum*: ut non de palude illa hæc accipienda sint, quam hydra, Herculisque labor nihilavit; sed de loco, qui multo propior mari, amni paludisque Lernæ, cognominis fuerit. Ἀθήνην oppidum in Laconica Ptolemæus locat, lib. III, c. 16, situ præpostero. Rectius Mela, lib. II, cap. 3, p. 34: « In Argolico sinu sunt noti amnes, Erasinus atque Inachus : et motum oppidum Lerne. » H. — *Milos* hodie vocatur. Ed.

9. *Duobus millibus*. Dalecamp. *M. M. Ed.*

10. *Mycenæ*. Μυκῆναι. Negat has jam tum ævo suo superfuisse Strabo, lib. VIII, p. 177. H. — Hodie *Carpathi*. Ed.

11. *Ubi fuisse*. Interdiscissianquit. Τίρυνθα Strabo quoque nominat, p. 372. Excisam ab Argivis docet Pausanias, Corinth. lib. II, p. 115 et 132. H. — Hodie *Palæa Nauplia* dicitur. Ed.

Mantineæ¹². Montes¹³: Artemius, Apesantus, Aste-
Parparus, aliique¹⁴ undecim numero. Fontes: Niobe¹⁵,
none¹⁶, Psamathe¹⁷. A Scyllæo ad Isthmum CLXXVII
ss. Oppida: Hermione¹⁸, Træzen¹⁹, Coryphasium²⁰:

Mantineæ. Diversa hæc est
adica, de qua cap. 10. Illam
uperstitem, hanc deletam,
ri illo suo Atticismo, *locus*,
et. HARD.

Montes. Artemius est, qui
iæ. Cor. I. II, p. 130, et Ar-
VIII, p. 464, Ἀρτεμίστιος dicitur
Ἀρτεμίδος, hoc est, Dianæ
istic dedicato. Apesantus,
Pausaniæ eidem, Corinth.
pag. 211. Sic *elephas* et *ele-*
dicimus. Mons Nemeæ di-
x Pindaro, et Callimacho,
Stephan. Ἀρτεπίων amni co-
nis videtur, qui ex eo monte
quem in Argivo agro fabi-
as prodidit, Corinth. lib.
Parparo cæteri scriptores si-
— Artemisius hodie *Mega-*
sive *Malego* dicitur; cæteri
itur. ED.

Aliique. Ut Λυζώνη, ex quo
um erumpere Pausanias ait,
tato, p. 129. Et *Neris* apud
n, Theb. lib. IV, vers. 46,
iontis Argivi nomen esse Pla-
lactantius ex Callimacho re-
c. HARD.

Niobe. A Niobe Pelopis so-
Amphionis conjugæ, nomen
Vide Strabon. lib. VIII, p.
ARD.

Amymone. Ἀμυμώνη prope
paludem, teste Strabone,
71. Ovid. Metam. lib. II, vs.
Quærit Boëtia Dircen, Ar-
ymonen. • Idem Amymo-

nus, idem postea Lernæus fons ap-
pellatus, inquit Hygin. fabul. 169,
fol. 37. A Danai filia nomen acce-
pisse, auctor est Pausanias, Corinth.
lib. II, p. 156. HARD.

17. *Psamathe*. Ψαμάθη. Meminit
fontis hujus Valer. Argon. I, 364:
• Qui tenet undisonum Psama-
then. • HARD.

18. *Hermione*. Ἑρμιόνη Pausaniæ,
Corinth. lib. II, pag. 149, et Stra-
boni, lib. VIII, pag. 373. Ptolem.
quoque lib. III, c. 16, prope Scyllæ-
læum. H. — *Castri* hodie voca-
tur. ED.

19. *Træzen*. Τροιζήν. Mela, lib.
II, cap. 3: • Træzenii fide societa-
tis Atticæ illustres. • H. — Hodie
Demala. ED.

20. *Coryphasium*. Id promontorio
nomen est in hoc ipso tractu, apud
Pausaniam in Messen. lib. IV, p.
284, Κορυφάσιον. HARD.

21. *Alias Inachium*. Et præter
memorata proxime oppida, inquit,
Argos etiam est Hippium cogno-
minatum, appellatumque idem alias
Inachium, ab Inacho amne quò al-
luitur: alias Dipsium, ab amœnita-
te. Argos Inachium, sive Dipsium,
diversum ab Argo Hippio paulo an-
tea citato, perperam credidisse Plin-
nium, Pintianus existimavit, et
eum secutus Pelicerius in notis
MSS. quum Straboni, lib. VIII, p.
369 et 370, tria hæc ejusdem Argi
nomina fuerint. Inachium sanè ab
amne Inacho non longe fluente, ut

appellatumque alias Inachium²¹, alias Dipsium Argos. Portus Schœnitas²², sinus Saronicus²³, olim querno nemore redimitus, unde nomen : ita Græcia²⁴ antiqua appellante quercum. In eo²⁵ Epidaurum oppidum, Æsculapii delubro

Plinius antea admonuit, est appellatum. A siti, διψα, hoc est, desiderio, translatione poetica; ob agri amœnitatem, ut auctor est ibidem Strabo, nomen alterum invenit: vel ab aquarum penuria, ut quosdam existimasse videbimus lib. VII, cap. 17, quum sit irrigua maxime regio, et ἑυδρως. Quod vero illud proxime antea Plinius jam obiter appellavit, in causa fuere amnes ii duo, Inachus et Erasinus, qui Argivum agrum perlabuntur, de quibus quum ageret, circumiri ambobus Argos significavit. Nunc vero oppidorum singulorum seriem, ordinemque contextens, iterum illud ipsum Argos appellat, varietate ejus nomina repræsentat. Quanquam si diversum istud a priore Argos statuere quis velit, Stephanum sententiæ suæ suffragatorem et auctorem forte non pœnitendum habuerit. Nam præter Hippium Argos, quod et Dipsion vocat, aliud prope Trœzenem agnoscit, sextum ejus nominis, ἕκτη, κατὰ Τροϊάδα. HARD.

22. *Portus Schœnitas.* Σχοινίτης λιμὴν. Secuti sumus vestigia veterum codicum, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. et Tolet. in quibus *portus Chœnitas* legitur, Melamque ipsum, lib. II, cap. 3, pag. 34, cujus hæc verba: «Portus Saronicus, et Schœnitas et Pogonus.» Πώγων Græcis Latinisque omnibus portus Trœzeniorum est. Quod vero in libris nunc editis, *portus Cœnites* legitur, factum id Hermolai emendatione, a Cœnis

oppido, quod prope Tœnarum Ptolemæo, Pausaniæque memoratum procul ab hoc tracta abest, et Læconici sinus est, non Argolici, in quo describendo versamur. Neque tamen portus hic Schœnitas, in ipso aditu Saronici sinus positus, hodieque *porto Esteme* dictus, cum altero fere cognomine, Schœnunte scilicet, confundi debet, quod a Pintiano factitatum est, quum is in intimo ejusdem sinus recessu prope isthmum jaceat, ut dicturi sumus cap. 11. HARD.

23. *Saronicus.* Σαρωνικός κόλπος, Ptolem. lib. III, cap. 16. Hodie, *Golfo d'Egina*, ab insula Ægina in eo sinu posita, sive *Golfo d'Atthina*. ED.

24. *Ita Græcia.* Id confirmat Callimachi scholiastes, ad illum poetæ versum 22 hymni in Jovem: Ἡ κόλας ἐφύπαρθε σαρωνίδασι. Σαρωνίδαί, inquit, δρῦς διὰ τὸ σσηρότα, καὶ συνεγραμμένον τὸν φλοῖον ἔχαι. Hesychius: Σαρωνίδες, αἱ διὰ παλαιότητα μηχανυῖαι δρῦες. Aliter tamen Pausanias, et Eustath. in Dionys. HARD.

25. *In eo.* Meridionali et occidentali sinus Saronici littore, Ἐπίδαυρος Straboni, lib. VIII, p. 374 in medio sinu, contra Æginam insulam. De Æsculapii illic delubro fuse Pausanias disserit, Corinth. lib. II; Strabo, lib. VIII, p. 374, aliique. HARD.— Nomen hodieque servat *Epidavros*; exstatque etiam integrum fere theatrum vetus. ED.

ore : Spiræum²⁶ promontorium, portus Anthedon²⁷,
ucephalus : et quas supra²⁸ dixeramus, Cenchreæ,
ni²⁹ pars altera cum delubro Neptuni³⁰, quinquennia-
³¹, inclyto ludis. Tot sinus³² Peloponnesi³³ oram lan-
at, tot maria allatrant. Siquidem a septemtrione Io-
irrupit : ab occidente, Siculo pulsatur : a meridie,
ico urgetur : ab oriente brumali³⁴, Ægæo : ab oriente
itali, Myrtoo³⁵, quod a Megarico incipiens sinu, totam
am alluit.

. (VI.) Mediterranea ejus¹ Arcadia maxime tenet, un-

Spiræum. Hodie *Capo Franco*.
oram similiter Saronici sinus
næus describit : Ἐπίδαυρος,
ιον ἄκρον, Ἀθηναίων λιμὴν (pro
ὄν λιμὴν), Βουκέφαλον λιμὴν.
et Ed.

Anthedon. Diversa hæc plane
thedone Bœoticiæ, ut situs ipse
iet, quum sit in opposito Sa-
sinus littore, meridionali sci-
illa, boreali, extra Pelopon-
et Achaïam. In MSS. Reg.
Colb. 1, 2, Paris. et Chifflet.
lus. H. — Portus Anthedon
liti viri ΛΑΡΙΕ Græciæ map-
onsulas, is est qui hodie *Port*
*hénien*s vocatur, Spiræo pro-
rio vicinus, et Bucephalus ille
meridionali parte sinus ho-
nie de Keckries dicti reperi-
d.

Quas supra. Cap. 5. Ed.

Isthmi pars altera. Hæc So-
tidem plane verbis exscripsit,
pag. 21. HARD.

Neptuni. Qui quidem ex eo
ΙΑΩΝ ΣΘΜΙΟΣ appellatur,
nmo Neronis Aug. e Gaza
HARD.

Quinquennialibus. Ausonius

sic etiam locutus, Idyll. 25 : « Hæc
quoque temporibus quinquennia
sacra notandis Isthmia Neptuno
data sunt. » At Isthmia tamen, non
pentaeterica, sed trieterica fuerunt,
Pindari ævo, ut ex ipso liquet,
Nemæor. Ode 6, v. 69, et ejus
Scholiaste : hoc est, tertio quoque
anno edebantur. HARD.

32. *Tot sinus.* Omnino decem,
tam exiguam Peloponnesi oram un-
dequaque lancinant, vel ut Pom-
ponius loquitur, lib. II, cap. 3,
pag. 34, lacerant. HARD.

33. *Peloponnesi.* Ita MSS. omnes:
editi perperam *Peloponnensem*, id
quod neque grammaticæ leges
ipsæ ferre possunt. HARD.

34. *Ab oriente brumali, Ægæo.*
Insititia hæc verba videntur : ca-
rent enim iis MSS. plerique : ha-
bet ea tamen Solinus, lib. VII,
cap. 22, qui hæc transcripsit a
Plinio. HARD.

35. *Myrtoo.* Τὸ Μυρτώον Stra-
boni, lib. VII, pag. 323, pars est
Ægæi maris. HARD.

X. 1. *Mediterranea ejus.* Pelo-
ponnesi scilicet Arcadia umbilicam
tenet. HARD.

dique a mari remota : initio Drymodes², mox Pelasgis³ appellata. Oppida ejus⁴: Psophis, Mantinea⁵, Stymphalum⁶, Tegea⁷, Antigonea⁸, Orchomenum, Pheneum⁹, Palantium¹⁰,

2. *Drymodes*. Ita MSS. omnes, Δρυμώδης, silvosa, nemorosa, stirpibus arboribusque conferta. Prius *Drymodis* perperam legebatur. H.

3. *Pelasgis*. Nicolao Damasc. in Excerptis, pag. 494. Pausaniæ, lib. VIII in Arcad. pag. 459, et Stephano, Πελασγία. HARD.

4. *Oppida ejus*. Ψοφίς, πόλις Ἀρκαδίας, Stephano, et Pausaniæ loc. cit. pag. 421. Ptolemæo quoque, lib. III, cap. 16. HARD. — Exstant rudera ejus juxta pagum *Martiniza*, ad amnem *Livardgiou*. ED.

5. *Mantinea*. Μαντινεία Straboni, lib. VIII, pag. 388; Pausaniæ, pag. 467; Plutarcho in Agide, p. 808, et Xenoph. Hist. Græc. lib. V, p. 551. Poetica licentia; Nonno, lib. XIII. Dionys. pag. 368, Μαντινέη. Hic pugna ad Mantineam dicta, ubi Epaminondas cum Lacedæmoniis et Arcadibus postremo prælio conflixit, in quo victor ex vulnere paulo post occubuit, anno 2, Olymp. 105. HARD. — Nunc *Paleopoli* sive *Goritza* dicitur. ED.

6. *Stymphalum*. Στύμφαλον est etiam Stephano; Pausaniæ, pag. 460, a fonte cognomine: Στύμφηλος; a monte, Hesychio: Στύμφηλος, πόλις ἢ ὄρος Ἀρκαδίας, malleum, καὶ ὄρος. HARD. — Videntur rudera ejus juxta pagum *Kionia*. ED.

7. *Tegea*. Τεγῆαν vocat Plutarchus in Agide, pag. 811. Incolæ, Τεγῆᾶται, Thucyd. lib. V, p. 388. Τεγῆα quoque dicitur Pausaniæ, lib. VIII Arcad. pag. 458, et Ptolemæo, lib. III, cap. 16. Hodie

Palæo Episcopi. Ut eadem sit plane cum Tene Arcadica, nulla satis idonea argumenta suadent, etsi Vossius in Melam, pag. 148, sæpe Teneatas dici asseverat: qui Tegeatas dici deberent. Tene sive Tenea Arcadiæ a Cicerone memoratur, lib. VI, epist. ad Attic. 2, pag. 171: *Lepreon Arcadiæ, Tene, Aliphæra, Tritia*. HARD.

8. *Antigonea*. Vet. ap. Dalec. *Antigonia*. ED. — In locum veteris Mantineæ excitata urbs, atque in ejus vicinio: unde pro eadem a plebisque habita. Ptolemæus, lib. III, c. 16, Ἀντιγόνηα, ἢ καὶ Μαντινεία. In gratiam Antigoni regis id nomen Mantineæ factum, auctor est Pausan. Arcad. lib. VIII, pag. 468. HARD.

9. *Orchomenum, Pheneum*. Utriusque meminit Homerus, Iliad. B, in Catalogo, v. 112: Οἱ Φένειόν τ' ἐνέμοντο, καὶ Ὀρχόμενον πολέμωλον. Herodoto, Polym. lib. VII, pag. 451, n. 202, Ὀρχόμενος τῆς Ἀρκαδίας, ut a Thessalico Orchomeno distinguatur, de quo e. 15. HARD. — Orchomenum hodie *Kalpak* vocatur, Pheneum *Phonia*. ED.

10. *Palantium*. Παλάντιον πόλις Ἀρκαδίας, Stephano. Romæ palantium, de Arcadici oppidi Παλλαντίου nomine, ab Evandro rege appellatum esse, quod nomen consecuta ætas, duabus submotis litteris *l* et *n*, extulerit, auctor est etiam Pausanias, Arcad. lib. VIII, pag. 525, et Dionys. Halic. Antiq. Rom. lib. V, pag. 25. Virgilius *Pallan-*

unde Palatium Romæ : Megalopolis¹¹, Gortyna¹², Bucolium, Carnion¹³, Parrhasie¹⁴, Thelpusa¹⁵, Melænæ¹⁶,

teum oppido nomen fecit: Solinus quoque, c. 1, pag. 2, et cap. VII, pag. 22. HARD. — Juxta pagum *Thana*, pauca reperiuntur vestigia ejus. ED.

11. *Megalopolis*. Polybii historici Megalopolitani patria, de qua Comicus, apud Strabon. lib. VIII, pag. 388: Ἐρημία μεγάλη ἐστὶν ἡ Μεγαλόπολις. « Est solitudo magna nunc Megalopolis. » HARD. — Circa pagum *Sinano* agnoscuntur multa illius rudera. ED.

12. *Gortyna*, *Bucolium*. In libris hactenus editis, *Catina*, *Bocalium*. In MSS. Reg. 1, 2, Paris. et vet. Dalec. *Cartina*. In Reg. 2 et Chiffi. *Bucolium*. Vet. ap. Dalec. *Buphagium*. Pro *Cartina*, *Gortyna* reposuit ex Pausania Hermolaus. Is enim auctor est a Gortyne Stymphali F. ad amnem Gortynium in Arcadia Γόρτυνα πόλιν conditam fuisse, Arcad. lib. VIII, pag. 460. Nos *Gortyna* maluimus, tum ex veteris scripturæ vestigiis, tum ex illò Rhiani poetæ, apud Stephanum, verbo Μέλαιναι: Γόρτυναν Ἡραίας τε, ἀνδροδρόμους τε Μελαινας. Bucolium similiter amplexi sumus, admoniti a Thucydide, qui sub finem lib. IV, pag. 342, Βουκολίωνα juxta Mantineam locat. Gortyna loco hodie *Marmara* dicto, iv circiter m. pass. a *Rapli*, sive *Raphti*, ortum solis versus, ad amnem Gortynium, nunc *Dimitzana*, sita fuisse videtur, ut refert in mappa sua erud. LARIX. Bucolii locum tenet *Troupiais*. HARD. et ED.

13. *Carnion*. Ab amne, ut vide-

tur, cognomine, qui Καρνίων a Pausania appellatur, in Arcad. lib. VIII, pag. 510. In libris hactenus editis, *Carmon*. Forte etiam Κρῶμων esse possit, cujus idem Pausanias meminit loc. cit. HARD. — In MS. legi, ait Dalecampius, *Charnon*; in Chiffi. *Cramnon*. Ipse proponebat *Carnon*. Omnino ignoratur. ED.

14. *Parrhasie*. Dalec. *Parrhasia*. ED. — Παρρᾶσιοι incolæ appellati a Pausan. pag. 498, et Strabone, lib. VIII, p. 336. Oppidum ipsum Παρρᾶσίν Homero, in Catalogo, v. 115. Stephano quoque: Scholiastæ Apollonii, ad lib. II, v. 523, Παρρᾶσία. HARD. — Regio hodie *canton de Phanari* dicitur: oppidi locus ignoratur. ED.

15. *Thelpusa*. Vet. ap. Dalec. *Telpusa*. ED. — *Thelpusa* sive *Thalpusa* legatur, nihil interest. Nam Stephanus, Θάλπουσα inquit, πόλις τῆς Ἀρκαδίας Ὀρχομενοῦ. Et in Notitiâ Eccles. Provinciæ Achaisæ, pag. 23: Τέγεα; Θάρπουσα, Μαντίνα, pro Θάλπουσα, Μαντινεία. Hanc ipsam esse arbitror, quam Androtrion apud Stephan. pag. 229, Διτροφουσίαν πόλιν Ἀρκαδίας vocat. Pausaniæ Arcad. lib. VIII, pag. 464, Θάλπουσα: in nummis ΘΕΛΠΟΥΣΙΩΝ. HARD. — Hodie *Vanina* esse creditur. ED.

16. *Melænæ*. Dalec. *Melanæa*. ED. — Stephanus: Μέλαιναι, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Μελαινῶος, etc. Ovidio, Papinioque, *virides Melænæ*. Pausaniæ, pag. 497: Μελαιναί, ἀπὸ τοῦ Μελαινῶος. HARD. — Situs omnino ignoratur. ED.

Heræa¹⁷, Pyle¹⁸, Pallene¹⁹, Agræ²⁰, Epium, Cynætha, Lepreon Arcadiæ, Parthenium, Alea²¹, Methydrium²², Enispe, Macistum, Lampe²³, Clitorium, Cleonæ²⁴: inter quæ duo oppida, regio Nemea²⁵, Bembinadia vocitata.

17. *Heræa*. Ἡραία, Pausaniæ, loc. cit. et Stephano. HARD. — Ilius locum tenere pagum *Saint-Jean* nos docet POUQUEVILLE, *Voyage de la Grèce*, lib. XVII, cap. 2, pag. 515 et seqq. Plerorumque sequentium oppidorum situs ignoratur. ED.

18. *Pyle*. Forte rectius *Pylæ*, ex Stephano: Πύλαι, τόπος Ἀρκαδίας, καὶ Πυλαία. HARD. — Corrupte quidem MS. Reg. I, *Filæ*: sed probat emendandum *Pylæ*. BRON.

19. *Pallene*. Ita rescripsimus, tum ope codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris, et Chiff. tum admonitu Scholiastæ Apollonii, ad Argon. lib. I, vers. 177, qui Pellenen quidem Achaiæ, de qua cap. 6; Arcadiæ vero Pallenen dici, recte animadvertit: ἡ Ἀχαικὴ Παλλήνη, διὰ τοῦ ε· ἡ δὲ ἑτέρα ἢ τῆς Ἀρκαδίας διὰ τοῦ α γράφεται, Παλλήνη. HARD. — Dalec. *Pellana*. ED.

20. *Agræ*, etc. De Agris Arcadiæ, præter Plinium, nemo. Ἐπιον Herodoto memoratur, lib. IV, Melpom. n. 148, pag. 271. Κύναιθα Straboni, lib. VII, pag. 388, et Pausaniæ, lib. VIII, pag. 485. Hodie *Kerpeni* vocatur. Δέπρεον Arcadiæ, Ciceroni, lib. VI, ad Attic. ep. 2, et Herod. loc. cit. Parthenium videtur a monte cognomine appellatum, de quo mox. HARD.

21. *Alea*, etc. Ἀλία, Pausaniæ, pag. 489. Ab Arcadiæ rege dicta,

cui nomen Ἄλωος apud Diodor. Sic. Bibl. lib. IV, pag. 239. HARD. — *Lavea* hodie dicitur. ED.

22. *Methydrium*. Μεθόδριον Pausaniæ, pag. 512. Ἐνίσπη Homero in Catal. vers. 606. Μάκιστος Stephano. Δάμπη a monte ejusdem nominis, de quo postea. Κλείτωρ Ptolemæo, lib. III, cap. 16, et Pausaniæ, pag. 487. Κλασσαί Straboni, lib. VIII, pag. 377. HARD. — Methydrium *Palæo-Pyrgos* hodie vocatur, sequentia oppida nunc ignorantur. ED.

23. *Lampe*. Vet. ap. Dalec. *Lampes*. Fortasse ad Lampeum montem sita fuit, de quo mox Noster. Juxta pagum *Carnesi* reperiuntur nonnulla Clitorii rudera, auctore POUQUEVILLE. ED.

24. *Cleonæ*. Dalec. *Cleone*. Hanc urbem, Herculi dicatam, amplam fuisse testantur ruinae, quæ supra vicum *S. Basile* reperiuntur. ED.

25. *Nemea*. Νέμεα eo ipso situ statuitur a Pausan. Arcad. lib. VIII, pag. 477, et a Strabone, loc. cit. Ibi et vicus Bembina, apud eundem Strab. ἡ Βέμβινα κώμη, unde regioni, ut arbitror, Bembinadiæ cognomen. Βελβίαν χωρίον haud procul Megalopoli agnoscit Plutarchus in Agide, p. 806. Hic sacra Græciæ certamina fieri consueverunt, Nemeæa appellata. HARD. — Nemea vallis, in qua Jovis templi ruinae conspiciuntur, *Coutsomati* hodie vocatur. ED.

Montes²⁶ in Arcadia, Pholoe²⁷ cum oppido: item Cyllene²⁸: Lycæus²⁹, in quo Lycæi Jovis delubrum: Mænalus³⁰, Artemisius³¹, Parthenius³², Lampeus³³, Nonacris³⁴: præterque, ignobiles octo³⁵. Amnes: Ladon³⁶, e paludibus Phenei³⁷:

26. *Montes*. Sic etiam Mela, lib. II, cap. 3, pag. 33. ΗΛΛΩ.

27. *Pholoe cum*. Stephano, Φολών, πόλις Ἀρκαδίας. Pausan. in Eliac. poster. lib. VI, pag. 385, Φολών ἕρος. HARD. — Mons hodie *Olenos*, *Hagioi pantes*, etc. dicitur: urbis situs ignoratur. ED.

28. *Cyllene*. Κυλλήνη ἕρος Pausaniæ in Arcad. lib. VIII, p. 482, cujus in summo vertice ædes est Mercurii Cyllenii. Κυλλήνη ἕρος pariter Straboni, lib. VIII, p. 388, et Scholiastæ Pindari, pag. 55. *Mælæ*, *Cyllenius*. HARD. — *Chelmos* hodie vocatur. ED.

29. *Lycæus*. Dalec. *Lyceus*, et infra *Lycei Jovis*. ED. — Ubi Δυκαίου Διὸς ἱερὸν, et Δυκαϊάτις χώρα, circumjacens ager a Pausania appellatur, pag. 504 et 541. Item Straboni, loc. cit. HARD. — Sub diversis nominibus noscitur hodie, nempe *Nomiane* et *Hellenitza*. ED.

30. *Mænalus*. Schol. Pindari, pag. 89, Μαινάλων, ἕρος Ἀρκαδίας, καὶ πόλις. Cives Μαινάλιοι, apud Thucyd. lib. V, pag. 391. HARD.

31. *Artemisius*. De quo cap. 9. Ἀρτεμισίως Apollodoro, de Diis, lib. II, p. 111. H. — Pars ejus alia hodie *Megavouni*, alia *Gymnovouni* dicitur. ED.

32. *Parthenius*. Παρθένιον ἕρος Diodoro Sic. Bibl. pag. 239; Scholiastæ Pindari, pag. 56, aliisque. Livius, lib. XXXIV, cap. 26: Parthenio monte superato, præ-

ter Tegeam, etc. — HARD. — Superiori jungitur. ED.

33. *Lampeus*. Scholiastes Apollonii, ad Argon. lib. I, v. 127, Λάμπεια, ἕρος Ἀρκαδίας, ἀπ' οὗ καὶ ποταμὸς ἦν Ἐρύμανθος. Partem esse Erymanthi montis auctor est Pausan. Arcad. lib. VIII, pag. 491. HARD. — *Zembi* hodie vocatur. ED.

34. *Nonacris*. Nonacrin Arcadiæ urbem, haud procul Pheneo, ad Stygis aquam, Νώνακριν appellat Herodotus, Erato, lib. VI, n. 74, pag. 358; a monte, ut apparet, cognomine. Stephanus quoque, et et Hesych. HARD.

35. *Octo*. E quibus Στόμφιλος Hesychio; Καύκων, Scholiastæ Callimachi, pag. 3; Ἀκακίσιον eidem, pag. 19; Κάρνειος, vel Καρύνειος λόφος, eidem, pag. 17, aliique. H.

36. *Ladon*. Λάδων Pausaniæ, Arcad. lib. VIII, pag. 494, et Dionysio, v. 417. Huic amni celebritatem poetæ, tarditatemque promiscue, ut metri ratio, non ut res ipsa postulat, attribuunt. Ovidius, Fast. lib. V, v. 89: « Arcades huc, Ladonque rapax. » Idem, Metam. lib. I, v. 702: « Donec arenosi placidum Ladonis ad amnem Venerit. » H. — Hodie *Ladonia*. ED.

37. *Phenei*. Ab Hermolao Barbaro Pheneus hic pro Arcadico amne agnoscitur: nobis cum Pelicerio in notis MSS. atque adeo cum Plinio ipso, qui paulo ante Pheneum vocavit, oppidum est: fluit,

Arcadium LXVIII⁵⁴ mill. Ab eodem loco ad Phliunta dicta mensura⁵⁵ est. Universa autem, velut⁵⁶ pensante æquorum incursus natura, in montes VI atque LXX extollitur.

XI. (VII.) Ab Isthmi⁷ angustiis Hellas⁸ incipit, nostris⁹ Græcia appellata. In ea prima Attica, antiquitus Acte vocata⁴. Attingit Isthmum parte sui, quæ appellatur Megaris⁵, a colonia⁶ Megara, e regione Pagarum⁷. Duo hæc oppida excurrente Peloponneso sita sunt, utraque ex parte velut in humeris Helladis. Pagæi⁸, et amplius Ægosthenienses⁹ contributi Megariensibus. In ora¹⁰ autem, portus

54. LXVIII mill. Ita Reg. I, 2, Colb. I, 2, Paris. Chiff. non, ut editi, LXIII. HARD.

55. Dicta mensura. Cap. 6. H.

56. Velut pensante. Terrarum quam fecit jacturam, lacerata ora tot sinibus, ingressuque æquorum, multitudine montium compensante natura. HARD.

XI. I. Ab Isthmi. Hæc totidem verbis Solinus, cap. VII, p. 23, et Martianus, cap. de tertio Europæ sinu, lib. VI, pag. 210. H.

2. Hellas. Igitur Peloponnesus extra Helladis fines: alii etiam eo nomine Peloponnesum complexi. Helladis nomen vagum, certas sedes et fixas nullas habuit: modo angustis limitibus coarctatum, modo dilatatum longius. HARD.

3. Nostris. Vet. ap. Dal. a nostris.

4. Acte vocata. Ἄκτῃ et Ἄκτικῇ, teste Eustathio in Dionys. v. 413, pag. 60. Id nomen ei hæsit, inquit Harpocration, quod maxima pars Atticæ littoralis sit: est enim ἄκτῃ littus, et maritima regio. Harpocr. verbo, Ἄκτῃ. Vide et Gellium, lib. XIV, cap. 6, pag. 777. Stephanus autem ab Ἀκταῖω quodam

eam appellationem derivatam nungatur. HARD.

5. Megaris. Μεγαρίς τῆς Ἀττικῆς μέρος, Strabo, lib. IX, p. 392. H.

6. Colonia Megara. Nunc etiam retinet nomen, Megara. HARD.

7. Pagarum. Quas in intimo recessu sinus Corinthiaci, prope Isthmum positas vidimus, cap. 4. Παγαὶ Μεγαρικαὶ Straboni in Epitome lib. VII. HARD. — Earum locum tenere Psato opinatur KRUSZ, Alepochori LAPIE. ED.

8. Pagæi, et amplius. Vet. apud Dalec. Pagæi CLII passibus et amplius. ED.

9. Ægosthenienses. Stephanus: Αἰγόςθυνα, πόλις Μεγαρίδος· τὸ ἰδιόκτον, Αἰγόςθηνεύς, etc. Pagæi, inquit Plinius, et præterea Ægosthenienses additi Megarensibus, Megaridem regionem constituunt. Ita Pausan. Attic. lib. I, pag. 82. H. — Ægosthenæ locum tenet nunc Porto Germano. ED.

10. In ora autem. Saronici sinus littore, prope Isthmum, Corinthum, et Cenchræas. Σχισοῦς λιμὴν Straboni, lib. VIII, pag. 369. H. — Schœnus hodie Porto Cocosi. ED.

Schoenus. Oppida : Sidus¹¹, Cremmyon¹², Scironia¹³ saxa VI mill. longitudine. Geranea¹⁴, Megara¹⁵, Eleusin¹⁶. Fuere, et OEnoa¹⁷, Probalinthos : nunc¹⁸ sunt ab¹⁹ Isthmo

11. *Sidus*. Salmasius in Solin. pag. 142, Siduntem expungit. *Sidus enim*, inquit, *ibi non est*. At est profecto tum in vetustis exemplaribus, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. in quibus legitur, corrupte quidem, sed ita nihilominus, ut vestigia appareant non obscura sinceræ lectionis : *oppida duoscremmyon*. Est etiam apud Scylacem, pag. 20 : *ἔστι δὲ καὶ ἕξω τοῦ ἰσθμοῦ χώρα Κορινθίως, καὶ τείχος Σιδῶος, καὶ ἔσπερον τείχος Κρεμμύων*. Quid potuit excogitari quod descriptioni Plinianæ apposite magis congrueret? Stephano quoque, *Σιδῶος Μεγαρίδος ἑπίστατον* dicitur. HARD. — *Leandra* hodie vocatur. ED.

12. *Cremmyon*. Lege notam proximè superiore. Dalec. *Cremyon*. Fortasse hodie *Kenella*. ED.

13. *Scironia saxa*. Mela, lib. II, c. 3 : « Scironia saxa, sævo quondam Scironis hospitio etiam nunc infamia. » Quod hanc regionem montanam latrociniis infestam prædo habuerit, cui *Σκείρων* nomen fuit, teste Strabone, lib. IX, pag. 391, et Ovidio, *Metam.* lib. VII, v. 445, aliisque : inde *Σκείρωνίδες πύτραι*, Zephyrique inde spirantes, *Σκείρωνες* appellati sunt. Hodie *Cakiscala*, locus adhuc infestus prædonibus. VI mill. cum Solino, c. VII, pag. 23, reponimus, ex fide codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. et Chiffi. Martianus, lib. VI, pag. 210, corrupte pro VII habet XXXVI. In libris hactenus editis, III mill.

prioris videlicet numeri nota V, in II, seu hinarium divulsa, ut videtur. HARD.

14. *Geranea*. Γεράνια Thucydid, lib. I, pag. 70. Inter Corinthum et Megaram, μεταξὺ Μεγάρων καὶ Κορινθίου, inquit Stephanus. HARD. — Nulla exstare videntur rudera, sed Geranii montes in hoc tractu etiam nunc cognoscuntur. ED.

15. *Megara*. Paulo ante obiter memorata : nunc suo loco iterum reddita. HARD.

16. *Eleusin*. Ἐλευσίν πόλις, Straboni, lib. IX, p. 395, ubi Cereris Eleusinae fanum. Rudera oppidi supersunt, quibus hodie nomen est *Lefsina*. HARD.

17. *OEnoa*, etc. Fuit Atticæ pars Tetrapolis appellata, a quatuor urbibus, quarum hæc nomina : Οἰόνον, Προβάλινθος, Τριπόρουθος, Μαραθῶν. Auctor Strabo, lib. VIII, p. 383. Fuit OEnoe, hod. *Pera Chora*, præsertim bello Peloponnesiaco clara. Vide Thucyd. lib. VIII, pag. 624, et lib. II, pag. 112. HARD.

18. *Nunc sunt*. Vet. apud Dalec. *quæ nunc non sunt*. ED.

19. *Ab Isthmo LV*. Ita MSS. A Schönunte tamen, unde Isthmus inchoat, distat Piræus Straboni, stadiis circiter cccL, lib. IX, pag. 391, hoc est, pass. fere XLV mill. HARD. — Dalec. *quinquaginta duo*. Chiffi. *LIV*. Anteponendum esse *LV* recentiores etiam mappæ ostendunt, lectis quidem omnibus littorum ambitibus. ED.

quondam oppida. Rhamnus³³ pagus, locus³⁴ Marathon³⁵, campus Thriasius³⁶, oppidum Melita³⁷, et Oropus³⁸, in confinio Bœotiæ.

XII. Cujus Anthedon¹, Onchestos², Thespiæ³ liberum oppidum, Lebadea⁴: nec cedentes Athenis claritate, quæ

quum in MSS. legatur *Sterebrauron*. In libris hactenus vulgatis desideratur. HARD. — Potamos, si Harduinum audiamus, hodie *Porto de Raphiti* dicitur: ΛΑΡΙΞ autem *Porto Raphiti* illum esse in mappa sua indicat, qui veteribus portus Prasia dictus fuit, et Potamon supra illum statuit, ad ostium parvi cujusdam fluminis, Steriamque supra Potamon. ED.

32. *Brauron*. Βραύρων, ubi Dianæ Brauronis sacellum. Strabo, l. IX, pag. 399. Mela, lib. II, cap. 33: «Thoricos, et Brauronia, olim urbes, nunc tantum nomina.» Ibi sepulchrum Iphigeniæ, inquit Nonnius, Dionys. lib. XII, p. 362. H. — Juxta *Paleo-Braona* reperiuntur rudera ejus. ED.

33. *Rhamnus*. Ραμνούς Straboni, loco citato, ad Euripi oram. De eo rursum, lib. XXXVI, cap. 4. Hodie *Tauro-castro*, vel *Ebreo-castro*. H.

34. *Locus*. In MS. et Vet. deletur. DALEG.

35. *Marathon*. Μαραθῶν Persica maxime clade pernotus, inquit Mela, lib. II, cap. 3, pag. 33. Contigit ea, duce Miltiade, anno tertio Olympiad. 72. H. — Nomen hodieque servat. ED.

36. *Thriasius*. Θριάσιον πεδῖον, Stephano, et Straboni, lib. IX, p. 395. HARD. — Nunc sine nomine, Athenas inter et Eleusim. ED.

37. *Melita*. Sic MSS. omnes,

editionesque castigatissimæ. Μελίτη Ἀττικῆς, unde Gelades oriundus, Phidiæ magister, apud Jo. Tzetzen, Chiliad. VIII, Hist. 192, v. 326. Frustra Miletum hoc loco Sponius obtrudit, hoc est, Athenarum urbis regionem, pro Atticæ oppido. Signat hunc Atticæ locum et vetus inscriptio ab eodem Sponio relata, pag. 107, ΔΕΩΝΙΑΗC ΔΕΩΝΙΑΟΙ ΜΕΛΙΤΕΥC. HARD.

38. *Oropus*. Ὠρωπέος, Bœotiæ a Stephano adjudicatur. Hodie *Oropo* sive *Ropo*. Distat a mari duobus mill. De eo Livius, lib. XLV, c. 27. ED.

XII. 1. *Anthedon*. Ἀνθηδῶν πεδίος Βοιωτίας, Stephano: in Bœotico littore, contra Eubœam, Straboni, lib. IX, pag. 404. H. — Nonnulla videntur ejus rudera VIII M. pass. ab *Egripo*, septemtrionem inter et occasum solis. ED.

2. *Onchestos*. Ὀγχηστός, Homero in Catal. v. 13. Ὀγχηστὸς Straboni, lib. IX, pag. 410. HARD. — Juxta Copaim lacum, hodie *lac de Topolias*, reperiuntur ejus rudera. ED.

3. *Thespiæ*. Θησπιαί Straboni, l. IX, pag. 409, sub Helicone monte: ubi rudera oppidi superesse modo jam tum ævo suo ipse prodidit: testantur etiam inscriptiones ibi repertæ nuper, a vico *Erino castro* M. D. pass. IV M. pass. a *Neochorio*. Homero, in Catalog. v. 5, Θήσπινα. HARD. et ED.

4. *Lebadea*. Λεβαδία Straboni, p.

minantur Bœotiae Thebæ⁵, duorum numinum Liberi Herculis (ut volunt) patria. Et Musis natale in e Heliconis assignant. Datur et his Thebis saltus ron⁶, amnis Ismenus⁷. Præterea⁸ fontes in Bœotia, oodia, Psamathe, Dirce, Epicrane, Arethusa, Hipne, Aganippe, Gargaphie. Montes, extra⁹ prædictos, lessus¹⁰, Hadylius¹¹, Acontius¹². Reliqua oppida, Megaram et Thebas : Eleutheræ¹³, Haliartus, Pla-

αβάδεια Pausaniæ, Bœot. l. g. 601. Δεμβάδεια Harpocr. 85. In inscriptione nuper, sed forte recente, ΔΕΒΑΝ. Hodie *Livadia*. Hic Jovis mii fanum, de quo Livius, V, pag. 580. HARD.

Thebæ, duorum. Exscripsit hæc I, cap. VII, pag. 23, Θῆβαι u. Incolis *Tiva*. HARD.

Cithæron. Κιθαίων Straboni, 99, juxta Thebas. HARD. — hodie dicitur. ED.

Ismenus. Ἰσμενός, ποταμὸς ας, Stephano. Ἰσμενός Dicæar. pag. 167. Ἰσμήνιος Pausaniæ, I, pag. 556. HARD. — Nunc omine. ED.

Præterea fontes. OEdipodiam, then, Arethusam, Dircen, crenen, et Aganippen Solin. at, c. VII, p. 23. Scholiastes dri in Theriac. p. 40, Ψαμάθη, ἐν Βοιωτία. Pausaniæ, hi meritur, Bœot. lib. IX, p. 569. ἰδία κρήνη, sic nuncupato fonte, in eo paternæ cædis cruorem us abluerit. Δίρκη, p. 578, a uxore. Schol. Pindari, p. 104, , παρὴ ἐν Θήβαις. Ἀγανίπη, licone monte, pag. 584. Γαρκρήνη, p. 548. De Gargaphie, l. Calliop. lib. IX, n. 19, et

Ovidius, *Metamorph.* lib. III, vers. 155. Ἐπικρήνη, dorice, Ἐπικράνα, a Capella memoratur, lib. VI, cap. de tertio sinu Europæ, pag. 210. In Plinianis libris hactenus editis, perperam *Epigranea*. HARD. — Sola Aganippe nomen nunc habere videtur; nempe *Talata*, sive *Taleza* dicitur incolis; juxta pagum *Koukoura*, agnoscitur Hippocrene. ED.

9. *Extra prædictos*. Præter Heliconem, et Cithæronem. HARD.

10. *Mycælessus*. Μυκαλησσός, ab urbe cognomine, de qua mox. H.

11. *Hadylius*. Sic reponendum censuimus, quum prius corrupte legeretur *Adylisus*. Hadylii certe montis, sive Hedylii, meminere complures : Harpocraton, p. 137, ex Demosthene et Theopompo, Ἡδύλιον ὄρος ἐν Βοιωτία, ὡς καὶ Θεόπομπος, etc. Suidas, pag. 1169, Ἡδύλιον ὄρος, ὅπερ ἐστὶν ἐν Βοιωτία. Ἀδύλιος Dorica lingua, pro Ἡδύλιος. HARD.

12. *Acontius*. Ἀκόντιον ὄρος, Straboni, lib. IX, p. 416, et Plutarch. in Sylla, pag. 464. HARD.

13. *Eleutheræ*, etc. Ἐλευθεραὶ Stephano. Ἄλιαρτος Pausaniæ, Bœot. lib. IX, p. 590, juxta vicum *Masi*. Πάταια Homero, *Iliad.* II, in Catalog. v. 11, ubi Didymus Schol.

ges appellati, per quos amnis Cephissus³⁰ defertur in mare. Oppida : Opus³¹, unde³² et sinus Opuntius, Cynos. Phocidis in littore unum Daphnus³³. Introrsus in Locris, Elatea³⁴, et in ripa Cephissi (ut diximus³⁵) Lilæa : Delphosque versus, Cnemis³⁶, et Hyampolis. Rursus Locrorum ora, in qua Larymna³⁷, Thronium³⁸, juxta quod Boagrius amnis defertur in mare. Oppida : Narycion³⁹,

Solinus, loco citato : « Bœoti iidem sunt qui Leleges fuerunt, per quos defluens Cephissos amnis in maria conditur. » Ἐπικενημίδιο porro a Cnemide monte oppidoque ejus oræ cognominantur. Strab. lib. IX, p. 425. HARD.

30. *Cephissus*. De quo dictum est, cap. 4. HARD.

31. *Opus*. Ὀπούς, Ὀπούντος, Straboni, pag. 425, ubi et Ὀπούντιος κόλπος, et Κύνος Opuntiorum navale. Κύνος Homero, in Catalogo, vers.

38. Cynum Locridis, emporium Opuntiorum vocat Livius, libro XXVIII, cap. 6. HARD. — III M. pass. a *Talanti*, ortum solis versus, reperiuntur rudera ejus. ED.

32. *Unde et sinus Opuntius*. Sic apud Chiff. Dalec. et Elzev. *unde Opuntinus sinus*. Vocatur hodie *golfo di Talanti*. Inde Cynos VIII M. pass. juxta turrim hodie *Lebanitis*, sive *Lebatanis* dictam. ED.

33. *Daphnus*. Δαφνούς Straboni, p. 416 et 424. HARD. — Ad sinum sita fuit juxta quem reperitur pagus *Neochorio*. ED.

34. *Elatea*. Ἐλάτεια Stephano, et Appiano in Syriac. p. 98; Straboni, pag. 407, et Ptolemæo, lib. III, cap. 15. HARD. — Hodie *Elevta*, sive *Levta*. ED.

35. *Ut diximus*. cap. 4. HARD.

36. *Cnemis*. Κνημίδες χωρίον ἱερὸν, munitum oppidum, apud Strabonem, pag. 226. In littore contra promontorium extremum Eubœæ antiquis Ceneum, nunc *Lithada* vocatum, videntur rudera ejus. Ἰάμπολις, Homero in Catalog. v. 28, et Pausan. Phocic. lib. X, pag. 609; Straboni, pag. 416; Livio quoque, lib. XXXII, c. 18. Hodie *Bogdana*. Utraque versus Opuntem, et Eubœam posita, procul et Delphis. Quamobrem hæc verba, *versusque Delphos*, ad Lilæam, mutata interpunctione, retulimus. Dalec. *Hiampolis*. HARD. et ED.

37. *Larymna*. Hæc Locridis Larymna, inferior appellata, ad ostia Cephissi amnis. Strabo, pag. 405, Δάρυμνα. HARD. — Inter vicos *Potzumadi* et *Martini* videntur rudera ejus. ED.

38. *Thronium*. Id acceptum ex Homero, Iliad. II, in Catalogo, v. 40 : Θρόνιον τε Βοαργίου ἀμφὶ ῥέεθρα. HARD. — Boagrius nunc sine nomine rivulus est, ad dextram cujus ripam videntur Thronii rudera, II M. pass. a mari. ED.

39. *Narycion*, etc. Νάρυξ et Νάρυκιον Stephano. Ἀλώπη deinde Straboni, pag. 426, et Diodoro Sic. Bibl. lib. XII, pag. 101. Ἀλώπη Thucydid. lib. II, p. 117. Denique

Alope, Scarphia. Postea Maliacus sinus ab incolis⁴⁰ dictus : in quo oppida, Halcyone⁴¹, Econia, Phalara⁴².

XIII. Doris deinde, in qua Sperchios¹, Erineon², Boion, et Pindus, Cytinum. Doridis a tergo mons est OEta³.

XIV. Sequitur¹ mutatis sæpe nominibus Æmonia : in eadem Pelasgicum Argos, Hellas, eadem Thessalia, et

Σπάρχεια Δοκρίδος, prope Thermopylas, Stephano, et Appiano in Syriac. pag. 98. HARD. — Narycion ignoratur : Alopes vestigia ad rivulum *Perenu* reperiuntur, XII M. pass. a Thronio ortum solis versus ; Scarphiæ rudera videntur III M. pass. infra Thronium in læva Boagrii ripa, ut in mappa sua indicat LAFITE. ED.

40. *Ab incolis.* Ab incolis, inquit, sinus hic nomen traxit. In Straboni Μάλυξ appellatur, lib. IX, pag. 416. HARD. — Maliacus sinus, nunc *le golfe de Zeitoun*. BRON.

41. *Halcyone, Econia.* Halcyonensium unicum, quod quidem sciam, monumentum exstat in nummo Severi Imp. ex ære minore, qui in Parisiensi nostro Cimelio asservatur, cujus epigraphe, ΑΛΚΥΟΝΙΩΝ. De Econia nihil comperitum. At qui pro utraque voce *Alalcomenen, Itoniamque* substituunt, confidenter nimium libris derogant fidem, ut indulgeant conjecturæ. HARD.

42. *Phalara.* Φάλαρα a Stephano πόλις Θεσσαλίας dicitur, cujus in confinio posita. In sinu Maliaco a Livio collocatur, lib. XXXVI, c. 29, prope Lamiam, Phthioticæ Thessaliæ oppidum, de quo mox. Φαλαριάς Lycophr. vers. 1147. H. — Leucis duobus a *Zeitoun* reperiuntur ejus vestigia. ED.

XIII. 1. *Sperchios.* Ab amne cognomine, de quo statim dicemus. Σπέρχεια Ptolemæo, lib. III, cap. 13, inter Echinum, et Sperchii amnis ostia, in Phthiotide. HARD.

2. *Erineon, etc.* Dorienses, inquit Strabo, lib. IX, p. 427, regionem incoluere, a quatuor urbibus Tetrapolim appellatam. Urbium hæc nomina, Ἐρίνεον, Βόιον, Πίνδος, Κυτίων. H. — Erineon fortasse hodie *Paleo-Choria*, Boium, *Bralo*. ED.

3. *OEta.* Mela, lib. II, cap. 3 : « Novissime calcatum Graio Herculi solum, OEtæus saltus. » A Thermopylis et ortu solis, ad occasum Ambraciumque sinum porrigitur. HARD. — *Catavothra-vouno* hodie vocatur. ED.

XIV. 1. *Sequitur.* Transcripsit hæc Solin. c. VIII, p. 24, et Martianus, lib. VI, cap. de Thessalia, p. 210. Αἰμονίαν ab Æmone rege Thessaliam appellatam esse, Strabo docet, lib. IX, pag. 443, et Dionys. Halicarn. lib. I, pag. 49, et Hesychius, et Stephanus : Πηλασγίαν idem Steph. et Eustath. in Dionys. vers. 427, pag. 61. Hellas, teste Pausania, Lacon. l. III, p. 201, ab Hellenie rege dicta est : a Thessalo, Thessalia, ex eodem Strabone, et ex Velleio, lib. I, p. 3. Δρυοπίς Herodoto Clío, lib. I, n. 56, pag. 21. De Dryope, vide Strabonem, l. VIII, pag. 373. HARD.

ges appellati, per quos amnis Cephissus³⁰ mare. Oppida : Opus³¹, unde³² et sinus Opunt Phocidis in littore unum Daphnus³³. Introrsus Elatea³⁴, et in ripa Cephissi (ut diximus³⁵) phosque versus, Cnemis³⁶, et Hyampolis. Rurum ora, in qua Larymna³⁷, Thronium³⁸, Boagrius amnis defertur in mare. Oppida :

Solinus, loco citato : « Bœoti iidem sunt qui Leleges fuerunt, per quos defluens Cephissos amnis in maria conditur. » Ἐπικνημίδιοι porro a Cnemide monte oppidoque ejus oræ cognominantur. Strab. lib. IX, p. 425. HARD.

30. *Cephissus*. De quo dictum est, cap. 4. HARD.

31. *Opus*. Ὀπούς, Ὀπούνης, Straboni, pag. 425, ubi et Ὀπούνητος κόλπος, et Κύνος Opuntiorum navale. Κύνος Homero, in Catalogo, vers. 38. Cynum Locridis, emporium Opuntiorum vocat Livius, libro XXVIII, cap. 6. HARD. — III M. pass. a *Talanti*, ortum solis versus, reperiuntur rudera ejus. ED.

32. *Unde et sinus Opuntius*. Sic apud Chiff. Dalec. et Elzev. *unde Opuntinus sinus*. Vocatur hodie *golfo di Talanti*. Inde Cynos VIII M. pass. juxta turrim hodie *Lebanitis*, sive *Lebanitis* dictam. ED.

33. *Daphnus*. Δαφνούς Straboni, p. 416 et 424. HARD. — Ad sinum sita fuit juxta quem reperitur pagus *Neochorio*. ED.

34. *Elatea*. Ἐλάτεια Stephano, et Appiano in Syriac. p. 98; Straboni, pag. 407, et Ptolemæo, lib. III, cap. 15. HARD. — Hodie *Elevta*, sive *Levta*. ED.

35. *Ut diximus*. cap. 4. HARD.

36. *Cnemis*. Κνημίδιον, munitum oppidum bonem, pag. 226. In promontorium extre antiquis Ceneum, vocatum, videntur Ἰάμπολις, Homero 28, et Pausan. Phoc. 609; Straboni, pag. 609; quoque, lib. XXXI *Bogdana*. Utraque v. et Eubœam posita phis. Quamobrem susque *Delphos*, ac interpunctione, *Hiampolis*. HARD.

37. *Larymna*. Λάρυμνα, inferior Cephissi amnis. Λάρυμνα. HARD. *tzumadi* et *Mari* ejus. ED.

38. *Thronium*. Homero, Iliad. 40 : Θρόνιον τ. HARD. — Boagrius rivulus est, a Thronio videntur Thronium a mari. ED.

39. *Narymna*. Νάρυμνον Stephano, lib. III, cap. 15. Bibl. lib. X Thucyd. lib.

Dryopis, semper a regibus cognominata. Ibi genitus Rex nomine Græcus, a quo Græcia²: ibi Hellen³, a quo Hellenes. Hos eosdem Homerus⁴ tribus nominibus appellavit, Myrmidonas, et Hellenas, et Achæos.

Ex his Phthiotæ⁵ nominantur Dorida, accolentes. Eorum oppida, Echinus⁶ in faucibus Sperchii⁷ fluminis, Thermopylarum⁸ angustiae: quo argumento IV millia

2. *A quo Græcia.* Stephanus: Γραικός, ὁ Ἕλληνας, ὁ Θεσσαλῶν υἱός, ἀφ' οὗ Γραικοὶ οἱ Ἕλληνας. Haud obscure innuit Græcorum nomen quam Hellenam esse aliquanto antiquius. Consentientem habet Apollodorum, de Diis, lib. I, pag. 27: Ἕλληνας μὲν, inquit, ἀφ' αὐτοῦ, τοὺς καλούμενους Γραικούς, προσηγόρουσαν Ἕλληνας. Ubi interpret Latinus: «Hellen de se Hellenas, qui postea Græci vocati sunt, nominavit.» Debit sic potius reddere, qui prius Græci vocabantur. Hoc Tanusq. Faber, qui versionem recensuit, prætermisit. Quod porro ad vocem Γραικός attinet, Hesychius Ραῖκος prius dictum opinatur, mox a Romanis addita littera Græcos nuncupatos: Ραῖκος, inquit, Ἕλληνας. Ρωμαῖοι δὲ τὸ γ προσθέντες, Γραικόν φασι. HARD.

3. *Hellen.* De Hellene, Thessaliæ rege, Pausanias in Achaic. lib. VII, pag. 396. Deucalionis filium facit Thucyd. lib. I, pag. 3, et Strabo, lib. IX, pag. 432. Euseb. quoque in Chron. pag. 96: Ἕλληνας υἱός Δευκαλιωνός, ἀφ' οὗ Ἕλληνας οἱ Γραικοὶ μετακλήθησαν. HARD.

4. *Homerus.* Iliad. II, in Catalogo, v. 191, ubi de Phthiæ et Hællædis incolis: Μυρμιδόνες δὲ καλεῦντο, καὶ Ἕλληνας, καὶ Ἀχαιοί. Vide etiam Strabonem, pag. 433. H.

5. *Phthiotæ.* Φθιώται, regioque ipsa Φθιώτις Straboni, pag. 433. Hos Thessaliæ contributos esse iussit Augustus, ut refert Pausan. in Phoc. lib. X, pag. 622. HARD. — Hæc Phthiotis nunc pars est provinciæ *Vaiodilick de Zeitoun* dictæ. ED.

6. *Echinus.* Ἐχίνος Phthioticæ conditionis, apud Strab. loc. cit. in intimo Maliaci sinus recessu, apud Scymnum, p. 25: Κόλπος δὲ καίται Μαλιακός, ἐν τῷ μυχῷ Ἐχίνος. In Conc. Calched. *Petrus Echinensis.* HARD. — Nunc *Echinoa.* ED.

7. *Sperchii.* Σπαρχεῖος Straboni, loc. cit. et Ptolem. lib. III, c. 13. H. — *Hellada* hodie vocatur. ED.

8. *Thermopylarum.* Livius, lib. XXXVI, cap. 15: «Extremos ad orientem montes OËtam vocant: quorum quod altissimum est, Calhidromon appellatur: in cuius valle ad Maliacum sinum vergente iter est non latius quam sexaginta passus: hæc una militaris via, qua traduci exercitus, si non prohibeantur, possint. Ideo Pylæ, et ab aliis, quia calidæ aquæ in ipsis faucibus sunt, Thermopylæ locus appellatur: nobilis Lacedæmoniorum adversus Persas morte magis memorabili quam pugna.» Vide etiam Strabonem, pag. 428. HARD. — Nunc quoque *Thermopyles*, sive *Bocca di Lupo.* ED.

passuum inde Heraclea, Trachin⁹ dicta est. Mons ibi Callidromus¹⁰: oppida celebria¹¹, Hellas, Halos, Lamia, Phthia, Arne.

XV. (VIII.) In Thessalia autem Orchomenus, Minyeus¹

9. *Trachia dicta est.* Ob viarum asperitatem: est enim τραχὺς *asper*. Hinc Ἡράκλειαν Τραχίνα dixerunt. Strabo, pag. 429. Ab Hercule conditam Stephanus ait, et Eustathius, in Iliad. II, pag. 320. H. A. D. — Male illam hodie esse *Zeitoun* ait Broterius; reperiuntur rudera ejus ad Æsopum amnem, qui in Sperchium influat. Pro *Thermopylarum angustia*: quo argumento proponebat Dalec. *Thermopylarum angustia*; *aquarum argumento*. ED.

10. *Callidromus.* Nullo hodie proprio nomine designari videtur. ED.

11. *Oppida celebria.* Fuere, inquit, oppida hæc quondam celebria, Ἑλλάς, Ἄλος, Λαμία, Φθία, Ἄρνη. Ita libri omnes, tum impressi, tum manu exarati. Palmerius tamen in Exercitationibus, p. 321, *Hallos, Halos*, legi oportere omni ope contendit, non *Hellas, Halos*. At præter consensum exemplarium, perspicua res est ea nunc oppida commemorari a Plinio, quæ Homerus ipse belli Trojanitæ tempore claruisse scribit: e quibus Hellas, Halos, Phthia, locum præcipuum obtinent: nam Iliad. II, in Catal. vers. 189: Οἱ θ' Ἄλον, οἱ τ' Ἄλοπυρον, οἱ τε Τρηχῖν' ἐνέμοντο, Οἱ τ' εἶχον Φθίην, ἢδ' Ἑλλάδα καλλιγύναικα. Ubi Eustathius, p. 320, Helladem ait ab Hellene conditam: Ἄλον a quibusdam tenui spiritu signari, ab aliis denso: Ἑλλάς δὲ ὑπὸ Ἕλληνας

ἐκτίσθη... τινὲς δὲ εἶναι δασύνεσθαι τὴν Ἄλον. Ac rursum pag. 332, Strabonem ait duos in Thessalia fontes agnoscere, Messeida et Hyperiam, prope Hellada et Pharsala, πλησίον τῆς πόλεως Ἑλλάδος, καὶ Φαρσάλων. Φθία porro non regionis modo Phthiotidis nomen est, sed et oppidi: Eustath. in Iliad. II, pag. 320, Φθία πόλις καὶ μῦρα Θεσσαλίας. Ita etiam Stephanus. Λαμία Strab. lib. IX, pag. 433, unde Lamiaco bello nomen impositum est, quod anno proximo ab Alexandri obitu cœptum. In Notitia Eccles. Prov. Thessalonice, pag. 23, Λαμία. Lamiam Livius vocat, lib. XXVII, cap. 30. Ἄρνη denique Stephano Thessaliæ urbs dicitur, Bœotorum colonia, Ἄρνη πόλις Θεσσαλίας, ἀποικὸς τῆς Βοιωτίας. H. A. D. — Lamia nunc est *Zeitoun*, alius igitur. ED.

XV. 1. *Minyeus.* Ita MSS. At Parmensis editio: *In Thessalia autem amnis Orchomenus*, etc. Ut et aneni et oppido communis id nomen esse existimetur, legique deinde oporteat, et *oppidum: Almon*, etc. Cui lectioni adstipulari videtur Homerus: Ἔστι δὲ τις ποταμὸς Μινυῆκος εἰς δια βάλων. Ὀρχομένους Μινυῆες, oppidum, de quo Pausan. in Bœot. lib. IX, pag. 597, ab Orchomeno Minyæ fil. unde Minyæ Orchomeniis appellati cives; ut ab Orchomeniis Arcadicis distinguerentur. Thucyd. lib. IV, pag. 303: Ὀρχομένον τὸν

antea dictus : et oppidum Almon², ab aliis Salmon, Atrax³, Pelinna⁴: fons Hyperia⁵. Oppida: Pheræ⁶, quarum a tergo Pieris⁷ ad Macedoniam protenditur, Larissa⁸, Gomphi⁹,

Μινύειον πρότερον καλούμενον, ὦν δὲ Βοιωτίον. De oppido loquitur. H.— Apud Chifflet. legitur *Mynilus* pro *Mynieus*. ED.

2. *Almon*. Ita MSS. omnes, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. non, ut editi, ab aliis *Elmon*. Confirmat veterem scripturam Stephanus: Ἄλμων, inquit, πόλις Βοιωτίας, ὡς Ἑλλάνικος, καὶ Σῶμων αὐτὴν φησι. Etsi reprehenditur a Stephano Hellanicus. Eadem Μινύα dicta quondam, si eisdem Stephano fides. Μινύα, inquit, πόλις Θετταλίας, ἡ πρότερον Ἄλμωνία. HARD.

3. *Atrax*. Ἄτραξ, et Ἄτρακία, πόλις Θεσσαλίας, Stephano. Vicina Peneo amni, apud Strab. lib. IX, pag. 440. HARD.

4. *Pelinna*. Quum *Pelinna* reposuit Hermolaus, ait Pelicerius in notis MSS. eum fecisse contra librorum omnium fidem, vetustarumque editionum, Parm. Venet. etc. in quibus *Palamna*, pro *Phalanna* legitur: atque adeo contra ipsum Strabonem, qui lib. IX, p. 440, juxta Peneum flumen citata Atracē: « Phalanna, inquit, Perhæborum oppidum, haud procul Tempe, Peneo et ipsa assidet »: Ἡ δὲ Φαλάννα Παρρητικὴ πόλις πρὸς τῷ Πηνειῷ πλησίον τῶν Τεμπῶν. Ac certe ea quæ a Strabone Phalanna describitur, ipsa est, quæ a Plinio, cap. 16, Magnesiæ adjudicatur, ut suo loco ostendimus. Quamobrem locum hic habere Phalanna non potest, sed Livii lib. XXXVI, cap.

10 et 14, Pelinnæum, Strabonisque lib. IX, pag. 438, Περίναιον: quod illi quidem circa Atracem, Larissam, Triccamque constituunt. Stephanus vero aliquanto disertius quam ceteri, in Phthiotide: Περίνα, πόλις Θεσσαλίας, ἐν τῇ Φθιώτιδι. H.

5. *Hyperia*. Ἰπέρεια Straboni, lib. IX, pag. 432, in media Pheræorum civitate, ex eodem, pag. 439, atque ex Eustath. in *Iliad.* II, p. 332. Falli Hesygium putamus, qui Ἰπέρειαν ait esse τῶν Φαλαίων πόλιν καὶ κρήνην, quum nemo alius ejus oppidi meminerit in eo tractu, ac Φερῶν κρήνην dicere tantummodo debuisse videatur. HARD.

6. *Pheræ*. Φεραὶ, in mediterraneo Thessaliæ, ἐν μεσογείᾳ Θετταλίας, pag. 24. Harum meminit etiam Corinth. Pausan. lib. II, p. 127, Φερῶν τῶν ἐν Θετταλίᾳ. HARD.— Hodie *Velestina*. ED.

7. *Pieris*. Vel Pieria regio, de qua cap. 17. Male in libris editis, *Pierus*, quod montis nomen, de quo mox Plinius. HARD.

8. *Larissa*, etc. Λάρισσα, Thessaliæ oppidum, juxta Peneum, Stephano. *Larissa Thessala*, Solino, cap. VIII, pag. 24. H.— Etiam nunc *Larissa* vocatur, sive *Ienitchen*. ED.

9. *Gomphi*. Γόμφοι, in Estiote Thessaliæ gente, apud Ptolem. lib. III, cap. 13, et in Notitia Eccles. pag. 32. Apud Scylacem, pag. 24, Ἀμφίνατον, pro Γόμφοι νέον. HARD.— Nunc *Cleisoura*. ED.

Thebæ¹⁰ Thessaliæ, nemus Pteleon¹¹: sinus Pagasicus. Oppidum Pagasæ¹², idem postea Demetrias¹³ dictum, Tricca¹⁴, Pharsalici campi cum civitate¹⁵ libera, Cranon¹⁶, Iletia¹⁷. Montes Phthiotidis, Nymphæus¹⁸ quodam topiario naturæ opere spectabilis: Buzygæus, Donacesa, Bermius, Daphissa, Chimerion, Athamas, Stephane. In Thessalia sunt quatuor atque triginta: quorum nobilissimi, Cerceti¹⁹,

10. *Thebæ*. Θήβη Θεσσαλίας τῆς Φθιώτιδος, Stephano, et Scylaci, pag. 24. In Conc. Sardic. *Modestus a Thessalia de Thebis*. Maritimum emporium Thessalorum Livius vocat, lib. XXXIX, cap. 25. HARD. — Nonnulla reperiuntur illius rudera VIII M. pass. ab urbe *Volo*, meridiem inter et occasum solis. ED.

11. *Nemus Pteleon*. Juxta urbem cognominem, quæ Straboni, lib. IX, pag. 433 et 435, Πτελεὼν dicitur. HARD.

12. *Pagasæ*. Dal. *Pagasa*. ED. — Παγασαί Straboni Pheræorum navale, lib. IX, pag. 436, a Pheris dissitæ stadiis xc, seu pass. xi M. CGL. HARD. — Sitæ fuerunt ubi nunc castellum urbis *Volo*; sinui nomen *Port de Volo*. ED.

13. *Demetrias dictum*. Exhausta civibus urbe Pagasica, et Demetriadem transductis, a novi oppidi conditore Demetrio Poliorceta: Pagasarum nomen antiquatum, Demetriadis appellatio invaluit. Strabo, loc. cit. H. — Videntur rudera ejus II M. pass. a *Volo*, meridiem versus. ED.

14. *Tricca*. Τρίκκα Ptolem. lib. III, c. 13, in Estiotis, Thessaliæ gente. Τρίκκη Homero in Catalogo, v. 236, et Hesychio. HARD. — Sita fuit ubi nunc est urbis *Tricala* castellum. ED.

15. *Cum civitate*. Φάρσαλος Scylaci, p. 24, inter urbes Thessaliæ mediterraneas. Hanc Enipeus amnis præterlabitur, ut auctor est Strabo, lib. IX, pag. 432. HARD. — *Pharsalus*, nunc *Farsa*, sive *Sataldgé* vocatur. ED.

16. *Cranon*. Κρανὼν Straboni, pag. 441, et Stephano, in iis campis, quæ Tempe nominantur. H. — Hæc Cranon quam in campis Tempe collocat Stephanus, ea esse mihi videtur de qua in insequenti capite meminit Noster. ED.

17. *Iletia*. Ptolemæo, lib. III, cap. 13, in Pelasgiotide Thessaliæ regione, Ἰλέτιον, pro Ἰέτιον. HARD. — Situs ignoratur. ED.

18. *Nymphæus*. Ἄν Τυμφρησός Thessaliæ mons, cujus Strabo meminit, lib. IX, pag. 433. Βερμίου ὄρους meminere Ptolem. lib. III, cap. 13, et Strabo, lib. VII, pag. 338. Pro *Daphissa*, forte *Delphusa* legendum. De cæteris adhuc nihil compertum. HARD.

19. *Cerceti*. Chifflet. *Ceræi*. ED. — Qui Ptolemæo, lib. III, c. 13, Καρχητῆσιος dicitur: Livio Cercetius in Thessalia, lib. XXXII, cap.

14. Hinc corrigendus liber Misorum Theodosii, qui Cercerium vocant: « Epirus, Achaia, Attica, Thessalia: hæc finiuntur, ab oriente, mari Ægæo: ab occidente,

Olympus²⁰, Pierus²¹, Ossa : cujus ex adverso²² I et Othrys, Lapitharum sedes : hi ad occasum verge ad ortus²³, Pelios : omnes theatri modo inflexi veatis ante eos²⁴ septuaginta quinque urbibus. Fl. Thessaliæ, Apidanus²⁵, Phœnix, Enipeus, Onochon Pamisus²⁷. Fons Messeis²⁸. Lacus Bœbeis²⁹; et ante

mari Adriatico : a septemtrione, montibus Cercerio, Olympo, Pelio, etc. » HARD.

20. *Olympus*, etc. Mela, lib. II, cap. 3 : « Olympus, Pelion, Ossa, montes gigantum fama belloque memorati. Hic Musarum parens domusque Pieria, etc. » HARD. — *Ossa* hodie *Kissovo* dicitur, cæteri autem regionis istius montes aut veteri, aut nullo nomine noscuntur. ED.

21. *Pierus*. Chiff. *Pieris*. ED. — Πίριος et Πιρίων ὄρος Scholiastæ Thucydidis, ad lib. V, p. 352. H.

22. *Cujus ex adverso*. Hic Plinium pro suo more transcribunt, Solinus cap. VIII, p. 24, et Capella, lib. VI, cap. de Thessalia, pag. 211. Πίνδος et Ὄψυς simul ab Herodoto quoque copulantur, lib. VII, Polym. n. 129. De Lapithis, vide Diad. Sic. Bibl. lib. IV, p. 271. H. — Pindus vetus nomen servat, Othrya *Veloutzi* et *Goura* vocatur. ED.

23. *Ortus*. Legebat Dalec. *ortum*. Pelios nunc *Plesnid* et *Zagora* vocatur. ED.

24. *Caveatis ante eos*. Hæc sincera lectio est tum codicum MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris Chiff. tum vetustarum editionum, quas Frobenius prior interpolavit, ut *cuneatis* rescriberet. Caveatis, hoc est, in interjacente camp. clausis.

A theatri cavea, metaphoripta. HARD.

25. *Apidanus*, etc. Ἄπιδανος, Stephano : Ἐνιπέυς; Sic p. 432. Pharsalum præterit in Apidanum influit : Apid Peneum. Ὀνόχωνος Tzetze, (9, v. 706; Herodoto, lib. Polymn. pag. 423, n. 129; δανός, Ὀνόχωνος, Ἐνιπέυς, : μισός. Phœnicem in Apfluere, ait Vibius Sequester 336. Ex Olympo labi En Livius, lib. XLIV, cap. 8. plerosque carmine complexus, Metam. lib. I, v. 579 pulifer Sperchios, et irru Enipeus, Apidanusque sene HARD. — Apidanus nunc *potamos*, Enipeus, *Vloch* Onochonus *Rejani* dicuntur.

26. *Onochonus*. Dalecamichous. ED.

27. *Pamisus*. Vet. ap. D Chiff. *Lammissus*. ED.

28. *Messeis*, etc. Μεσση boni, lib. IX, pag. 434. Flaccus, lib. IV : « Flevit mone, flerunt Messeides Flevit et effusus revocans lacertis. » De Hyperia dicitio hujus capituli. HARD. — ap. Dalec. *Nesson*. ED.

29. *Bœbeis*. Βοίβη palus p. 436. Pheris vicina et op cui Βοίβη nomen fuit. Mem.

ctos claritate Peneus³⁰, ortus juxta Gomphos : interque Ossam³¹ et Olympum nemorosa convalle defluens quingentis stadiis, dimidio³² ejus spatii navigabilis. In eo cursu³ Tempe³³ vocantur³⁴ quinque mill. passuam longitudine, et ferme sesquijugeri latitudine, ultra visum hominis attollentibus se dextera lævaque leniter convexis³⁵ jugis. Intus sua³⁶ luce viridante allabitur Peneus, viridis calculo, amœnus circa ripas gramine, canorus avium concentu. Accipit amnem Orcon³⁷, nec recipit : sed olei modo su-

pidi lacusque, Stephanus. Ovid. *Metam.* l. VII : «juncosaque littora Bobes.» HARD.—*Carlas* hodie vocatur. ED.

30. *Peneus*. Πηνειὸς Græcis : hodie *Selambria*. ED.

31. *Interque Ossam*. Ita Strabo, pag. 430. HARD.

32. *Dimidio ejus spatii navigabilis*. In eo cursu, In Dalec. spatio legitur pro spatii. Vet. ap. Dalec. *Dimidio navigabilis. Spatia ejus in eo cursu*. ED.

33. *Tempe*. A religione loci nomen hoc primum inditum est. Τέμπες Æolibus idem est quod τέμπεος, et lucam fanumque significat. Unde Mela, lib. II, cap. 3 : «Hic sacro nemore nobilia Tempe.» Sequitur deinde estas amœna quælibet loca Tempe appellavit. HARD.—Vide æcuratam inclytæ hujus vallis descriptionem quam dat POUQUEVILLE, *Voyage de la Grèce*, lib. IX, cap. 5, t. III, p. 369 et seq. ED.

34. *Vocantur*. Vet. ap. Dalec. *vocant*. ED.

35. *Convexis jugis. Intus... allabitur*. Proponebat Dalec. *convexis jugis, intus vero luce viridante. Allabitur*, etc. ED.

36. *Sua luce viridante*. Ita MSS. Alii *renidente* malunt. Piatianus,

Peneus vero luce viridante. Salmas. pag. 153, *sub luce viridante*. HARD.

37. *Accipit amnem Orcon*. Barbarus *Euerton* reposuit, quum ubique prius constanter legeretur *Orcon* : tum in MSS. Reg. I, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffi. tum in edit. Parm. aliisque : quo nomine Plutonium inferumque amnem, quia hunc Dii jurare consueverint (ἄρκου enim jusjurandum Græci appellant) indicari modo nullus dubito : alioqui, undenam pœnales ejus aquæ sint, quod mox subjicitur, dirisque genitæ, non apparebit. De hoc ipso fluvio Homerus, *Iliad.* II, in Catalogo, v. 262, ubi proprio eum nomine Τίταρσιον vocat : Ὄς δ' ἐς Πηνειὸν ποταμὸν καλλιῆροον ἕδαρ, οὐ δ' ὄγυς Πηνειῶ συμμίσγεται ἀργυροδίνῃ. Ἀλλὰ τί μιν καθύπερθε ἐπιπέσει, ἦ τ' ἔλαιον. Ὀρκου γὰρ δεινοῦ, Στυγὸς ἕδατος, ἐστὶν ἀπόρρηξ. Nam aquæ Stygis, inquit, horrendique Orci, cujus est grave juramentum, rivus est. Lucanus ex eodem Homeri loco, lib. VI, v. 375 : «Solutus in alterius nomen quum venerit undæ, Defendit Titaresus aquas, lapsusque superne Gurgite Peuei pro siccis utitur arvis. Hanc fama est Stygiis manare paludibus amnem, Et ca-

Olympus²⁰, Pierus²¹, Ossa : cujus ex adverso²² Pindus et Othrys, Lapitharum sedes : hi ad occasum vergentes : ad ortus²³, Pelios : omnes theatri modo inflexi, caventis ante eos²⁴ septuaginta quinque urbibus. Flumina Thessaliæ, Apidanus²⁵, Phœnix, Enipeus, Onochonus²⁶, Pamisus²⁷. Fons Messeis²⁸. Lacus Bœbeis²⁹; et ante cun-

mari Adriatico : a septemtrione, montibus Cercerio, Olympo, Pelio, etc. • HARD.

20. *Olympus*, etc. Mela, lib. II, cap. 3 : « Olympus, Pelion, Ossa, montes gigantum fama belloque memorati. Hic Musarum parens domusque Pieria, etc. » HARD. — *Ossa* hodie *Kissovo* dicitur, cæteri autem regionis istius montes aut veteri, aut nullo nomine noscuntur. ED.

21. *Pierus*. Chiff. *Pieris*. ED. — Πίερος et Πίριον ἕρος Scholiastæ Thucydidis, ad lib. V, p. 352. H.

22. *Cujus ex adverso*. Hic Plinium pro suo more transcribunt, Solinus cap. VIII, p. 24, et Capella, lib. VI, cap. de Thessalia, pag.

211. Πίνδος et Ὄθρυς simul ab Herodoto quoque copulantur, lib. VII, Polym. n. 129. De Lapithis; vide Diod. Sic. Bibl. lib. IV, p. 271. H. — Pindus vetus nomen servat, Othrya *Veloutzi* et *Goura* vocatur. ED.

23. *Ortus*. Legebat Dalec. *ortum*. Pelios nunc *Plesnid* et *Zagora* vocatur. ED.

24. *Caentis ante eos*. Hæc sincera lectio est tum codicum MSS. Reg. I, 2, Colb. I, 2, Paris Chiff. tum veteratarum editionum, quas Frobenius prior interpolavit, ut *cuneatis* rescriberet. Caveatis, hoc est, in interjacente campo clausis.

A theatri cavea, metaphora sumpta. HARD.

25. *Apidanus*, etc. Ἀπιδανός, Φοίνιξ, Stephano : Ἐνιπέυς; Straboni, p. 432. Pharsalum præterlabitur; in Apidanum influit : Apidanus in Peneum. Ὀνόχωνος Tzetze, Chiliad. 9, v. 706; Hérodoto, lib. VII, Polymn. pag. 423, n. 129: Ἀπιδανός, Ὀνόχωνος, Ἐνιπέυς, καὶ Πάμισος. Phœnicem in Apidanum fluere, ait Vibius Sequester, pag. 336. Ex Olympo labi Enipeum, Livius, lib. XLIV, cap. 8. Horum plerosque carmine complexus Ovidius, Metam. lib. I, v. 579 : « Populifer Sperchios, et irrequietus Enipeus, Apidanusque senex, etc. » HARD. — Apidanus nunc *Gourapotamos*, Enipeus, *Vlocho-iani*, Onochonus *Rejani* dicuntur. ED.

26. *Onochonus*. Dalecamp. *Onochous*. ED.

27. *Pamisus*. Vet. ap. Dalec. et Chiff. *Lammissus*. ED.

28. *Messeis*, etc. Μεσσηνίς Straboni, lib. IX, pag. 434. Valerius Flaccus, lib. IV : « Flevit Amydone, fierunt Messeides undæ : Flevit et effusus revocans Hyperia lacertis. » De Hyperia diximus initio hujus capituli. HARD. — Vet. ap. Dalec. *Nesson*. ED.

29. *Bœbeis*. Βοίβης; palus Strab. p. 436. Pheris vicina et oppidulo, cui Βοίβη nomen fuit. Meminit op-

claritate Peneus³⁰, ortus juxta Gomphos : interque m³¹ et Olympum nemorosa convalle defluens quins stadiis, dimidio³² ejus spatii navigabilis. In eo cursu³³ æ³³ vocantur³⁴ quinque mill. passuam longitudine, rme sesquijugeri latitudine, ultra visum hominis entibus se dextera lævaque leniter convexis³⁵ jugis. sua³⁶ luce viridante allabitur Peneus, viridis calculo, nus circa ripas gramine, canorus avium contentu. nit amnem Orcon³⁷, nec recipit : sed olei modo su-

icusque, Stephanus. Ovid. l. I. VII : «juncosaque littora .» HARD.—*Carlas hodie vo-* ED.

Peneus. Πηνειὸς Græcis : ho- lembria. ED.

Interque Ossam. Ita Strabo, 30. HARD.

Dimidio ejus spatii navigabilis. cursu. In Dalec. *spatio* legitur *stii.* Vet. ap. Dalec. *Dimidio bilis. Spatia ejus in eo cursu.* ED.

Tempe. A religione loci no- hoc primum inditum est. ; Æolibus idem est quod τί- et lucum fanumque signifi- nde Mela, lib. II, cap. 3 : cro nemore nobilia Tempe. rdeinde ætas amœna quælibet empe appellavit. HARD.— ecuratam inclytæ hujus vallis tionem quam dat Pouque- *Voyage de la Grèce*, lib. IX, t. III, p. 369 et seq. ED. *Vocantur.* Vet. ap. Dalec. ED.

Convexis jugis. Intus... allabi- oponebat Dalec. *convexis ju-* tus vero luce viridante. *Alla-* ste. ED.

Sua luce viridante. Ita MSS. *vidente* malunt. Piatianus,

Peneus vero luce viridante. Salmas. pag. 153, *sub luce viridante.* HARD.

37. *Accipit amnem Orcon.* Bar- barus *Euroton* reposuit, quum ubi- que prius constanter legeretur *Or-* con : tum in MSS. Reg. I, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffi. tum in edit. Parm. aliisque : quo nomine *Plu-* tonium inferumque amnem, quia hunc Dii jurare consueverint (ὄρκου enim jusjurandum Græci appellant) indicari modo nullus dubito : alio- qui, undenam pœnales ejus aquæ sint, quod mox subjicitur, diris- que genitæ, non apparebit. De hoc ipso fluvio Homerus, *Iliad.* II, in Catalogo, v. 262, ubi proprio eum nomine *Τιταρήσιον* vocat : Ὅς ῥ' ἐς Πηνειὸν προΐει καλλίῃροον ὕδωρ, Οὐ δ' ὄγυς Πηνειῶ συμμίσγεται ἀργυροδίνῃ. Ἀλλὰ τί μιν καθύπερθε ἐπιβρέει, ἢδ' ἔλαιον. Ὀρκου γὰρ δαινοῦ, Στυγὸς ὕδατος, ἐς τὴν ἀπόβρωξ. Nam aquæ Stygis, inquit, horrendique Orci, cujus est grave juramentum, rivus est. Lucanus ex eodem Homeri loco, lib. VI, v. 375 : « Solus in alterius nomen quum venerit undæ, Defendit Titaresus aquas, lapsusque superne Gurgite Penei pro siccis utitur arvis. Hunc fama est Stygis manare paludibus amnem, Et ca-

pernatantem (ut dictum est Homero³²) brevi spatio portatum abdicat : pœnales aquas dirisque genitas, argenteis suis misceri recusans.

XVI. (IX.) Thessaliæ annexa Magnesia est, cujus fons Libethra¹. Oppida : Iolcus², Hormenium, Pyrrha, Methone, Olizon. Promontorium, Sepias³. Oppida : Casthanæa⁴, Spalathra⁵ : promontorium Æantium⁶. Oppida : Melibœa⁷,

pitis memorem, fluvii contagia vilis Nolle pati, superumque sibi servare timorem. » Εὐρώταν alioqui hunc amnem, et Τιταρήσιον appellavit Strabo, lib. IX, pag. 440, et post illum Eustathius, in Iliad. H, pag. 336. Euroton nemo. HARD. 38. Homero. Iliad. II, in Catalo-
logo, v. 262. HARD.

XVI. 1. Libethra. Fons Libethrius, Magnesiæ est, inquit Solinus, cap. VIII, p. 24. Τὰ Λιβηθρα Cononi, apud Phot. in Bibl. cod. 186, pag. 452. Martiano, lib. VI, pag. 211, Libetris; Melæ, lib. II, cap. 3, p. 32, « Hic Libethra, carminum fontes. » Δειθηθρίδες Νύμφαι hiuc dictæ Straboni, lib. IX, pag. 410. HARD.

2. Iolcus, etc. Ἰωλκός Straboni, pag. 436. Ὀρμένιον eidem, et Ὀρμίνιον, pag. 438. Hesychio Ὀρμνος. Πύρρα, Phthiotidis promontorium est, pag. 435. An pro Pyrrha, Περεσσία locum hic habere possit, quam πόλιν Μαγνησίας vocat Scholiastes Apoll. ad Argon. lib. II, v. 584, amplius considerandum. Μηθώνη, Homero, Iliad. II, in Catal. v. 223. Ὀλίζων Straboni, p. 436, unus e pagis Demetriadi contributis. HARD. — Magnesia, *canton de Zagora* hodie dicitur; oppidum autem Iolcus juxta *Goritsa* situm fuit, Hormenium, juxta *Milias*, Pyrrha

loco *Korakai Pyrgos* dicto, Methone prope *Neochori*, Olizon, loco dicto *Kortos* juxta vicum *Argalasti*. ED.

3. Sepias. Σεπιάς ἄκρα, Ptolem. lib. III, cap. 13. Eustathio, in Iliad. II, pag. 327 : Σεπιάς, ἀκροτήριον ἐν τῷ Ἰωλκῷ. HARD.—*Hegios Georgios* hodie vocatur. ED.

4. Casthanæa. Ita scripsi, pro *Castana*. Vet. ap. Dalec. *Casiana*. Κασθάναια Herodoto, lib. VII, Polymn. p. 444, n. 173. Κασθάναια, Straboni, lib. IX, pag. 443. Lycophroni tamen Καζάναια, et Stephano, et Melæ, lib. II, cap. 3, *Castanæa*. Sub Pelio monte. HARD.—Prope *Tzankarada*. ED.

5. Spalathra. Urbs maritima Magnesiæ Σπάλαθρα, Scylæci, p. 24. Stephanus : Σπαλίθρη, πόλις Θεσσαλίας. Ἑλλάνικος δὲ Σπάλαθραν αὐτὴν φησίν. HARD.—Juxta pagum *Hægia Eutimia* sita fuisse videtur. ED.

6. Æantium. Αἰάντιον, Ptolem. lib. III, cap. 13. HARD.—Nunc *Trikeri* dicitur. ED.

7. Melibœa, etc. Μελίβοια, πόλις Θεσσαλίας, Stephano : Ριζοῦς, πόλις Θεσσαλίας, eidem : Ἐρυμναί, Straboni, lib. IX, p. 443, quæ Scylæci, pag. 24, et Stephano, *Ἐρυμναί*. In radicibus *Ossa* montis sitam, ac super Demetriadem imminere Melibœam auctor est Livius, lib. XLIV, cap. 13. Idem

Rhizus, Erymnæ : ostium Penei⁸. Oppida, Homolion⁹, Orthe¹⁰, Thespiæ¹¹, Phalanna¹², Thaumaciæ¹³, Gyrtion¹⁴, Cranon, Acharne¹⁵, Dotion¹⁶, Melitæa, Phylace. Porro Epiri¹⁷, Achaia, Atticæ, Thessaliæ in porrectum longi-

lib. XXXIX, cap. 13, Eurymenas alteram vocat. HARD. — Melibœa juxta *Mintzeles* sita fuit, Rhizus juxta *Pesi-Dendra*, Erymnæ juxta *Conomio*. ED.

8. *Ostium Penei*. In Thermaicum sinum excurrentis. Mela, lib. II, cap. 3. HARD.

9. *Homolium*. Ὁμόλιον Straboni loc. cit. ad Ossam, sive ad Ossæ montis partem quam Ὁμόλον vocat: Scholiastes Theocriti, Idyll. 6, v. 103. Dicæarchus, p. 164, Ὁμόλην. Ultra Peneum a Scydale quoque locatur: Ὁμόλιου Μαγνητικῆς πόλεως, ἢ ἔστι παρὰ ποταμόν. HARD.

10. *Orthe*. Ὀρθὴν Homerus vocat *Iliad.* II, in Catalogo, v. 246, et Strabo, pag. 440. HARD.

11. *Thespiæ*. Thespiarum Thessaliæ (nam et Bœotia fuerunt) meminit Stephanus. At MSS. non *Thespiæ*, sed *Iresia* habent. HARD.

12. *Phalanna*. *Thome* vet. addit. DALEC. — Chiffi. *Palinna*. ED. — Orthen ipsam, inquit Strabo loc. cit. quidam pro Phalannæorum arce accipiunt. Est autem Φάλασσα urbs ad Peneum prope Tempe, Perrhæbicæ quondam ditionis: sed inde ad Dolopas Athamasque, Perrhæbi a Lapithis relegati. Hæc Phalanna est, quam prope Gyrtionem Livius collocat, lib. XLII, cap. 54. HARD. — Hodie *Tournovo*. ED.

13. *Thaumaciæ*. Dalec. *Thaumaciæ*. ED. — Θερμακῶς Straboni,

pag. 434. Θαυμακία Stephano. Homero, in Catalogo, v. 123, Θαυμακίην. Situm urbis, causamque nominis Livius eleganter describit, lib. XXXII, cap. 4. HARD. — Hodie *Democo*. ED.

14. *Gyrtion*, *Cranon*. De Cranoniis Gyrtionisque Thucydides, lib. II, pag. 115, Γυρτώνιοι, Κρανώνιοι. Oppida, Γυρτών, Κρανών, Strab. pag. 442. HARD. — Gyrtion nunc *Tcheritchani* vocatur; Cranon autem, *Crania*. ED.

15. *Acharne*, etc. Ἀχάρνη Græcis. Δότιον Stephano, Thessaliæ urbs dicitur: Μελίταια quoque, quam et Μελίταια a Theopompo appellari ait. Denique et Φυλάκη, πόλις Θεσσαλίας, quam Thebis Phthioticis proximam Strabo, pag. 435, in ipso Othrye monte positam, auctor est Theocriti Scholiastes, Idyll. III, ad v. 45. HARD. — Hodie ignorantur. ED.

16. *Dotion*. Chiffi. *Dorion*. ED.

17. *Porro Epiri*, *Achaia*, *Atticæ*, *Thessaliæ in porrectum longitudo*, etc. In editione Parmensi, *Ponio Epiri*, etc. *Potnia* reposituit Barbarus, etsi in Bœotia a Stephano collocantur. Nos *porro* legimus, ut sit illud periodi sequentis initium. *Porro Epiri*, etc. Quod vero ad latitudinem spectat, quæ cclxxxvii mill. passuum obtinere dicitur, Martianus, lib. IX, cap. de Thessalia, pag. 211, habet cclxxxvii ac soli Thessaliæ hanc

tudo quadringentorum octoginta mill. pass. traditur : latitudo ducentorum octoginta septem millium.

- XVII. (x.) Macedonia¹ postea centum quinquaginta populorum, duobus² incluta regibus, quondamque terrarum imperio, Emathia³ antea dicta. Hæc ad Epiroticas gentes in solis occasum recedens post terga Magnesiæ atque Thessaliæ, infestatur a Dardanis. Partem ejus septemtrionalem Pæonia ac Pelagonia⁴ protegunt a Triballis⁵. Oppida : Æge⁶, in quo mos⁷ sepeliri reges : Berœa⁸ : et

mensuram adjudicat : sed Plin. non intellexit : neque nunc aut primum, aut semel. « Longitudo, inquit, Thessaliæ habet millia CCCCLXXX. Latitudo CCXXXVII. » In depravatos Plinii cõdices incidere Missi Theodosii, ut præfixa ei libro præfatio qualiscumque testatur, quum aliam longitudinis latitudinisque mensuram ex eo referunt : « Epirus, inquit, Achaia, Attica, Thessalia... patent in longitudinem M. P. CCCCX, in latitudinem, CCCLXXV, juxta Plinium Secundum in quinto (quartum dici certe oportuit), in longitudinem CCCCLXXX (pro CCCCLXXX), in latitudinem CCCLXXXVIII (pro CCLXXXVII). » Sic ipse Plinius, lib. III, descriptioni Bœticæ subjungit, porro longitudinem universam ejus, etc. HARD. — MSS. Reg. 1, 2, et editio princeps, latitudo centum nonaginta septem. In MS. Reg. 5, ducentorum nonaginta septem. БРОТ. — Chiffi. latitudo CCIX. ED.

XVII. 1. Macedonia. Hic pro suo more Plinius Solinus et Capella transcribunt : ille, cap. 9, p. 25, iste lib. VI, cap. de Macedonia, pag. 211. Sic Mela, lib. II, cap. 3, pag. 31. Macedoniam in quatuor provincias fuisse divisam num-

mi testantur inscripti, ΠΡΟΤΗ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ : ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ : et ΤΕΤΑΡΤΗΣ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. Macedonum prima, secunda, et quarta provinciæ. HARD.

2. Duobus, Philippo Græciæ domitore, et Alexandro etiam Asiæ, Mela, loc. cit. HARD.

3. Emathia. Stephanus : Ἐμαθία... ἡ νῦν Μακεδονία. HARD.

4. Pelagonia. Vet. apud. Dalec. Pafagonia. ED.

5. Triballis. Mæsiæ populis, de quibus libro sup. cap. 29. HARD.

6. Æge. Solinus quoque, cap. IX, pag. 26 : « Urbem quoque condidit, quam dixit Ægan, in qua sepeliri reges mos erat. » De hoc more Athenæus, lib. IV, p. 155 ; Diodorus in Excerptis, pag. 267 ; Justinus, lib. VII, cap. 1 et 2, aliique. Oppidum Αἰγί, Athenæo et Stephano appellatur. In MSS. Ægia. Αἰγία quoque Theophrasto, lib. de Ventis. Αἰγία Ptolemæo, lib. III, c. 13. H. — Moglena hodie vocatur, auctore D'ANVILLE. ED.

7. Mos sepeliri. Sic Dalec. Chiffi. sepeliri mos. ED.

8. Berœa. Βερέοια Ptolemæo, in Emathia, lib. III, cap. 13. Stephano, Βερέα. In Notitia Eccles.

in regione⁹ quæ Pieria appellatur a nemore¹⁰, Æginium¹¹. In ora Heraclea¹², flumen Apilas. Oppida: Pydna¹³, Aloros. Amnis Aliacmon¹⁴. Intus Aloritæ¹⁵, Vallæi¹⁶, Phylacæi, Cyrrhestæ¹⁷, Tyrissæi. Pella colonia¹⁸. Oppidum

pag. 21, Βερούα, pro Βέροια, vel Βερίαι potius. In radicibus Bermii montis a Strabone collocatur, lib. VII, p. 330. HARD.—Hodie *Karaveria*. ED.

9. *Et in regione*. Deletur in vet. ap. Dalec. vocula *et*. ED.

10. *A nemore*. De Pieria silva, in quam Perseus a Paulo victus aufugit, Livius, lib. XLIV, pag. 571. HARD.

11. *Æginium*. Meminere hujus oppidi Livius, lib. XXXII, cap. 46, et Strabo, lib. VII, pag. 327, Αἰγίνιον. HARD.

12. *Heraclea*. Ἡράκλεια Μακεδονίας, Stephano: Scylaci, pag. 25, Ἡράκλειον. Fuit hæc olim juris Ætolicæ. Describitur a Livio, lib. XXXVI, 22: « Sita est Heraclea, inquit, in radicibus OEtæ montis: ipsa in campo, etc. » Flumine Asopo allui deinde subjungit, quem Plinii esse Apilam credimus. HARD.—Heraclea videtur esse hodie *Platamona*, et flumen Apilas, fluviolus nunc *Sphetili* dictus. ED.

13. *Pydna, Aloros*. In MSS. Reg. 1, 2, etc. *Pygna, Doros*. In editis, *Phina, Oloros*. Sed de Oloro, postea. Interim *Pydna* priore loco legi oportere perspicuum ex eo est, quod ipse a Ptolemæo prope Ἀλιάκμωνος amnis ostia, perinde atque a Plinio collocatur, lib. III, cap. 13. In Pieriæ quoque regionis ora maritima, etiam et a Strabone, in excerptis lib. VII, pag. 330: ἡ μὲν εὖν Πύδνα Πιερικῆ ἐστὶ πόλις. Eadem

quoque Κύδνα appellatur a Theagene in Macedonicis, ut Stephanus auctor est: unde et Mela, lib. II, cap. 3, hunc tractum describens, *inter Poneum, inquit, et Azium, Cydne, Aloros*. De Aloro quoque, quam pro Oloro restituimus, ad stipulatur emendationi nostræ Scylax, pag. 25: Ἀλιάκμων ποταμὸς, inquit, Ἀλωρίς πόλις, etc. HARD.—Vet. ap. Dalec. *Cinna, Eloros*. *Pydna* videtur esse *Kytros*, sive *Kydros*; Aloros haud longe a *Libanova* stetisse videtur. EN.

14. *Aliacmon*. Ἀλιάκμων Herod. lib. VII, Polym. n. 127, et Ptolemæo, l. III, c. 13, in Pieria. H.—*Indge-Carasou* hodie vocatur EN.

15. *Intus Aloritæ*, etc. Ab oppido, ut quidem videtur, Aloro, de quo modo dictum est: horum regione, a mari introrsus recedente, atque in pagos aliquot distributa. HARD.

16. *Vallæi, Phylacæi*. Dalecamp. *Vallei; Philacæi*. ED.—A gemino Pieriæ regionis oppido hi nomen habent: alterum *Φυλακæι*, Ptolem. lib. III, cap. 13. Οὐάλλαι alterum appellatur. HARD.

17. *Cyrrhestæ, Tyrissæi*. Dalec. *Tirissæi*. ED.—Et his nomen dedere oppida duo Emathiæ regionis apud Ptolem. loc. cit. Κυρῆς (pro Κυρῆος), et Τύρισσαι Κύρρος, est Thucyd. lib. II, pag. 169. A Cyrrho Syriæ oppido, ejusdem nominis cum hoc Macedonico, *Cyrrhestæ* quoque derivantur. H.

18. *Pella colonia*. In nummo HA-

Stobi¹⁹ civium Rom. Mox Antigonea²⁰, Europus²¹ ad Axium amnem, eodemque²² nomine, per quod²³ Rhœdias²⁴ fluit. Eordeæ²⁵, Scydra²⁶, Mieza²⁷, Gordyniæ²⁸. Mox in ora Ichnæ²⁹: fluvius Axius³⁰. Ad hunc finem Dardani³¹,

driani, apud Patin. pag. 195, COL. IVL. AVG. PELL. *Colonia Julia Augusta Pella*. Vetus fuit Macedonum regia, ubi Philippus et Alexander, nati et educati. Hujus situm describit accurate Livius, lib. XLIV, cap. 46. Hodie *Palatitza*. HARD. et ED.

19. *Stobi*. Στόβι Ptolemæo, lib. III, cap. 13, in Pelagonia. Stobos Pelagoniæ Livius quoque nuncupat, lib. XXXIII, cap. 19. In Vespasiani nummo, apud Patin. pag. 142, ΜΥΝΙCΙPΙ. STOBENSIVM. Ulpianus, lib. L, Dig. tit. 15, de Censibus, *Stobenses juris Italici sunt*. HARD. — *Stoli* vocantur rudera ejus. ED.

20. *Antigonea*. Dalec. *Antigonia*, neglecta Chifflet. lectione. ED. — Stephanus quoque Ἀντιγόνηαν Macedoniæ adjudicat, aitque ab Antigono Gonatæ fil. conditam. In Mygdonia a Ptolemæo collocatur, lib. III, cap. 13. HARD.

21. *Europus*. Εὐρώπος Ptolemæo, loc. cit. in Matia, sive Macetia: et Stephano. HARD.

22. *Eodemque nomine*. Hoc est, eodem aliud nomine, scilicet *Europus*, in Almopiorum regione, apud Ptolem. lib. III, c. 13. H.

23. *Per quod*. Vet. ap. Dalec. *aliud per quod*. ED.

24. *Rhœdias*. MSS. *Rhodiums*. Ἀροῦδιαι, *Ludius*, hodie *Karasma*, quem Strabo, lib. VII, p. 330, ex palude fluere ait, quam Axius

amnis implet, juxta Pellam? Et Ἀροῦδιαν prope Axium Ptolemæus agnoscit. HARD. et ED.

25. *Eordeæ*. Dalec. *Heorda*. Vet. ap. Dalec. *Phorbæ*. ED. — Ἐορδαῖαι geminæ sunt Stephano, ambæ Mygdoniæ regionis, quæ Macedoniæ pars fuit. Eordeam urbem appellat Livius, lib. XLII, cap. 53. In Notitia Eccles. pag. 21, Ἐορδα. HARD.

26. *Scydra*. Dalec. *Scypra*. ED. — Σκύδρα, Μακεδονικῆ πόλις, Stephano, et Ptolem. lib. III, c. 13, in Emathia. HARD.

27. *Mieza*. Μίεζα Stephano, ubi Aristotelis ludus philosophicus, teste Plutarcho, in Alex. p. 668. Apud Ptolem. in Emathia, Μύεζα, pro Μίεζα. HARD.

28. *Gordyniæ*. Dalec. *Gordiniæ*. ED. — Γορδυνία, Stephano urbs Macedoniæ. Ptolemæo, Γορδυνία. Thucyd. lib. II, p. 169, Γορτυνία. Utrique corrupte. HARD.

29. *Ichnæ*. Ἰχναί, πόλις Μακεδονίας, Stephano. Ἰχναί, Herodoto, lib. VII, Polymn. pag. 421, n. 123. HARD.

30. *Axius*. Ἄξιός περταμός, Straboni, lib. VII, p. 330. In Thermaicum sinum exit. HARD. — Nunc dicitur *Vardar*. ED.

31. *Dardani*. Etiam Dardanorum urbis in Macedonia positæ meminit Livius, lib. XXVI, cap. 25; qui tamen non Macedoniam ipsam, sed Mœssiam incolere. ED.

i³², Pieres, Macedoniam accolunt. Ab hoc amne æ gentes³³: Paroræi³⁴, Eordenses³⁵, Almopii³⁶, Pelasgi³⁷, Mygdones. Montes³⁸ Rhodope, Scopius³⁹, Orontes. Dein præjacente⁴¹ gremio terrarum, Arethusii⁴², Antiochienses⁴³, Idomenenses⁴⁴, Doberi⁴⁵, Æstræenses,

Treres. Τρήρες Thucydidi, pag. 166, et Πίρες, pag. erodoto quoque Πίρες ineur, Polymn. lib. VII, n. comium Treres incolunt, monte dicemus inferius. H. *Paoniae gentes.* Quarum no- orecensentur. Regio hæc e patuit, contigitque Mæ- Triballos, ubi nunc Bul- t: quamobrem et pro Bul- numquam accepti: Παίονες Βούγαροι, inquit Tzetzes, . 10, v. 186. HARD.

Paroræi. Chiff. *Parocci.* ED. ωραῖα Straboni, lib. VII, 6. Παρώρεα et Παρωραία 10, Macedoniae urbs. H.

Eordenses. Dalec. *Heordenses.* Ἐορδοί Herodoto, Polymn. , n. 185, pag. 445. Ἐορδοί Ἐορδίας, καὶ ἐξ Ἀλωπίας ;, Thucydidi appellantur, pag. 168. HARD.

Almopii. Ita MSS. omnes, quæ Stephanus quoque, 1, χώρα τῆς Μακεδονίας, 18 incolæ Ἀλωπες et Ἀλωπῶν in Notitia Eccles. Prov. niæ primæ, Ἀλωπιὰ, pro 1, pag. 21. HARD.

Pelagones, etc. Πελαγονέες, regio Πελαγονία, et Mygdonia. De priore Livius, V, c. 29 et 30: « Quartam niæ regionem, Eordei, et π, et Pelagones incolunt:

juncta his Atintania, et Stymphalis, etc. » Eadem Tripolis est appellata, a tribus oppidis, Azoro, Pythoo, Doliche. Idem Livius, lib. XLII, cap. 53. De posteriore, Stephanus: Μυγδονία, μῦρα Μακεδονίας. Mygdonum ditionis fuit Antigonea, de qua supra. HARD.

38. *Montes.* Ροδόπη τὸ ἔρος, Ptolem. lib. III, cap. 11. HARD.

39. *Scopius.* Scomium Thucydides vocat, lib. II, pag. 166, et est monti Rhodopæ adnexus: Σκόμιον ἔρος, ἔρημον καὶ μέγα, ἔχόμενον τῆς Ροδόπης. Hic Treres habitant, de quibus supra. HARD.

40. *Orbelus.* Ὀρέηλος Macedoniae mons, Tzetza, Chil. xi, v. 905, et Straboni in Epitome, lib. VII, pag. 329. HARD. — Nunc *Argentaro* vocatur. ED.

41. *Dein præjacente.* In medietullo Macedoniae, ab ortu versus occasum fusi. HARD.

42. *Arethusii.* Ab Arethusa dicti, de qua inferius hoc cap. HARD.

43. *Antiochienses.* Ab urbe Mygdoniæ Antiochia, ad cujus similitudinem in Adiabene Nisibin Macedoniae, Mygdoniæ quoque Antiochiam cognominarunt, ut dicitur lib. VI, cap. 16. HARD.

44. *Idomenenses.* Stephanus: Ἰδομένη, πόλις Μακεδονίας. In Notitia Eccles. Prov. Macedon. pag. 21, Ἰδομένη. HARD.

45. *Doberi, Æstræenses.* In libris

Allantenses⁴⁶, Audaristenses⁴⁷, Morylli⁴⁸, Garesci⁴⁹, Lyncestæ⁵⁰, Othryonei⁵¹, et liberi Amantini⁵² atque Orestæ⁵³:

editis, *Doberiensis*, *Trienses*. In MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. *Doberies*, *Trienses*. Nos fere cum Hernolao, *Doberi*, *Æstræenses*; Δοβήρις Herodoto non semel appellantur, Terpsich. lib. V, p. 294, n. 16, et Polymn. lib. VII, p. 418, n. 213. Horum oppidum in Pæonia Thucydides collocat, lib. II, p. 167, Δόθηρον τὴν Παιονικὴν. Stephanus quoque, p. 241. Apud Ptolem. lib. III, cap. 13, in Pæonia pariter Δήθορος. In Notitia Eccles. Prov. Macedonia primæ, p. 21, Διόθορος. Utrobique nomen in mendo jacet, pro Δόθηρος. Æstriensium vero, quos Ptolemæus loc. cit. Αἰστραίους vocat, oppidum ipse Αἰστραίων ait nuncupari, de gentis nomine: Hadrianus apud Stephanum, verbo Αἰστραία: οὐτ' ἔχον Αἰστραίαν τε, Δόθηρά τε. In Notit. Eccles. Prov. Maced. 2, p. 23, Εἰστραίων pro Αἰστραίων. HARD.

46. *Allantenses*. Ἀλλάντη Stephanus urbs Macedonia, cujus cives Ἀλλάντιται. HARD.

47. *Audaristenses*. MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, etc. *Adaristenses*. Ptolem. lib. III, cap. 13, in Pelagonia, prope Stobos Ἀνδάριτων oppidum collocat. HARD.

48. *Morylli*. Ab oppido Paraxiæ regionis in Macedonia, apud Ptolemæum, lib. III, cap. 13, quod Μόρυλλος dicitur. HARD.

49. *Garesci*. Chiffi. *Garesti*. ED. — Quorum oppidum in Orbelia Macedonia regione, apud Ptolem. loc. cit. Γαρίσκοι. HARD.

50. *Lyncestæ*. Quorum regio Λυγκηρίς Ptolemæo, loc. cit. ipsi Λυγκισαί Straboni, lib. VII, pag. 323, et Stephano appellati: Pelagonibus proximi. Λυγκισαί Diod. Sic. Bibl. lib. XVII, pag. 533. Λυγκηρίς Thucyd. lib. II, p. 168, et eorum oppidum Λύγκος, lib. IV, pag. 307. HARD. — Lyncestarum meminit etiam Livius lib. XLV, cap. 30, in quarta Macedonia regione, et Lyncum oppidum eorum appellat l. XXVI, c. 25, et XXXI, 33; sed ignoratur situs ejus. ED.

51. *Othryonei*. Dalec. *Othryoni*. ED. — Forte ii qui montis Όθρυος, de quo cap. 15 aversa, seu partem borealem incolerent, ita nuncupati. HARD.

52. *Amantini*. Sive Amantes, sive Amantiani, ut Cæsar appellat, Bell. civ. lib. III. De his egimus lib. III, c. 26. Amantianæ urbem Orestiadæ regioni Ptolemæus attribuit. HARD.

53. *Orestæ*. Proxime hi Epirum contingunt, Molossis etiam genti Epiroticæ a Stephano contributi: Ορίσαι, Μολοσσικὸν ἔθνος. Macedonia, a Livio, lib. XXXIII, c. 34, ubi de libertate iis a T. Quinctio Flaminio concessæ: « Orestis, inquit (Macedonum ea gens est) quod primi ab rege Philippo defecissent, suæ leges redditæ. » Ab Oreste matricida nomen Orestiadæ regioni factum ait Strabo, lib. VII, pag. 326. Horum præcipuum oppidum Λαοδίκαιαν vocat Thucyd. lib. IV, pag. 342. HARD.

niæ, Bullidensis⁵⁴, et Diensis⁵⁵ : Xylopolitæ⁵⁶, Scotus-
liberi, Heraclea Sintica, Tymphæi⁵⁸, Toronæi⁵⁹.

1 ora sinus Macedonici oppida Chalastra², et intus 3
eros³, Lete⁴ : medioque flexu littoris Thessalonica⁵,
æ conditionis. Ad hanc a Dyrrachio cxiv⁶ millia pas-

. *Bullidensis*. Βουλίδης Ptolem. limiotarum regione, prope ichium: maritimum oppidum

Macedoniæ finibus, quam-
1 Illyrico plerumque accen-
: Stephanus: Βύλλης πόλις Ἰλ-
ς παραθαλασσία. Vide quæ
us lib. III, cap. 26. HARD.

. *Diensis*. Δίων κολώνια, Pto-
, lib. III, cap. 13, in Pieria
loniæ regione. Item Step-
hplanus, lib. L Digest. tit.
le censibus: *Dienses juris Ita-*
nt. HARD.

. *Xylopolitæ*. Dalec. *Xipolitæ*.
— Εὐλόπολις in Mygdonia,
m. loc. cit. HARD.

. *Scotussæi*. Σκότουσσα Ptolem.
I, cap. 13, prope Ἡράκλειαν
ἄν, a regione in qua posita
ic cognominatam. Haud pro-
ane Strymone collocatur He-
Sintice a Liviō, lib. XLV,
29. Quamobrem in Notitia
1. pag. 21: Ἡράκλεια Στρυμονοῦ
nr. Incolæ Σίντιες ἄνδρες Ho-
, ut refert Strabo in Epit.
II, pag. 331. HARD.

. *Tymphæi*. Dalec. *Tymphæi*.
— Diversi hi plane a Tym-
Etolorum populis, de qui-
ctum est cap. 3. In Bisaltarum
ie, aut certe inter Strymonem
um sedes hi habuerunt. H.

. *Toronæi*. Ita rescriptissimus
nita codicum Reg. 1, 2,
1, 2, Paris. in quibus *Toronæi*

scribitur, non ut in editis *Coronæi*,
quos in hoc terrarum tractu nemo
vetustiorum scriptorum agnoscit.
A Torone autem oppido, de quo
inferius hoc cap. hi Toronæi ap-
pellantur. Sic populos gentesque
uno veluti orationis ductu perstrin-
git, quorum deinde oppida singil-
latim, suo quæque situ, appellat.
HARD.

1. *Sinus Mucedonici*: Dalec. in
ora sinus Macedonici oppidum. ED.
— Antonomasticōs hic sinus Ma-
cedonicus appellatur, quoniam e
Macedonico mari effluit, ut ait
Strabo, lib. VII, pag. 323. Eum
alii et ipse Plinius alias, ac plane
modo, Thernaicum nominat, a
Therme oppido: nunc vocant *le*
golfe de Salonichi. HARD.

2. *Chalastra*. Stephanus: Χά-
λαστρα πόλις Θέρμας περι τὸν Θερμαῖον
κόλπον, in Thermalco sinu. HARD.

3. *Et intus Phileros*. Hoc est,
longius a mari. MSS. Reg. 1, 2,
etc. *Pyloros*, quod multo sincerius
videtur, Πυλωρός. HARD.

4. *Lete*. Stephano, Λήτη, πόλις
Μακεδονίας. Harpocratiōni, Λιτή.
Plinio, lib. XXXI, c. 46, *Litæ*. H.

5. *Thessalonica*. Hodie *Saloniki*.
Vulgo nobis *Salonique*. BRON.

6. *CXIV*. Sic Harduin. et libri
omnes scripti et editi. Broterius
ex Polybio *CCLXVII*. « Pessime,
inquit, in libris scriptis et editis
cxiv, id absurdum est, ut patet ex

Phyrcella²², Ampelos²³, Torone, Singos : fretum, quo montem Athon Xerxes²⁴ rex Persarum continenti abscidit, in longitudine passuum M. D. Mons ipse a planitie excurrit in mare LXXV mill. passuum. Ambitus radice centum quinquaginta²⁵ mill. colligit. Oppidum²⁶ in cacumine fuit

Derrim, et portum qui Κωφός dicitur: urbes, Toronen et Phyrcellam: atque unde ipsi nomen est, Mecyberna incingit. » Et paulo expressius Scymnus Chius, pag. 26: Εἴτ' ἐστὶ κόλπος λεγόμενος Τορωνικὸς, ὃ πρότερον ἦν τις Μηκυβέρνη κειμένη. Ἐξῆς Τορώνη τοῖς τόποις ὁμωνύμως. Quæ sic Latinus interpres edidit: « Deinde sinus est, Toronicum quem nominant, Ubi antea quæ Mecyberna constitit, Ex quo Torona, quæ loci est cognominis. » Hæc quum sint adeo luce clariora, miror a recentioribus geographis confidenter esse pronunciatum, diversum plane a Toronico esse Mecybernæum sinum. HARD. — Hodie dicitur *golfe de Cassandre*, sive *d'Hagios Mamas*. ED.

22. *Phyrcella*. Dalec. *Phyrcela*. Chiffi. *Mycella*. ED. — Hæc Melæ pariter memorata, lib. II, cap. 3, pag. 31. HARD.

23. *Ampelos*. Pro *Singos* legitur ap. Chiffi. *Siggostolos*; in vet. ap. Dalec. *Soggostedes*. ED. — Eodem prorsus ordine Herodotus, Polymn. lib. VII, num. 22, pag. 422, Ἀμπελος, Τορώνη, Σίγγος. Sic etiam Ptolemæus, lib. III, c. 13. Hujus Singi incolæ Σίγγαῖοι apud Thucyd. lib. V, pag. 356. Situs omnino ignoratur. HARD. et ED.

24. *Xerxes*. Hæc Solinus a Plinio, cap. 9, pag. 25. Plinius ab Herodoto, Polym. lib. VII, num.

24, pag. 394, a quo et Mela, lib. II, cap. 2: « Qua continenti Athos adhæret, Xerxe in Graios tendente, perfossus transjugatusque est, factus freto navigabili pervius. » Fossum qua montem a continenti sejunxit, fretum vocant, quoniam ibi mare immissum ferveat. Athos hodie *Monte Santo*, sive *Hagion-Oros* dicitur, quod nomen traxit a triginta monasteriis et sex millibus qui eum incolant, cœnobitis. ED.

25. *Centum quinquaginta millia*. Georgerinus, archiepiscopus Samius, ait ambitum esse CLXX mill. pass. Tantæ autem altitudinis est mons Athos, ut Lemnon insulam, nunc *Stalimene*, quadraginta millibus passuum distantem, umbra sua, quum sol occidit, aliquando tegat, teste eodem Georgerino. ED.

26. *Oppidum fuit*. Interiisse significat, atque in ejus locuta Apolloniam esse suffectam, cujus incolæ, ut prius Acrothoi, Macrobiani cognominarentur. Mela loco cit. « In summo fuit oppidum Acroathon: in quo, ut ferunt, dimidio longior, quam in aliis terris ætas habitantium erat. » Acrothon contracte pro *Acroathon* dicitur: cives Ἀκρόθωοι, aut ipsum etiam oppidum a Thucydide appellatur, lib. IV, pag. 325. Acrothon Solino, c. XI, pag. 31. Herodoto, Polym. lib. VII, num. 22, p. 394, Ἀκρόθρον, Θύσος, Κλειωναί. HARD.

Acrothou : nunc sunt Uranopolis²⁷, Palæotrium²⁸, Thyssus²⁹, Cleonæ, Apollonia³⁰, cujus incolæ Macrobbii cognominantur. Oppidum Cassera, faucesque alteræ 5 Isthmi³¹, Acanthus³², Stagira, Sithone³³, Heraclea³⁴, et regio Mygdoniæ subjacens : in qua recedentes a mari, Apollonia³⁵, Arethusa. In ora rursus Posidium³⁶, et sinus³⁷ cum oppido Cermoro³⁸, Amphipolis liberum³⁹, gens

27. *Uranopolis*. Ab Alexarcho condita, Cassandri Macedoniæ regis fratre, ut refert Heraclides Lembus, apud Athen. lib. III, p. 98. HARD.

28. *Palæotrium*. In MSS. *Palæotrium*, Παλαιώτριον, rectius. HARD.

29. *Thyssus*, *Cleonæ*. Habet hæc oppida, præter Herod. loc. cit. Thuoyd. lib. IV, p. 325 : Θύσσον, καὶ Κλεωνάς, καὶ Ἀκροθώους, etc. Cleonæ in Atho monte conditas a Chalcidensibus refert Heraclides in Polit. Chalcid. In nummo argenteo Alexandri Magni, eoque maximi moduli, apud D. DE BOZE, scriptum est ΚΛΕ. Κλεωναίων. H.

30. *Apollonia*. Quæ, ut diximus, e ruinis Acrothoi crevit. HARD.

31. *Isthmi*. Quem duo sinus efficiunt, Singiticus, et Strymonicus, in radicibus montis Atho. HARD.

32. *Acanthus*, *Stagira*. Quidam ap. Dalec. legunt : *Acanthus*, *Singus*, *Suagyra*, *Sitone*. ED. — Ἀκανθος καὶ Στάγειρος, Herod. Polymn. lib. VII, num. 115, pag. 419, et Thucyd. lib. V, pag. 356. Ἀκανθος καὶ Στάγειρα, Stephano, et Eusebio in Chron. ad Olymp. 31. Acanthos a fossa montis Atho stadii septem diassita, teste Scymno, p. 27. Στάγειρα Philosophi patria. H.

33. *Sithone*. Pint. *Sithonia*. Dalec.

Sitone. ED. — Circumjecta regio Σιθωνίη appellata, Mecybernam quoque, Olynthum, Toronenque complexa, ut auctor est Herod. Polym. lib. VII, num. 123. HARD.

34. *Heraclea*. Diversa, credo, ab ea quæ superius Sintica appellata est. HARD.

35. *Apollonia*. Chiff. *Erechisa* pro *Arethusa*. ED. — Recedens a mari, sinu Thermaico, versus occasum Ἀπολλωνία, et Ἀρέθουσα, πόλεις Ἑλληνίδες, apud Scylac. p. 25. Stephano, Ἀπολλωνία Μακεδονίας et Ἀρέθουσα Θράκης. Hinc Arethusii superius memorati. In Amphaxitide, hoc est, in regione circa Axium amnem Ἀρέθουσα collocatur. HARD.

36. *Posidium*. Ποσειδώνιον, Neptuni fanum. HARD.

37. *Et sinus*. Qui ab influente anne olim Strymonicus apud Strabonem, lib. VII, pag. 331, nunc golfo d'Orfano, sive di Contessa dicitur. HARD. et ED.

38. *Cermoro*. Ita libri omnes. H.

39. *Amphipolis liberum*. Subintellige oppidum. Circumjacentis agri incolæ Bisaltæ appellati. Hinc apud Athen. lib. III, p. 77, in codicibus emendatis legitur, περι τὴν Βισαλτίαν Ἀμφίπολιν. Diodoro, Bibl. lib. XII, pag. 118, Βισσαλιτικοί. In Museo

Bisaltæ. Dein Macedoniae terminus⁴⁰ amnis Strymon, ortus in Hæmo. Memorandum, in septem lacus eum fundi, priusquam dirigat cursum.

6 Hæc est Macedonia, terrarum imperio potita quondam: hæc Asiam, Armeniam, Iberiam, Albaniam, Cappadociam, Syriam, Ægyptum, Taurum, Caucasum transgressa: hæc in Bactris, Medis, Persis dominata, toto Oriente possesso: hæc etiam Indiæ victrix, per vestigia Liberi Patris atque Herculis vagata: hæc eadem est Macedonia, cujus uno die⁴¹ Paulus Æmilius Imperator noster septuaginta duas urbes direptas vendidit. Tantam differentiam sortis præstitere duo homines⁴².

1 XVIII. (XI.) Thracia sequitur, inter validissimas Europæ gentes, in strategias¹ quinquaginta divisa. Populorum ejus, quos nominare non pigeat, amnem Strymonem accolunt dextro latere² Densetæ et Medi³, ad Bisaltas⁴ usque supra dictos: lævo, Digeri⁵, Bessorumque⁶ multa

nostro Parisiensi nummus ex ære: ΘΕΟC. ΚΑΙCΑΡ. CΕΒΑCΤΟC. In aversa parte Europa tauro insidet, ut vulgo creditur, cum epigraphe, ΑΜΦΙΠΟΛΙΤ. HARD. — Dalecamp. *Amphipolis libera gens, Bisaltæ.* ED.

40. *Macedoniae terminus.* Ita Scylax, pag. 26, et Martianus, lib. VI, cap. de Macedonia, pag. 211. Στρυμόων, Στρυμόνος græce. Hodie *Strouma*, sive *Kara-sou.* H. et ED.

41. *Paulus.* Devicto Perseo Macedoniae rege. Vide Livium, lib. XLIV sub finem, et initio libri XLV. A Paulo Æmilio has urbes una hora direptas ait Plutarchus in ejus vita, pag. 272, ἐν ὧρα μιᾷ... ἑξομῆκοντα πόλεις πορθηθῆναι. H.

42. *Duo homines.* Alexander M. et Paulus Æmilius. HARD.

XVIII. 1. *In strategias.* Στρατηγίας, præfecturas. HARD.

2. *Dextro latere.* Meridionali. H. — Sive potius occidentali. ED.

3. *Densetæ, et Medi.* De his egimus cap. 1. Plinium hic de more transcribunt Solinus, cap. x, pag. 27, et Martianus, lib. VI, cap. de Thracia, pag. 211. HARD.

4. *Ad Bisaltas.* Sic apud Chiffi. Deest apud Dalec. vox ad. ED.

5. *Digeri.* Stephano, Δίγηροι, ἔθνος Θράκιον, ex Polybii, lib. XIII. H.

6. *Bessorumque.* Βεσσική στρατηγία Bessica Thraciæ præfectura, supra Mædicam, apud Ptolemæum, lib. III, cap. 11. Horum urbs primaria Philippopolis: alias Cœletis, quæ gens Bessorum fuit, attributa. Eadem Bessa fortassis vetusta nomen

nomina ad Nestum⁷ amnem Pangæi⁸ montis ima ambientem, inter Elethos⁹, Diobessos¹⁰, Carbilesos : inde Brysas¹¹, Sapæos¹², Odomantes¹³. Odrysarum¹⁴ gens fundit¹⁵ Hebrum¹⁶, accolentibus Cabyletis¹⁷, Pyrogeris, Drugeris,

clatione appellata: *Bessæ* enim in Thracia mentio, non in Itinerario modo Antonini, sed et in lege xxx de Decurion. Cod. Theod. HARD.

7. *Ad Nestum*. Νεστός, Νεσσός, Μεσσός. In magno nominum ambitu amnem hunc esse oportuit, quem Νεστόν a Scymno Chio, pag. 28, Pausan. in Eliac. Post. lib. VI, p. 352, et Sylace, pag. 26. Nestum a Martiano : ab Aristotele, Histor. Animal. lib. VI, cap. 31, p. 776, et lib. VIII, cap. 33, pag. 985, Νεσσόν : Nessum quoque a Livio, lib. XLV, c. 29. In MSS. omnibus Plinianis, Reg. 1, 2, Colb. et Paris. *Mestum* appellari video. In nummo Caracallæ, ΟΥΔΠ. ΝΙΚΟΠΟΛΕΟΣ ΠΡΟΣ ΜΕΣΤΩ. Græcis hodie *Mesto* appellatur, et *Kara-sou*. H. et Ed.

8. *Pangæi montis ima*. Chifflet. *Ima Pangæi montis*. Pangeus nunc *Despoto Dagh*. Ed.

9. *Elethos*, etc. Αετίους videtur hos appellasse Thucydides, lib. I, pag. 166. Diobessos vero Δίους, p. 165, qui Diobessi nunc cognominantur, quoniam Bessorum, ut dictum est, plura sunt nomina, Carbilesi qui fuerint, non liquet. Nisi Κάβησός, quam Thraciæ urbem fuisse Hesychius prodidit, locum hic habere possit. HARD.

10. *Diobessos*. Dalec. *Diobesos*. Ed.

11. *Inde Brysas*. Stephano Βρύσαι, ἔθνος Θρακῆς. HARD. — Ita MSS. etiam ipsi. Sed Brygas forte rectius tum ex Strabone, lib. VII, p. 295,

tum ex ipso Plinio, lib. VI, cap. 41, qui Phrygas Thracium genus esse prodiderunt, Brygas appellatos. Brysas tamen etiam Heraclides laudat, in Polit. Coorum : et ab iis mellificii rationem inventam tradidit. Ed.

12. *Sapæos*. Qui Σάπαι et Σάπαισι Stephano. Horum urbes Ἄνος, Cypsela, Bisanthe, etc. Σαπαιο Appiano, Civ. lib. IV, pag. 650. H.

13. *Odomantes*. Ὀδομάντιοι, ἔθνος Θρακῆς, Stephano. Ὀδρυσαι quoque, quorum et Dio meminit, lib. LI, p. 462. Martianus, p. 212, *Hebrum Odrysiæ nives complent*. Odomanticæ regioni Amphipolim Ptolemæus assignat, lib. III, cap. 13, quam Bisalticæ ditionis esse diximus : Bisalticæ eidem Odrysas Tzetzes adscribit, Chiliad. I, vers. 303, ἔξ Ὀδρυσῶν πατρίδος Βισαλτίας. H.

14. *Odrysarum*. Vet. apud Dalec. *Othrysarum*. Ed.

15. *Fundit*. Sic apud Chiffletian. *Infundit* apud Dalec. Ed.

16. *Hebrum*. Ἐβρος amnis, Ptolem. lib. III, cap. 11. Nunc *Marizza*. H.

17. *Cabyletis, Pyrogeris*. Etsi vulgatam scripturam intactam exhibens, quam MSS. codices tueri videntur, haud levis tamen suspicio est *Pyrogoceri* legi oportere; seu permutatis syllabis, quod eodem recidit, *Cereopyrgis*. Est enim inter episcopatus provinciæ Rhodopes in Notitia Eccles. p. 21, Κερεόπυργος. Sed adhuc certior forte conjectura

Cænici¹⁸, Hypsalis¹⁹, Benis²⁰, Corpillis²¹, Bottiæis²², Edonis²³. Eodem sunt in tractu²⁴ Selletæ²⁵, Priantæ²⁶, Doloncae²⁷, Thyni²⁸, Cœletæ²⁹ majores Hæmo, minores Rhodopæ subditi. Inter quos Hebrus amnis : oppidum³⁰ sub Rhodope Poneropolis³¹ antea, mox a conditore Phi-

videtur de Cabyletis (hactenus *Carbiletis* legebatur), nam Cabylen oppidum inter Bessos Danubiumque cepisse Lucullus dicitur ab Eutrop. lib. VI, pag. 788. Κάβυλα est Phavorino. HARD.

18. *Cæniciis*. Quorum *Καινική στρατηγία*, Cænica Thraciæ præfectura, apud Ptolemæum, lib. III, cap. 11. Oppidum Bizya, de quo inferius. Stephanus ex Apollodoro, *Καινοί, ἔθνος Θράκης*, *Cæni* Livio, lib. XXXVIII, cap. 40. HARD.

19. *Hypsalis*. Qui Stephano, Ἰψηλίται, κατοικία Θράκης, Thraciæ præfectura, verbo Ἰψηλίδες. HARD.

20. *Benis*. Horum *Βεννική στρατηγία*, Bennica Thraciæ præfectura, Ptolem. loco citato. Oppidum *Βέννα*, sive *Βένα* Stephano. HARD.

21. *Corpillis*. *Κορπιλλική* præfectura Thraciæ, apud Ptolemæum, loco citato. Horum urbs Perinthus fuit, et Ganos, et Apros. Apud Appianum, lib. IV de Bellis Civil. pag. 650, *Τούπιλοι* pro *Κόρπιλλοι* corrupte legitur : apud Stephanum quoque mendose *ΚΟΑΠΗΑΟΙ*. H.

22. *Bottiæis*. *Βοττιαῖοι* dicuntur Herodoto, Polymn. lib. VII, n. 185, pag. 445, et Thucyd. lib. I, pag. 38. Laudatur Aristotelis opus de Politia *Βοττιαίων*, a Plutarcho in Theseo, pag. 6. HARD.

23. *Edonis*. Ἐδωνοί Stephano, ἔθνος Θράκης. Regio Ἐδωνική, oppidum *Δράβησπος*. Thucyd. lib. I,

p. 66. Horum urbes apud Ptolem. lib. III, cap. 13, *Οἴσυμα*, et Neapolis, de quibus inferius. HARD.

24. *Eodem sunt in tractu*. Hoc est, Hebrum perinde accolunt. HARD.

25. *Selletæ*. Præfectura *Σελλητικῆ* Ptolem. lib. III, cap. 11. Horum oppidum fuit colonia Deaultum, de qua inferius. Neque Dionis *Σιαλίται*, lib. LIV, pag. 545, neque Stephani *Συαλίται*, huc pertinent, sed supra Byzantium rejiciendi. HARD.

26. *Priantæ*. Solino quoque *Priantæ* dicti. Hæc *Βριαντική* regio appellata ab Herod. Polymn. lib. VII, pag. 418, ubi *Xerxis* iter a campo Dorisco, de quo mox, describitur. HARD.

27. *Doloncae*. *Δολογχοί* Stephano, Solino *Dolonci*, cap. x, pag. 27. A Dolonco rege nomen factum ait Eustathius, in Dionys. vers. 323, pag. 46. HARD.

28. *Thyni*. De his dicemus, lib. VI, cap. 41. HARD.

29. *Cœletæ*. *Cœletæ* quoque Livio appellati, lib. XXXVIII, cap. 40. Iidem *Cœlaletæ* Tacito, Annal. lib. III, cap. 38, sed corrupte. *Κολλητική στρατηγία*, seu præfectura, Ptolemæo, lib. III, cap. 11. H.

30. *Oppidum*. *Cœletarum* scilicet. HARD.

31. *Poneropolis*, etc. Sic ante Plinium Theopompus, *Philippic*. lib. XIII, teste Suida, verbo *Δούλων πόλις*, Sic appellata, quod pæsimi

lippopolis, nunc a situ Trimontium³² dicta. Hæmi³³ excelsitas sex mill. passuum subitur. Aversa³⁴ ejus et in Istrum devexa Mœsi, Getæ, Aorsi³⁵, Gaudæ³⁶, Clariæque : et sub iis Arræi Sarmatæ³⁷, quos Areatas³⁸ vocant, Scythæque, et circa Ponti littora Moriseni³⁹, Sithoniique⁴⁰, Orphei⁴¹ vatis genitores obtinent.

Ita finit⁴² Ister a septemtrione : ab ortu Pontus⁴³ ac Propontis : a meridie Ægæum mare : cujus in ora a Stry-

quique (κωνηροδς Græci dicunt) in eam transducti. A Philippo Macedone nomen habet, ut auctor est Stephanus : non a Philippo Imp. ut quibusdam visum est. Commodi nummus in Museo Parisiensi, ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Nunc *Philippopoli*. A triplici monte cui insidet, etiam Ptolemæo, lib. III, cap. 11, Τριμόντιον. HARD.

32. *Trimontium*. Vet. apud Dalec. *Termontium*. ED.

33. *Hæmi*. Αἷμος Ptolem. lib. V, c. 11; aliis Αἷμος. Parem ei monti excelsitatem tribuit Solinus, cap. x, cap. 27, et Martianus, lib. VI, cap. de Thracia, pag. 212. Vide quæ diximus, lib. VI, cap. 65. Etiamnunc *Hæmus*, sive *Emineh Dag* et *Balkan*. HARD. et ED.

34. *Aversa ejus*. Terga dixit Martianus, hoc est, partem montis borealem, et quæ in Istrum vergit. De Mœsis diximus lib. III, c. 29. De Getis et Aorsis dicemus libri hujus cap. 25. HARD.

35. *Aorsi*. Dalec. *Aoti*. ED.

36. *Gaudæ, Clariæque*. MSS. omnes, *Dariæque*. HARD.

37. *Arræi Sarmatæ*. Ubi nunc Bulgaria est, ut creditur. HARD.

38. *Areatas*. Forte pro *Areatas*,

Ἀρειώτας, Martios, bellicosos : vel potius Aroteres, ut sit illud Scytharum genus, quod Tomos olim Calatinque tenuisse paulo post dicitur. HARD.

39. *Moriseni*. In Notitia Eccles. Hieroclis, ut appellant, inter civitates episcopales Thraciæ Μόριζος scribitur. HARD.

40. *Sithoniique*. Regio Σιθωνία Stephano. Sed longe hæc disjuncta a Sithonia Herodoti, de qua superius diximus. Hæc in qua versamur, montuosa, et Ponto proxima, ostisque Danubii, in Bulgariæ finibus. De hæc cecinit Virgilius, Eclog. X, vers. 66 : « Nec, si frigoribus mediis Hebrumque bibamus, Sithoniasque nives hiemis subeamus aquosæ. » H.

41. *Orphei vatis*. Quem Ciconum regem, Rhodopesque montis incolam fuisse ferunt, circa Hebrum amnem. Plinium Solinus hoc etiam loco et Capella describunt. HARD.

42. *Ita finit*. Hi Thraciæ limites, inquit. Nunc enim, perstriotis antea cursim raptimque populis ac gentibus, singula deinceps oppida designare aggreditur. HARD.

43. *Pontus ac Propontis*. Pontus, la Mer Noire; Propontis, la mer de Marmara. BROU.

mone, Apollonia⁴⁴, OEsyma⁴⁵, Neapolis, Datos⁴⁶. Intus Philippi⁴⁷ colonia : absunt a Dyrrachio cccxxv mill. pass. Scotusa⁴⁸, Topiris⁴⁹, Nesti amnis ostium. Mons Pangæus⁵⁰, Heraclea⁵¹, Olynthos⁵². Abdera⁵³ libera civitas,

44. *Apollonia*. Inter amnes Neston et Strymona positam fuisse in ora, Mela prodit, lib. II, cap. 2. Hæc Apollonia Ionum in Thracia videtur esse, quam Stephanus appellat, Ἀπολλωνίαν τῶν ἐπὶ Θράκης ἰώνων. Nunc *Polina*, auctore D'ANVILLE. HARD. et ED.

45. *OEsyma*. Οἰσύμη ἐν Θράκη πόλις, Scylaci, p. 26, et Harpocrati, ex Antiphonte. Νέα ν πόλιν haud procul Philippissitam agnoscit Dio, lib. XLVII, pag. 348. Utramque locat in Edonide, quam Macedoniæ adscribit, Ptolemæus, lib. III, c. 13. Notitia Ecclesiastica antiqua, in provincia primæ Macedoniæ, pag. 21, Νέα πόλις. Memoratur in Actis, cap. XVI, 11. HARD. — Neapolis quo loco est *la Cavale* stetit opinatur D'ANVILLE. ED.

46. *Datos*. In MSS. omnibus et edit. Parmens. *Batos*. Dalec. *Pastos*. Nos *Datos* cum Hermolao: sed certioribus, quam ille habuerit, argumentis ducti. Nam, præter Herodotum, qui, lib. IX, Δάτον ait esse oppidum Edonidis regionis, præter Suidam et Harpocratiem, qui Δάτῶν Thraciæ adjudicant: Scylax in Periplo, pag. 26, hunc ipsum terrarum tractum, atque hæc ipsa oppida persecutus, eodem habet ordine: Νεάπολις, Δάτον πόλις ἑλληνίς, καὶ ποταμὸς Νεστός, Ἄβδηρα πόλις, etc. Placuerat nihilominus quibusdam *Pastos* hoc loco substituire: et quoniam apud Ptolemæum,

lib. III, c. 11, inter Thraciæ præfecturas, Ἀστική, h. e. *urbana* numeratur, ut conjecturæ suæ suffragantorem haberent, addita litterula corruerunt, et *παστική* commentisunt, otiose an malitiose? De Astice regione, hoc ipso capite Plinius. H.

47. *Philippi colonia*. « Philippos, quæ est primæ partis Macedoniæ civitas, colonia, » dixit Lucas in Actis, cap. XVI, 12. Hi sunt Philippenses, Pauli epistola nobilitati. Hic campi Philippii, ubi Cassius et Brutus devicti. Dio, lib. XLVII. Virg. Georg. I, 49 sqq. H. — Haud longe a *la Cavale* rudera ejus. ED.

48. *Scotusa*. Vet. apud Dalecamp. *civitas Scotusa*. ED. — Ab ea diversam esse necesse est, de qua egimus sup. cap. HARD.

49. *Topiris*. Τοπιρίς Ptolemæo, l. III, c. 11. Alii Τοπηρός: in nummis quos citat Holstenius, p. 114, ΤΟΠΙΡΟΥ, et ΤΟΠΗΡΟΥ. In Notitia Eccles. Prov. Rhodopes, p. 21, Τὸ πυρὸς (divulsa perperam voce, pro Τοπηρός), νῦν Ρόυσιον. HARD.

50. *Pangæus*. Παγγαῖον ὄρος. H.

51. *Heraclea*. Sintica appellata sup. cap. sub monte Pangæo. H.

52. *Olynthos*. Dalecamp. *Olinthos*. ED. — Ὀλυνθος Græcis ad Sithoniam regionem pertinens, de qua egimus sup. cap. Herod. Polymn. lib. VII. n. 123. HARD.

53. *Abdera*. Τὰ Ἄβδηρα, ad Nestum amnem, Herod. Polymn. lib. VII, pag. 422. Democriti patria.

stagnum Bistonum⁵⁴ et gens. Oppidum fuit Tirida⁵⁵,
Diomedis equorum stabulis dirum. Nunc sunt Dicææ⁵⁶,
Ismaron⁵⁷ : locus Parthenion⁵⁸, Phalesina, Maronea⁵⁹
prius Ortagurea⁶⁰ dicta. Mons, Serrium⁶¹, et Zone⁶² : tum 4

Incolæ stupori mentis obnoxii, locum dedere parœmiæ, *Abderitica mens*. Unde Martialis : « Abderitanæ pectora plebis habes. » Libertatem Abderitis restitutam narrat Livius, lib. XLIII, cap. 6. HARD.

54. *Bistonum*. Βιστονίς λίμνη Ptolemæo, lib. III, cap. 11. Accolæ Βιστονες Stephano, et Herod. Polymn. lib. VII, pag. 418, n. 110. HARD.

55. *Fuit Tirida*. Ita rescripsimus admonitu codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. et Chiff. vetustiorumque editionum ante Hermolaum, qui *Tinda* rescripsit ex Stephano : is enim, Τίνδη, inquit, Θράκης Χαλκιδική πόλις. Verum est hæc Chalcidice Macedoniæ regio, quæ quidquid est terrarum, circa montem Æthon, Singon, Achantonque complectitur, teste Ptolemæo, lib. III, cap. 13, quo in tractu Tinda a Stephano collocatur, hoc est, a Diomede, et equorum stabulis longissime, ut nihil cum iis potuerit habere commune. Et Hermolaum tamen Salmasius sequitur : nec veretur Solinum Capellamque erroris arguere, qui et ipsi a Plinio *Tirida* acceperunt. Mela, lib. II, c. 2, turrim ibi solum superesse prodidit. « Regio ulterior, inquit, Diomedem tulit, immanibus equis mandendos solitum objectare advenas, et iisdem ab Hercule objectum. Turris quam Diomedis vocant, signum fabulæ remanet, et urbs quam so-

ror ejus suo nomine nominavit, Abdera. » Interiisse id oppidum hac loquendi forma innuit. HARD.

56. *Dicææ*. Dalec. *Dicææ*. ED.— Δίκαια, πόλις Θράκης, Stephano. Δικαιόπολις dicitur ab Harpocrate prope Abdera. HARD.

57. *Ismaron*. Ἴσμαρος Thraciæ oppidum in Ciconum regione, Scymno teste et Stephano. Ibi et mons oppido cognomine, de quo Virgilius, Georg. lib. II : « Juvat Ismara Baccho Conserere. » HARD.

58. *Parthenion*. Stephanus : Παρθένιον, πόλις Θράκης. HARD.

59. *Maronea*. Μαρώνεια, Thraciæ oppidum Harpocrati. Mela, lib. II, cap. 30 : « Tum Nestos fluvius, et ripis ejus adjacens Maronea. » Hinc vinum Maroneum, de quo lib. XIV, c. 6. HARD.— Etiamnunc *Marogna*. ED.

60. *Ortagurea*. Forte *Orthagorea*, ab Ὀρθαγόρας Bacchi comite, quem Aristophanes appellat in Ἑκκλήσ. p. 751. HARD.

61. *Serrium*. Σέρρειον ἕρος Appiano, Bell. Civil. lib. IV, pag. 648. Σέρρειον ἀκρη Herod. Polymn. lib. VII, pag. 406, et Stephano. Hic Ciconas idem Herodotus, Serrheum castellum Livius statuit, l. XXXI, pag. 372. HARD.

62. *Zone*. Ζώνη, Ciconum oppidum, Stephano. Mela, lib. II, c. 2 : « Serrium, et quo canentem Orpheæ secuta narrantur nemora, Zone. » HARD.

locus Doriscus⁶³ decem mill. hominum capax. Ita Xerxes ibi dinumeravit exercitum. Os Hebr⁶⁴. Portus Stentoris⁶⁵. Oppidum Ænos⁶⁶ liberum cum Polydori tumulto, Ciconum⁶⁷ quondam regio. A Dorisco incurvatur ora ad Macron⁶⁸ Tichos centum viginti duorum mill. pass. Circa quem locum fluvius Melas⁶⁹, a quo sinus appellatur. Oppida: Cypsella⁷⁰, Bisanthe⁷¹, Macron Tichos dictum, qua

63. *Doriscus*. Δορίσκος, Herodoto, loco citato, et Harpocrati. Mela, loco citato: « Trans Hebrum Doriscos, ubi Xerxes copias suas, quia numero non poterat, spatio mensum ferunt. » Animadvertit Pellicerius in notis MSS. codices manu exaratos ita præ se ferre: *Doriscus X M. hominum*, quod ipse supposita denarii notæ lineola, decies centena millia significare ait, quot Xerxes in suo exercitu habuisse traditur. At neque hanc lineolam superpositam MSS. exhibent: et si exhiberent temere ab amanuensis adjectam putarem. Nam decem millia tantummodo hominum ea campi planitie continebantur: sed singulas eo cogens advocansque myriadas, hoc est, hominum decem millia, totum ita recensuit exercitum. Ita Herod. Polymn. lib. VII, pag. 406, num. 59. HARD. — Vet. apud Dalecamp. *centum viginti mill. hominum*. ED.

64. *Os Hebr*. Juxta Ænum urbem, de qua mox. Sic Herod. Melpom. lib. IV, pag. 234, num. 90: Ἔβρος ἐς θάλασσαν τὴν πᾶρ Αἴνω πόλι. HARD.

65. *Stentoris*. Στέντορος. Quare apud Ovidium, Trist. lib. I, eleg. 9, perperam reponunt: « Saltus ab hac terra brevis est Stentora pententi: » pro *Tempyra*. Et Στέντοριδα

λίμνην prope Ænum habet Herod. Polymn. lib. VII, n. 58. HARD.

66. *Ænos*. Αἴνος Straboni, lib. VII, pag. 319, et Sylaci, pag. 26. Mela, lib. II, cap. 2: « Eximia est Ænos, ab Ænea profugo condita. Circa Hebrum Cicones, etc. » Prius idcirco Αἴνισαν dictam Conon ait apud Photium, in Bibl. cod. 186, pag. 453. Negant alii ab Ænea id oppidum potuisse condi. Ænum et Maroneam liberas civitates appellat Livius, lib. XXXIX, cap. 24. De Polydori tumulto, Solinus, cap. x, pag. 28. Etiamnunc *Énos*. HARD. et ED.

67. *Ciconum*. Κίκονας Græci vocant. Herod. lib. VII, aliique. H.

68. *Macron Tichos*. Id est, longum murum. BROR.

69. *Fluvius Melas*, etc. Hæc totidem verbis Pomponius, lib. II, cap. 2. Μέλας κόλπος, sic appellatus, teste Oppiano, Halieut. lib. IV, v. 517, quia profundissimus. Μέλας nigrum sonat. Huic sinui nomen est hodie ab Æno oppido, *golfe d'Énos*. Μέλανος ποταμοῦ καὶ κόλπου meminit Herod. Polymn. l. VII, p. 405. H.

70. *Cypsela*. Κύψελλα, Ptolem. lib. III, cap. 11. Τὰ Κύψελλα: Thucyd. lib. V, pag. 367. Stephano et Appiano in Mithridat. pag. 207. Cypsela Livio, lib. XXXI, p. 372.

a Propontide ad Melanem⁷² sinum inter duo maria porrectus murus⁷³ procurrentem excludit Chersonesum⁷⁴.

Jamque Thracia¹ altero latere a Pontico littore incipiens,⁵ ubi Ister amnis immergitur, vel pulcherrimas² in ea parte urbes habet, Istropolin Milesiorum³, Tomos⁴, Calatinque⁵, quæ antea Acervetis⁶ vocabatur. Heracleam habuit, et

Mela, lib. II, cap. 2, pag. 29 : « Tum Bisanthe Samiorum, et ingens aliquando Cypsela. Post locus quem Graii Μακρὸν τείχος appellant, et in radice magnæ peninsulæ sedens Lysimachia. » HARD.

71. *Bisanthe*. Βισάνθη Ptolemæo, lib. III, cap. 11, et Plutarcho in Alcibiade, pag. 211. HARD.

72. *Melanem sinum*. Nunc le golfe de Saros. BRON. — Chifflet. *Meleam sinum*. ED.

73. *Porrectus murus*. Dalec. *porrectis muris*, sprete Chifflet. cod. auctoritate. ED. — Porrectus per totam Isthmi longitudinem murus a reliqua Thracia separat ingentem peninsulam, quam Thraciæ Chersonesum appellant, longissime procurrentem in mare. HARD.

74. *Chersonesum*. Dalec. *Cherronesum*. ED.

1. *Jamque*. Rectius id, quam quod antea legebatur, *namque*. Nam quæ reddatur illo *namque* ratio, nulla prorsus apparet. Nunc vero declarat se perlustrato latere Thraciæ meridionalis, usque ad Cherronesum, ea prætermissa, ad alterum latus transilire, quod solis exortum spectat, et a littore Ponti Euxini, Danubiique ostiis incipit. HARD.

2. *Vel pulcherrimas in ea parte*. In Thracia universa. Vossius in Melam, pag. 125, tres pulcherrimas invitis MSS. reponit. HARD.

3. *Istropolin Milesiorum*. A Milesiis conditam. Ἰστρὸν πόλιν Μιλισίου κτίσασιν. Auctor Periplus Ponti Euxini, pag. 11. HARD. — Hodie *Kars-Kerman* appellatur, auctore D'ANVILLE. ED.

4. *Tomos*. Tomi, Ovidii exsilio celebrati. Unde Trist. lib. III, eleg. 9 : « Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo Membra soror fratris consecuisse sui. » Et Trist. lib. IV, eleg. 10, v. 97 : « Quum maris Euxini positos ad læva Tomitas Quærere me læsi principis ira jubet. » In Notitia Eccles. Provinciæ Scythiæ adscribitur. Nummus Caracallæ in Museo nostro Parisiensi, ΜΗΤΡΟΠ. ΠΟΝΤΟΥ. ΤΟΜΕΩΣ. HARD. — Tomi, nunc *Tomeswar*; dicti quoque *Baba*. BRON.

5. *Calatinque*. Κάλατις in ipso Ponti littore, ἐν τῇ παραλίᾳ τοῦ Πόντου, Stephanus. Scylaci, pag. 26, et aliis, Κάλατις, geminato λ. Et in nummo Gordiani Pii, apud Patin. pag. 372, ΚΑΛΑΑΤΙΑΝΩΝ. Heracleotarum colonia dicitur Memnoni, in Bibl. Photii, cod. 224, pag. 721. HARD.

6. *Acervetis*. MSS. quæ antea *Cerbatis*. Vossius in Melam, pag. 125. Cerastis, a loco sacro qui Miletus fuit, Κεραστis appellatus, ut auctor Etymologici prodidit, quod ibi fixa arietum cornua ab Apolline fuissent. HARD.

Bizonen⁷ erræ hiatu raptam : nunc habet Dionysopolin, Crunos⁸ antea dictam. Alluit Ziras amnis. Totum eum 6 tractum Scythæ Aroteres⁹ cognominati¹⁰ tenuere. Eorum oppida : Aphrodisias¹¹, Libistos, Zigere, Borcobe¹², Eumenia, Parthenopolis¹³, Gerania¹⁴, ubi Pygmæorum gens fuisse proditur : Cattuzos¹⁵ Barbari vocant, creduntque a gruibus fugatos. In ora a Dionysopoli est Odessus¹⁶ Milesiorum. Flu-

7. *Bizonen*. Βιζώνη, cujus pars maximo terræ motu hausta, teste Strabone, lib VII, pag. 319. Pagus superfuit, Βιζώνη πολίχνιον apud auctorem Peripli Ponti Euxini, pag. 12. Mela, lib. II, cap. 2, pag. 9 : « Fuit hic Bizone : motu terræ intercudit : est portus Crunos : urbes, Dionysopolis, etc. » HARD.

8. *Crunos antea*. Chiffi. *Crunon*. ED. — Ob fontes in agro circumjacente scaturientes. Auctor Peripli, loc. cit. Διονυσόπολις πρῶτον ὄνομαζετο Κρουνοί, διὰ τὰς τῶν ἐγγύς ὑδάτων ἐκρῶσεις. Eadem et Stephanus habet. In Notitia Eccles. Provinciæ Scythiæ tribuitur. HARD. — Hodie vocatur *Baltchik*, ut vult D'ANVILLE. ED.

9. *Aroteres*. Ἀροτῆρες, hoc est, aratores. HARD.

10. *Cognominati*. Vet. ap. Dalec. dicti. ED.

11. *Aphrodisias*. Scythiæ quoque accensetur a Stephano in Ponti litore : Ἀφροδιτιάς Σκυθίας, παραλία, etc. Notitia Eccl. antiqua, in provincia Thraciæ Europæ, pag. 21, Ἀφροδισία. Cætera oppida, vel nomina potius Scythica cæteris neglecta scriptoribus, ipsaque etiam Εὐμένεια, quamquam Græca appellatione gaudet. HARD.

12. *Borcobe*. Vet. ap. Dalec. *Rocobe*. ED.

13. *Parthenopolis*. Inter devicta a Lucullo oppida in hac parte terrarum ab Eutropio memoratur, lib. VI, pag. 788 : « Inde multas, inquit, « super Pontum positas civitates aggressus est. Illic Apolloniam evertit, Calatim, Parthenopolim, Tomos, Istrum, Bizyam omnem cepit. » HARD.

14. *Gerania*. Γεράνεια. Solinus, cap. x, pag. 28 : « Quondam urbem Geraniam, Cattuzam barbari vocant, unde a gruibus Pygmæos ferunt pulsos. Manifestum sane in septemtrionalem plagam hieme grues frequentissime convolare. » Factum nomen inde oppido : sunt enim αἱ γέρανοι grues. HARD

15. *Cattuzos*. Ita MSS. omnes, et quod est haud paulo certius, Stephanus ipse : Κάττουζα, inquit, πόλις Θράκης, ἐν ἣ κατώκουον οἱ Πυγμαῖοι οἱ οἰκῆτορες Καττουζοί · ὅθεν διὰ τὰς γεράνους ὄρουσιν, etc. Sic enim MSS. Græci legunt. Prius in libris Plinii editis *Catizos* legebatur. H. — Dalec. *Proditur, quos Catizos*. ED.

16. *Odessus Milesiorum*. A Milesiis conditum, Ὀδησσὸν κτίζουσι Μηλήσιοι, inquit auctor Peripli Ponti Euxini, pag. 12. Strabo quoque, lib. VII, pag. 319. Inter Calatim et Apolloniam. Antonini Severi nummus, apud Patin. pag. 304, ΟΔΗCCEITΩΝ. H. — Hodie *Varna*

men Panyus¹⁷. Oppidum Tetranaulochus¹⁸. Mons Hæmus vasto jugo procumbens in Pontum, oppidum habuit in vertice Aristæum¹⁹. Nunc in ora Mesembria²⁰, Anchialum, ubi⁷ Messa fuerat. Astice regio²¹ habuit oppidum Anthium: nunc est Apollonia. Flumina: Panissa²², Rira, Tearus²³, Orosines. Oppida: Thynias²⁴, Halmydessos²⁵, Develton

esse videtur, ut quidem conjicit d'ANVILLE. ED.

17. *Panyus*. Πάνυσος. Antea *Pamisus*, perperam. Nos *Panyus* cum Ptolemæo, lib. III, cap. 10, prope Odessum etiam hunc ipsum locante. MSS. *Pannisis*. H. — Nunc *Daphné-Sou*, auctore d'ANVILLE. ED.

18. *Tetranaulochus*. Ναύλοχος idem a Strabone appellatur, loc. cit. Mesembrianorum oppidum, juxta montem Hæmum, ibi incumbentem mari. Τετραναύλοχος ei, a quatergemina statione navium, nomen est. Locum hic *Terta* non habet, etsi habere oportere censuit Hermolaus: quum sit id oppidum Thraciæ mediterraneum Ptolemæo, lib. III, cap. 11. HARD.

19. *Aristæum*. Ab Aristæo Apollinis fil. conditum, quum in montem Hæmum ad Bacchum ibi degentem se contulit. Diodorus Siculus, Bibl. lib. IV, pag. 282. HARD.

20. *Mesembria*. Μεσημερία Scylaci, pag. 27, cæterisque Geographis. Olim Menembria, quasi Menæ oppidum, ut ait Strabo, lib. VII, pag. 319. Ἀγκιάλος deinde Ptolemæo, lib. III, cap. 11, et Melæ, lib. II, cap. 2. HARD. — Mesembria, nunc *Misevria* dicitur, Anchialum, *Akkiali*, ut quidem ait d'ANVILLE. ED.

21. *Astice regio*. Sic ap. Chiff. Dalec. *Astice regio*. Fuit oppidum, nunc est Apollonia. ED. — Quæ

Ptolemæo loc. cit. Ἀσική κρατηγία, Astica seu Urbana Præfectura, quæ ab Apollonia ad Perinthum usque pertinuit. Ἀπολλωνία quoque post Mesembriam a Scylace nominatur, pag. 27. Mela, loc. cit. « Mesembria, Anchialos, et intimo in sinu (Ponti Euxini) atque ubi Pontus alterum sui flexum angulo finit magno, Apollonia. » Anthium vero Ἄνθεια Stephano dicitur: Apollonia Milesiorum, Rhodiorumque colonia. HARD. — Insequentibus temporibus Apollonia Sozopolis vocata fuisse videtur, unde nunc ei nomen *Sizeboli*, auctore d'ANVILLE. ED.

22. *Panissa, Rira*. MSS. Reg. I, 2, Colb. I, 2, etc. *Panyssas, Ryzas*. Panysum, credo, adhuc intelligit, de quo proxime antea dictum est H.

23. *Tearus*. Τέαρος Herodoto, Melpom. lib. IV, n. 90, ubi de eo amne multa. HARD.

24. *Thynias*. Dalec. *Thynnias*. ED. — Θυνιάς Græcis, in Astice præfectura, prope Apolloniam et Halmydesson. Scymnus Chius, p. 30, Θυνιάς. Τῆς Ἀσικῆς Θράκης ὑπάρχουσ' ἐσχάτη, Μεθ' ἣν πόλις ἐστὶν σύνορος ἢ Ἀπολλωνία. Et auctor Peripli Ponti Euxini, pag. 14: Θυνιάς εὐλίμενος ἄκρα τῆς Ἀσικῆς Θράκης ὑπάρχουσα, ἀπὸ δὲ Θυνιάδος εἰς Ἄλμυδησσόν, etc. Describit hujus oræ oppida Ovid. Trist. lib. I, Eleg. 9, v. 35. H. — Nunc *Tiniada*. ED.

25. *Halmydessos*. Dal. *Almedes-*

cum stagno, quod nunc Deultum vocatur, veteranorum²⁶: Phinopolis²⁷, juxta quam Bosphorus²⁸. Ab Istri ostio ad os Ponti pass. DLV mill. alii fecere. Agrippa adjecit LX²⁹. Inde ad murum³⁰ supra dictum centum quinquaginta : ab eo Cherronesus CXXVI³¹ mill.

8 Sed a Bosphoro, sinus Casthenes¹. Portus Senum²:

sos. ED. — Ἀλμυθησοὺς plerisque Græcorum : Herodoto, lib. IV Melpom. 90, et Stephano, Σαλμυθησοὺς. HARD. — Nonnulla servat veteris nominis vestigia, utpote quæ hodie *Midjeh* vocatur, auctore B'ANVILLE. ED.

26. *Veteranorum*. Subintellige, colonia. Ptolemæo, lib. III, cap. 13, in mediterraneis Thraciæ civitatibus, Διούελτος κολωνία. Antonini Severi nummus, apud Patin. pag. 301, et Mamææ, pag. 343, COL. FL. PAC. DEULT. *Colonia Flavia Pacensi Deultum*, non *Pacifera*, ut Patinus interpretatur. Ad Panysum amnem. In Novella Leonis, Διέβελτος. HARD. — Hodie *Zagora*. ED.

27. *Phinopolis*. Φινόπολις, πόλις πρὸς τῷ Πόντῳ Stephano, et Ptolemæo, lib. III, cap. 11, in ipso ore Ponti. HARD.

28. *Bosphorus*. Leg. *Bosporus*, nunc *le canal de Constantinople*. BROU.

29. *Adjecit. LX*. Ita MSS. at editi, *XL*. HARD.

30. *Ad murum*. Μακρὸν τεῖχος. HARD.

31. *CXXVI*. Hoc est, a muro longo procurrit in mare Cherronesus, per CXXVI millia passuum, quæ Cherronesi longitudo est. In MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. CXXV. HARD.

1. *Casthenes*. Ita constanter li-

bri omnes, *Casthenes*. Nos olim cum eruditis viris *Lasthenes* suspicabamur satius fore, ut esset pro *Λεωσθένης*, vel *Λεωσθίνιος*. *Sosthenes* rescribere contra fidem codicum MSS. non audemus : tametsi meminit portus *Sosthenii* prope Byzantium Nicephorus CP. in historiæ Breviario, ad annum 717 : Ὁ δὲ λοιπὸς ἅπας ἑὸς τῷ Θρακικῷ προσπελεύσας Βοσπόρῳ, τῷ λιμένι τῷ καλουμένῳ Σωσθενείῳ προσομιρίζεται, καὶ αὐτοῦ διεχειμάζει. « Cæteræ naves ad Thracium Bosphorum advectæ ad *Sosthenium* portum applicant, et ibidem hiemant. » Exstat et in *Anthologia Græca*, lib. IV, cap. 25, *Leontini Scholastici* epigramma in imaginem saltatricis in *Sosthenio* : Λεοντίου Σχολαστικοῦ εἰς εἰκόνα ὀρχηστρίδος ἱσαμένης ἐν τῷ Σωσθενείῳ. Εἰμι μὲν Ἑλλάδιη Βυζαντιὰς, ἐνθάδε δ' ἔστην ἦχι χοροασίην ἱερὰ δῆμος ἄγει, Ὀππόθι πορθμῶ γαῖα μερίζεται ἀμφοτέραι γὰρ Ἄντυγες ὀρχηθμοὺς ἤνεσαν ἡμετέρους. « *Helladic* dicor *Byzantia* : visor ibidem, Suevit ubi *populus* ducere vere *choros* : *Terrarum* facit æquor ubi *divortia* : quippe *Laudabat* *numeros orbis* uterque *meos*. » HARD. — *Sinus Castenes* lego : sinus ille est inter *le Fanar* et *Galata* : *Byzantium*, nunc *Constantinople*. BROU.

2. *Portus Senum*. Tolet. *Ceron*. Pint. *Serium*. ED.

lter, qui Mulierum cognominatur. Promontorium ysoceras³, in quo oppidum Byzantium liberæ conditis, antea Lygos⁴ dictum. Abest⁵ a Dyrrachio septenis undecim millibus passuum. Tantum patet longitudo irum inter Adriaticum mare et Propontidem. Amnes : ynyias⁶, Pydaras, sive Atyras. Oppida Selymbria⁷, 9 nthus⁸ latitudine cc passuum⁹ continenti annexa.

Chrysoceras. Χρυσοῦ κέρατος ontorium, hoc est, *aurei cornu*, to lib. IX, cap. 20. Plinium us, cap. x, pag. 18; et Ca, lib. VI, c. de Thracia, pag. de more transcribunt : et Theodosii, quorum verba himus in nota proxime sei. HARD.

Antea Lygos. Sunt qui *Longos* egant, ex MSS. quibusdam. ram. Vulgatam scripturam dit Ausonius, Epigram. 1 de urbibus, pag. 69, ubi de antinopoli, et Carthagine : pares tandem memores, quod ne divum Augustas mutastis et nomina : tu quum Byzanygos, tu Punica Byrsa fuisti. » codicem Missorum Theodosii dabis : « Promontorium Chryeras (lege *Chrysoceras*) in quo lum Byzantium, liberæ conditis, antea Logos dictum : be *Lygos*.) Abest a Dyrracocxi mill. passuum. Tantum longitudo terrarum inter iticum mare et Propontidem. » verbis totidem jam proxime is. HARD.

Abest, etc. Ita Solinus, et anus, loc. cit. HARD.

Bathynias. Vet. ap. Dalec. hynias, Pidasas, et Atyras sive

Thydas. » ED. — Βαθυνίας pariter et Ἀθύρας, inter Byzantium et Selymbriam, apud Ptolem. lib. III, cap. 11. Ἀθύρας quoque Stephano memoratur. Certus autem situs omnino ignoratur. HARD. et ED.

7. *Selymbria.* Σηλυμβρία Stephano : a Selye sic appellata : Βρία enim, inquit, Thracibus oppidum sonat : ut Selymbria, vel Σηλυβρία (sic enim Ptolemæus scribit, loc. cit.), sit quasi Selyos oppidum. De vi vocis Βρία, eadem tradidere Strabo, lib. VII, pag. 319, et Nicolaus Damascenus in Excerpt. pag. 494. HARD. — Nunc *Selivria*, ut ait D'ANVILLE. ED.

8. *Perinthus.* Eadem Heraclea Thraciæ Perinthus cognominata. Sozomenus, lib. IV, cap. 7, Hypatianum Heracles Perinthi Episcopum vocat. Procop. lib. IV, de ædif. Justin. vicinam Byzantio Heracleam Perinthum, Ἡράκλειαν Πέρινθον, olim Provinciæ Europæ metropolin ait fuisse : tunc vero locum post Constantinopolim proximum obtinere. Hodie *Crekli*. HARD. et ED.

9. *CC passuum.* MSS. omnes, *CC pedum.* HARD. — Bene MSS. et editio princeps, *CC pedum.* Male recentiores editiones, *CC passuum.* BRON.

Intus¹⁰ Bizya, arx regum Thraciæ, a Terei¹¹ nefasto crimine invisâ hirundinibus. Regio Cænica¹², colonia Flavio-
polis¹³, ubi antea Zela oppidum vocabatur¹⁴. Et a Bizya
quinquaginta millia passuum Apros¹⁵ colonia, quæ a Phi-
lippis abest centum octoginta octo mill. pass. At in ora
amnis Erginus¹⁶: oppidum fuit Ganos¹⁷: deseritur et
Lysimachia¹⁸ jam in Cherroneso.

10 Alius¹ namque ibi Isthmos angustia simili² est, eo-

10. *Intus Bizya.* In Astice regione sive præfectura, arx regum Astarum. Stephanus: Βιζύη, πόλις Θράκης, τὸ τῶν Ἀσῶν βασιλείων. Hæc a Plinio Solinus exscripsit, cap. x, pag. 28. H. — Hodie *Vyzia*. ED.

11. *A Terei.* A MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, vox crimine abest: unde scribendum fortassis: *a Terei incesto*. ED. — Nota fabula, de qua consulendus Ovidius, lib. VI Metam. v. 647; maxime vero Hyginus, fab. 45, *Philomela*. Neque nullo habenda in pretio, quæ de hac re tota habet Aldrovandus, Ornithol. lib. XVII, cap. 6, pag. 684, ubi hunc locum aversari hirundines putat, ob eam potius causam, quod Boreæ magis violentiæ pateat, cujus venti flatum perhorrescere id avium genus constat. HARD.

12. *Regio Cænica.* Ubi Cæni incolæ appellati, vel Cænici, de quibus dictum est initio hujus capituli. HARD.

13. *Flaviopolis.* Colonia quoque dicitur, loc. cit. Et in Thes. Goltzii, pag. 279. Nummus Titi Imp. COL. FLAVIOPOLIS. HARD.

14. *Vocatur.* In vet. ap. Dalec. vox ea deletur. ED.

15. *Apros colonia.* Ptolemæo, inter urbes Thraciæ mediterraneas,

Ἄπρος κολωνία. Et Stephano, Ἄπρος, et in Notitia Eccles. pag. 21. HARD.

16. *Erginus.* Malebat Dalec. *Eginus*. ED. — Meminit hujus amnis Mela, lib. II, cap. 2. HARD.

17. *Fuit Ganos,* etc. Vet. ap. Dal. « Oppidum Ganos. Fuisse fertur et Lysimachia in Cherroneso. » ED. — Hoc est, deficit jam Ganos: deficit vero et Lysimachia, quæ in Cherroneso est: hujus enim, ut nondum dirutæ ac deletæ meminit Plinio recentior Ptolemæus, lib. III, cap. 11, Δυσίμαχια. Γάνος vero (sic enim habent MSS. non *Gonos*;) Scylaci memoratur inter Thraciæ oppida, pag. 27. Γάνος juxta Bisanthen apud Xenoph. lib. VII, de Exped. Cyri, pag. 411. HARD.

18. *Lysimachia.* Nunc *Hexamila*; quod Isthmus ibi patet sex millibus passuum. BROR.

1. *Alius namque.* Hinc Cherronesi descriptionem auspicatur: alterum ait esse in Cherronesi angustii Isthmos Corinthiaco similem et nomine, Isthmos enim appellatur: et latitudine pari, intervallo nempe quinque millium passuum, ut dictum est cap. 5. Transcribit hæc Solinus iisdem fere verbis, cap. x, pag. 28. HARD.

2. *Simili.* Chiffi. *similis*. ED.

dem nomine, et pari latitudine : illustrant duæ urbes utrimque littora, quæ haud dissimili modo³ tenuere : Pactye⁴ a Propontide, Cardia a Melane sinu : hæc⁵ ex facie loci⁶ nomine accepto : utræque⁷ comprehensæ postea Lysimachia quinque mill. pass. a Longis muris. Cherronesos a Propontide habuit⁸ Tiristasin, Crithoten⁹ : Cissam¹⁰ flumini Ægos¹¹ appositam : nunc habet¹² a colonia Apro XXII¹³ mill. passuum, Resiston ex adverso co-

3. *Haud dissimili modo.* Ut Corinthiacarum angustiaram termini sunt Lecheæ hinc, illinc Cenchreæ : sic Propontidi Pactye, Melani sinui Cardia insidet, Isthimique latera duo obsident. HARD.

4. *Pactye.* Dalec. *Pactiæ.* ED. — Πακτῶν Pausaniæ, Attic. lib. I, pag. 19, cæterisque Geographis. Καρδία quoque eidem, pag. 17. De utraque Strabo, lib. VII, pag. 331. HARD.

5. *Hæc.* Vetus apud Dalecampium hæc. ED.

6. *Ex facie loci.* Quod in cordis faciem sita sit, inquit Solinus, loci cit. dicta Cardia est. Alias hujus appellationis causas Stephanus affert, verbo Καρδία. HARD. — Hujus urbis nummum vide apud Cl. PELLERIN, *Médailles des peuples et villes*, tom. I, pag. 197. BROU.

7. *Utræque.* Quum eversa delectaque Cardia, proea Lysimachiam, de qua jam dictum est, condidit Lysimachus, ut Pausanias refert, Attic. lib. I, pag. 17. Pactyen similiter exhaustam vicinitate Lysimachis, Plinius quoque nunc auctor est. *Δυσμαχία* fuit in Cherroneso, a Longo Muro, quinque millibus passuum, quanta ipsius Isthmi longitudo est, dissita. H.

8. *Tiristasin.* Dalec. *Tyristasin.* ED. — Τυρίστασις Scylaci, pag. 27.

9. *Crithoten.* Κριθῶτη Scymno Chio, pag. 29; urbs Cherronesi Hellanico, apud Harpocrat. pag. 178; Scylaci loc. cit. Κριθῶτη. HARD.

10. *Cissam.* Vet. ap. Dalec. *Cissiam.* ED. — Crissam, vel Cressam potius, juxta aliud oppidum, cui Ægos fluminis nomen fuit, positam : quo de oppido egimus pluribus, lib. II, cap. 59. Scylax, in Periplo, pag. 27, hæc oppida sic enumerat : ἐντὸς δὲ Αἰγὸς ποταμῶς, Κρήσσα, Κριθῶτη, Πακτῶν. Quæ omnia Plinius interiisse significat. Nummus est perrarus ex ære mediocri, in Cimelio P. CHAMILLART; cujus nummi pars antica Cereris caput exhibet, canistro frugibus pleno onustum : in altera superficie scriptum est, litteris ætatem Alexandri M. referentibus, ΑΙΓΟΠΟ. hoc est, Αἰγοποταμιῶν : cum effigie capræ, quæ græce est αἰξ, αἰγὸς, unde urbi nomen. HARD.

11. *Ægos.* Vetus apud Dalec. *Ægo.* ED.

12. *Nunc habet.* Proponebat Dalec. *nunc abest.* ED.

13. *XXII mill.* Ita MSS forte pro *XXV*. Nam ab Apro Resiston

- 11 Ionæ Parlanæ¹⁴. Et Hellespontus¹⁵, septem (ut diximus¹⁶) stadiis Europam ab Asia dividens, quatuor¹⁷ inter se contrarias urbes habet : in Europa Callipolin¹⁸ et Seston, et in Asia Lampsacum et Abydon. Dein promontorium Cherronesi Mastusia¹⁹ adversum Sigeo : cujus in fronte obliqua Cynossema²⁰, ita appellatur Hecubæ tumulus, statio
- 12 Achæorum. Turris et delubrum²¹ Protesilai. Et in extrema Cherronesi fronte, quæ vocatur Æolium²², oppidum Elaëus²³.

distare xxvi mill. pass. auctor est Antoninus, quem unum ex omnibus scriptoribus inuenio hujus oppidi fecisse mentionem, in itinere ab Apollonia per Macedoniam usque Constantinopolim. Nam quod Rhædeston Ptolemæi existimat Pintianus locum hic habere oportere, errat sane graviter, quum Rhædestos extra Cherronesum sit, ac pro ipsa Bisanthe habeatur : Resistos in mediterraneo regionis sit posita. HARD. — Dalec. cod. XXXII mill. Ed.

14. *Parlanæ*. De qua lib. V, capite 40. HARD.

15. *Et Hellespontus*. Solin. cap. x, pag. 28. Hodie, *le détroit de Gallipoli*. HARD.

16. *Ut diximus*. Libro II, cap. 92. Stadia septem sunt passus mcccclxxv. Consentit Strabo, lib. II. HARD.

17. *Quatuor inter se*. Dalec. *quatuor illic inter se*. Sed in vet. et Chiffli. deletur vox *illic*. Ed.

18. *Callipolin*. Hodieque *Gallipoli*, freto nomen dedit. Ζηδς Straboni, præcipua urbium dicitur, quæ sunt in Cherroneso : Abydo opposita, quæ in Asia littore est : lib. XIII, pag. 591. HARD. — Sestos, *Zemonic*; *Abydos*, *Nagara*; *Lam-*

psacus, *Lamsaki*; promontorium *Mastusia*, *capo Greco*; *Sigeam*, *le cap Jemi-Hisari*. BAOT.

19. *Mastusia*. Ματσοῦσια ἄκρα. Ptolem. lib. III, cap. 12. Hic rursus Solinus, cap. x, pag. 28, et Capella, lib. VI, cap. de Thracia, pag. 212, Plinium de more transcribunt. HARD.

20. *Cynossema*. Κυνὸς στήμα. Mela, lib. II, cap. 2 : « Est Cynossema, tumulus Hecubæ, sive ex figura canis, in quam conversa traditur, sive ex fortuna in quam deciderat, humili nomine accepto. » Pollux, lib. V, cap. 5, non Hecubæ, sed insignis cujuspiam canis sepulcrum eo nomine indigitari ait. Vide Ovid. Metam. lib. XIII, v. 569. HARD. — Locum hunc d'ANVILLE in sua Minoris Asia tabula justo australiorem fecit; ponendum est ubi ille Idacum posuit, ut egregie demonstrat PORPO, in suis in Thucydidem commentariis, pag. 334. Ed.

21. *Protesilai*. Mela, loc. cit. « Sunt Protesilai ossa consecrata delubro. » HARD.

22. *Æolium*. Stephanus, ex Theopompo, Αἰόλιον, τῆς Θρακικῆς Καλιόνησος πόλις, « Thracicæ Cherronesi oppidum. » HARD.

23. *Elaeus*. Ἐλαῖος; apud Ptolem.

Dein petenti Melanem sinum, portus Cœlos²⁴, et Panhormus²⁵, et supradicta Cardia. Tertius Europæ sinus ad hunc modum clauditur. Montes extra prædictos²⁶ Thraciæ Edonus²⁷, Gigemoros, Meritus, Melamphyllos²⁸. Flumina in Hebrum cadentia, Bargas, Suemus²⁹. Mædoniæ, Thraciæ, Hellesponti longitudo est³⁰ supra dicta³¹. Quidam septingentorum viginti mill. faciunt. Latitudo CCLXXXIV³² millium est.

Ægæo mari nomen dedit scopulus inter¹ Tenum et 13

lib. III, cap. 12, et Harpocr. pag. 98; Straboni, lib. VII, pag. 331, Ἐλαῖος, et Scylaci, pag. 27. Elæpunta in Cherroneso agnoscit etiam Livius, lib. XXXI, cap. 16. H. — Oppidum Elæus, nunc *le château neuf d'Europe aux Dardanelles*. ED.

24. Cœlos. Κεῖλος λιμὴ Mela, lib. III, cap. 2: « Est et portus Cœlos, Atheniensibus et Lacedæmoniis navali acie decernentibus, Læconicæ classis signatus excidio. » HARD.

25. Panhormus. Portum hæc vox sonat omnibus navibus excipiendis aptum: πάνορμος. HARD.

26. Extra prædictos. Hoc est, præter Hæmum, Rhodopen, Pangæum. HARD.

27. Edonus. Pars Hæmi, Edonis Thraciæ populis vicina. HARD.

28. Melamphyllos. Sic ap. Chiffi. Dalec. *Melamphyllon*. ED.

29. Suemus. Colb. 1, *Syrmus*. Colb. 2, *Sermus*. HARD.

30. Est. Vox ea in Dalec. deletur. ED.

31. Supra dicta. Hoc ipso capite, ubi Byzantium dixit abesse a Dyrrachio septingentis undecim millibus passuum. Missi Theodosii: « Macedonia, Thracia, Hellespon-

tus, et pars sinistrior Ponti. Hæc finiuntur ab oriente, mari Pontico: ab occidente, desertis Dardaniæ (*Candavia*, credo, voluere dicere, de quibus actum est lib. III, cap. 26): a septentrione, flumine Istro. Patent in longitudinem, M. pass. DCCXX, in latitudinem CCCLXXXI, juxta Plinium Secundum in eodem. » HARD.

32. CCLXXXIV. Ita MSS. omnes: editi, CCCLXXXIII. Missi Theod. CCCLXXXI. HARD.

1. Inter Tenum et Chium. Ita restitimus admonitu codicum, quos proxime laudavimus, atque etiam ex re ipsa: Est enim Tenos insula Delo et Andro proxima: atque idcirco, ut statim subjungit Plinius, cernunt eum scopulum Ægæ, a dextra parte Andrum navigantes ab Achaia: unde longissime Tenedos abest; quam nobis libri vulgati hoc loco pro Teno obtrudunt. Nec Solinum, Martianumque moror, qui quum hunc locum exscriberent, ille cap. XI, pag. 29, iste lib. VI, pag. 212, Tenedum legisse videntur: nam in vitiosos codices utrumque incidisse, vel eorum certe alterum, qui alteri prævit, res ipsa clamat, consensuque MSS.

- 11 Ionæ Parianæ¹⁴. Et Hellespontus¹⁵, septem (ut diximus¹⁶) stadiis Europam ab Asia dividens, quatuor¹⁷ inter se contrarias urbes habet : in Europa Callipolin¹⁸ et Seston, et in Asia Lampsacum et Abydon. Dein promontorium Cherronesi Mastusia¹⁹ adversum Sigeo : cujus in fronte obliqua Cynossema²⁰, ita appellatur Hecubæ tumulus, statio
- 12 Achæorum. Turris et delubrum²¹ Protesilai. Et in extrema Cherronesi fronte, quæ vocatur Æolium²², oppidum Elæus²³.

diatere xxvi mill. pass. auctor est Antoninus, quem unum ex omnibus scriptoribus invenio hujus oppidi fecisse mentionem, in itinere ab Apollonia per Macedoniam usque Constantinopolim. Nam quod Rhædeston Ptolemæi existimat Pintianus locum hic habere oportere, errat sane graviter, quum Rhædestos extra Cherronesum sit, ac pro ipsa Bisanthe habeatur : Resistos in medietullo regionis sit posita. HARD. — Dalec. cod. XXXVII mill. ED.

14. *Parianæ*. De qua lib. V, capite 40. HARD.

15. *Et Hellespontus*. Solin. cap. x, pag. 28. Hodie, le détroit de Gallipoli. HARD.

16. *Ut diximus*. Libro II, cap. 92. Stadia septem sunt passus mcccclxxv. Consentit Strabo, lib. II. HARD.

17. *Quatuor inter se*. Dalec. *quatuor illic inter se*. Sed in vet. et Chiffi. deletur vox *illic*. ED.

18. *Callipolin*. Hodieque Gallipoli, freto nomen dedit. Ἐγὼς Straboni, præcipua urbium dicitur, quæ sunt in Cherroneso : Abydo opposita, quæ in Asiæ littore est. lib. XIII, pag. 591. HARD. — Seston. *Zemonic*; Abydos, *Nagara*; La-

psacus, *Lamsaki*; promontorium Mastuzia, *capo Greco*; Sigeum, *le cap Jeni-Hisari*. BROU.

19. *Mastusia*. Ματσοσία ἄκρα. Ptolem. lib. III, cap. 12. Hic rursum Solinus, cap. x, pag. 28, et Capella, lib. VI, cap. de Thracia, pag. 212, Plinium de more transcribunt. HARD.

20. *Cynossema*. Κυνὸς στήμα. Mela, lib. II, cap. 2 : « Est Cynossema, tumulus Hecubæ, sive ex figura canis, in quam conversa traditur, sive ex fortuna in quam deciderat, humili nomine accepto. » Pollux, lib. V, cap. 5, non Hecubæ, sed insignis cujuspiam canis sepulcrum eo nomine indigitari ait. Vide Ovid. Metam. lib. XIII, v. 569. HARD. — Locum hunc d'ANVILLE in sua Minoris Asiæ tabula justo australiorem fecit; ponendum est ubi ille Idacum posuit, ut egregie demonstrat Porro, in suis in Theophrasti commentariis, pag. 312.

21. *Protesilai*. « Sunt Protesilai, turris et delubrum. »

22. *Æolium*. « Turris et delubrum. »

23. *Elæus*. « Turris et delubrum. »

Chium verius quam insula, Æx nomine² a specie capræ, quæ ita Græcis appellatur, repente e medio³ mari exsiliens. Cernunt eum a dextra parte Andrum navigantes ab Achaia, dirum ac pestiferum. Ægæi pars Myrtoo datur⁴: appellatur ab insula parva, quæ cernitur Macedoniam a Geræsto⁵ petentibus, haud procul Eubœæ Carysto⁶. Romani omnia hæc maria duobus nominibus appellant: Macedonicum, quacumque⁷ Macedoniam aut Thraciam attingit: Græciense, qua Græciam alluit. Nam Græci et Ionium dividunt in Siculum, ac Creticum, ab insulis. Item Icarium, quod est inter Samum, et Myconum⁸. Cætera nomina sinus dedere, quos diximus⁹. Et maria quidem gentesque in tertio Europæ sinu ad hunc modum se habent.

XIX. (XII.) Insulæ autem ex adverso Thesprotiæ¹, a Buthroto duodecim millia passuum: eadem ab Acroce-rauniis quinquaginta mill. cum urbe ejusdem nominis

exemplarium, in quibus et *Tenum* et *Andrum* legitur: non ut isti exhibent *Tenedum* et *Antandrum*: a quibus errorem in Plinii contextum transfundere Salmasius conatur, in Solin. pag. 168. HARD.

2. *Æx nomine*. Αἴξ, quæ vox capram sonat. Plinio adstipulatur Apollonii Scholiastes, ab lib. I: Argon. v. 831. Τὸ Αἰγαῖον πέλαιος ἐκλήθη ἀπὸ νήσου Αἰγῶν καλουμένης. Aliter Festus: « Ægæum mare appellatur, quod crebræ in eo sint insulæ, ut procul aspicientibus species caprarum videantur: sive, quod in eo Ægæa Amazonum regina perierit: sive quod in eo Ægeus pater Thesei se præcipitaverit. » Suidas ab Ægeo Thesei patre appellationis causam petit. Vide Eustath. in Iliad. B, v. 41. HARD.

3. *E medio*. Sic ap. Chiffi. Dalec. in medio. ED.

4. *Myrtoo datur*. Vet. *Myrtoum* appellatur. Item supra, cap. 5. DALEC. — Hoc est, Ægæi pars quædam est Myrtoum mare. HARD.

5. *Geræsto*. Dalec. *Geresto*. ED. — Eubœæ sunt hæc oppida, de quibus cap. 21. HARD.

6. *Carysto*. Dalec. *Charisto*. ED.

7. *Quacumque*. Sic ap. Chiffi. Dalec. *Quodcumque*. ED.

8. *Myconum*. Vet. ap. Dalec. *Myconem*. ED.

9. *Quos diximus*. Ut Corinthiacus, Saronicus, Laconicus, cæterique. HARD.

XIX. 1. *Thesprotiæ, a Buthroto*. Editio princeps *Thesprotiæ, Corcyra a Buthroto*. BROU. — Dalec. *Thesprotiæ Corcyra, a Buthroto*. ED.

Corcyra², liberæ civitatis³, et oppido Cassiope⁴, templo Cassii Jovis, passuum nonaginta septem millia in itudinem patens: Homero⁵ dicta Scheria et Phæacia, imacho etiam Drepane. Circa eam aliquot, sed ad Itavergens Thoronos⁶: ad Leucadiam Paxæ duæ⁷, quinque discretæ a Corcyra. Nec procul ab iis ante Corcyram Ericusa⁸, Marathe, Elaphusa, Malthace, Trachie,

Corcyra. Corfou, ab arce quæ ἐν ἀπὸρ apud Nicetam, lib. III, τῆς κορυφῆς, est enim in loco iam edito. HARD.

Liberæ civitatis. Ita libri omnes: st, cujus cives liberæ conditione. Refert Strabo, lib. VII, 329, venisse in parcemiam sane diculam Corcyraeorum libertatē: ὑπὸ Ῥωμαίων εὐθερωθεῖσα, τ, οὐκ ἐπικνήθη· ἀλλ' ἐπὶ λοιδορίᾳ μίαν ἔλαβεν· Ἐλευθέρα Κόρκυρα, ἵπου θέλεις. HARD.

Cassiope. Gellio, lib. IX, cap. 1051, *Cassopeia*. Hodie o-Castro, juxta Casopo. A Cassio nomen ille portus ac, Κασσιίου ὄρη, seu Cassii Jovis ien. Meminit ejus fani Sueton. erone, cap. xxii. In nummis refert Andreas Marmora, lib. ii. Corcyra. ex una parte ΚΟΡΑΙΩΝ, ex aversa, ΖΕΥΣ ΚΑΙ ΝΥΜΦΗ. Nummi sunt ii ficti, vel erini. HARD. et ED.

Homero. Odyss. E, v. 34: Σχερίδωλον ἵκοιτο Φαίηκων ἐς γαίαν. Didymus Scholiastes: Σχερία ἴτο ἡ νῆσος τῶν Φαίηκων, τὸ δὲ ταῦτα ἐκλήθη Κέρκυρα. τὸ δὲ ὄρειον ἐκαλεῖτο Δρεπάνη. Scheper, et Drepanen, Stephanus quoque appellat. Cur Drepane sit variorum causas affert Scholiastes

Apollon. ad lib. IV Argon. v. 983, ex Aristotele et Timæo petitas. HARD.

6. *Thoronos*. In MSS. 1, 2, etc. *Athoronos*. Alibi, *Othoronos*. Ὀθρωνος Stephano insula est, Siciliae Melitæve ad Austrum objacens. An fuerit hæc illi cognominis, considerandum. HARD. — Nunc *Fano*, sive *Merlere*. ED.

7. *Paxæ duæ*. Dalec. *Paxæ*. ED. — Πάξι Dioni, lib. L, pag. 546. Παξοὶ Polybio, lib. II, pag. 136. Hodie *Paxo*, et *Antipaxo*. Leucadia autem est *Leucada*, ut jam diximus cap. 2. HARD.

8. *Ericusa*, etc. Dalec. *Ericusa*, *Marate*. ED. — Ἐρικουσα νῆσος nota etiam Ptolemæo, lib. III, cap. 14. Μαράθη, Ἐλαφουσα, Μελθάκη, Τραχίαι, Πιτυωνία, vel Πυθωνία, Ταρχία, cæteris scriptoribus incognitæ. Πτυχία Stephano memoratur, prope Corcyram, παρὰ τῆς Κερκύρας. Pro Μαράθη rectius forte Μαράδουσα a feniculis, ut ab erice *Ericusa*. Et pro *Tarachie* forsitan Ταρχίαι vel Ταρχίαι, a cetariis, et ab iis qui illic condirentur, piscibus. HARD. — Ex insulis istis multæ fortasse tantum scopuli fuerunt nunc nomine nullo cogniti; quatuor tamen citari possunt, nempe *Sametraki*, omnium maxima, *Diaplo*, *Boaia* et

Pythionia⁹, Ptychia, Tarachie¹⁰. Et a Phalacro¹¹ Corcyrae promontorio scopulus, in quem mutatam Ulyssis navem a simili specie fabula est. Ante Leucimnam¹², Sybota. Inter Leucadiam autem et Achaiam permultæ, quarum Teleboides¹³, eademque Taphiæ, ab incolis ante Leucadiam appellantur, Taphias¹⁴, Oxia, Prinoessa : et ante Ætoliā

d'Ulysse. Non autem, ut ait Noster, non procul ab iis (nempe Paxi), sed tota Corcyrae longitudine ab iis discretæ. ED.

9. *Pythionia*. Dalec. *Pitionia*. ED.

10. *Tarachie*. Chiffi. *Tarachia*. ED.

11. *Phalacro*. Dalec. *Phalario*. ED. — Ptolemæus, lib. III, cap. 14, et ex Artemidoro Stephanus, Φάλακρον, ἀρωτήριον Κερύρας. H. — Hodie *capo Drasti*. ED.

12. *Ante Leucimnam*. Abest id membrum a codicibus MSS. In libris vulgaris, ante *Leucadiam* legitur, insigni errore. Nam ex Strabone, lib. VII, pag. 327, juxta Buthrotum sunt Sybota, insulæ perexiguæ, paululum ab Epiro distantes, pone orientale Corcyrae promontorium, quod Leucimna vocatur : σισί δὲ νησίδες τὰ Σύβοτα, τῆς μὲν Ἠπειροῦ μικρὸν ἀπέχουσαι· κατὰ δὲ τὸ ἴδιον ἄκρον τῆς Κερύρας τὸν Λευκίμνην κείμεναι. Meminit hujus promontorii Thucydides, lib. III, pag. 225. HARD. — Promontorio nunc *Levkimo* nomen, insulis *S. Nicolo*. ED.

13. *Teleboides, eademque*. Quare totus ille numerus insularum, qui sequitur, Echinadibus etiam comprehensis, Teleboum ditio appellata, contributaque Acarnaniæ est, quæ in continente ex adverso objacet. Stephanus : Τηλεβοῖς, μῦτρα

τῆς Ἀκαρνανίας, ἢ πρότερον Ταφίων ἐκαλεῖτο. Scholiast. Apoll. ad lib. I Argon. v. 750: Τηλεβοῖαι, οἱ Τάφιοι. Tzetzes in Lycophr. v. 134. Τηλεβοῖαι καὶ Τάφιοι οἱ ἐν ταῖς Ἐγνασί νήσοις. Teleboæ appellati, inquit Eustath. in lib. I Odyss. quodboves furto sublato procul abigerent : διότι ληϊζόμενοι τῆς τὰς βόας ἀπήγον. HARD. — « Eadem quæ Taphiæ ab incolis appellantur. Ante Leucadiam Taphias (Taphiosis κ.) Sifarna, Oxia. » PIRAT. — Dalec. « Eadem quæ Taphiæ : ab incolis, etc. » ED.

14. *Taphias, etc.* Dalec. *Zaphiotis, Arnozia*. ED. — E Teleboidibus, Taphiisve insulis, hæ tres ante Leucadiam jacent : cæteræ ante Ætoliā, etsi Teleboidibus pariter accensendæ, communiore vocabulo Echinades appellantur. Ταφιάς a Cephalenia distat omnino stadiis xxx, auctore Stephano. Τάφος est Scholiastæ Apoll. loc. cit. aliisque. Ταφιοῦς Straboni, lib. X, pag. 456. Sequuntur ὄξεια, et Πρινόσσα. Ὀξείων, hoc est, acutarum, meminit Stephanus, verbo, Ἀρτέμιτα. Eadem Θεαί appellatæ ab Homero, Strabone teste, lib. X, pag. 458. HARD. — Eadem videntur esse insulæ istæ quæ nunc *Magnisi, Kalamota* et *Kastus* in recentioribus et probatissimis mappis appellatæ reperitur. ED.

Echinades¹⁵, Ægialia¹⁶, Cotonis, Thyatira, Geoaris, Dionysia, Cyrnus, Chalcis, Pynara, Mystus¹⁷.

Ante¹⁸ eas in alto Cephalenia¹⁹, Zacynthus, utraque²⁰ 3 libera : Ithaca²¹, Dulichium²², Same, Crocylea²³. A Paxo

15. *Echinades*. Desertæ insulæ, quarumque pleræque annexæ jam continenti, aggerente limum Acheloo amne, ut ait Strabo, lib. XVIII, pag. 458, et Thucyd. lib. II, 170. Ἐχινάδες ἱρημοὶ νῆσοι, Scylaci, pag. 13. HARD.

16. *Ægialia, Cotonis, Thyatira, Geoaris, Dionysia, Cyrnus, Chalcis, Pynara, Mystus*. In R. 1, 2, Colb. 1, 2, etc. *Mystus* : in aliis *Nystus*. Videntur mihi sane Echinades eæ ab aliis Ægei maris insulis nomina esse mutuatæ, sed ea a librariis deformata sic restitui oportere : Ægialia, Cothon, Ios, Thia, Thera, Gyros, Dionysia, Cythnos, Chalcis, Pynaria, Nisyros : quæ a Pomponio Mela recensentur lib. II, cap. 7, pag. 44, et nos de iis suo loco dicturi sumus. Pynaria eadem quæ Πινυρία. HARD. — Quum ita deformata sint istarum omnium insularum nomina, suum cuique assignare, inter ea quæ nunc sortita sunt, non tentabimus. Pleræque, ut super. nota monet Hard. nunc continenti adhærent ; inter reliquas animadvertuntur illæ quæ nunc *Dragonera, Curzolari* et *Ozia* dicuntur. ED.

17. *Mystus*. Vet. ap. Dalec. *Nystrus*. ED.

18. *Ante eas* . . . *diruta a Romanis*. « Ante eas in alto Cephalenia, quæ et ab oppido Same dicta : Zacynthus, utraque libera, Ithaca, Dulichium ; Crocylea, Paxos, Cor-

cyra quondam Melæna dicta. In Cephalenia Same diruta a Romanis. » Sic legendum. DALEC.

19. *Cephalenia. Cefalognæ* : Zacynthus, *Zante*. HARD.

20. *Utraque libera*. Dalec. *utraque libera*. ED.

21. *Ithaca*. Ulyssæ alumno inclyta. Nunc *Thiachi* : nautis, *Cefalognæ piccola*. HARD. — Ibi incolæ vestigia quædam domus Ulyssæ adhuc monstrant. BROR.

22. *Dulichium, Same*. Sic Maro, lib. III Æneidos : « Dulichiumque, Sameque, et Neritos ardua saxis. » Sic Pomponio Melæ, lib. II, cap. 7, pag. 44. Dulichium, Cephalenia, Neritos, Same, diversæ sunt insulæ. Prævit illis Homer. qui Σάμων insulam, Iliad. B, v. 141, et in Odyssæa interdum, vocat : quam ipsam esse Cephaleniam a quibusdam existimatum Eastathius ibidem refert, pag. 407. Errare Hesychius videtur, qui Δουλίχιον, πάλιν Κεφαλληνίας vocet. HARD. — De Dulichio insula, quam submersam juxta Cephaleniam testantur nautæ, vide DOWELL, *Travels*, t. II, pag. 105 et 107, et POUQUEVILLE, *Voyage de la Grèce*, lib. XII, cap. 2, t. IV, pag. 309. ED.

23. *Crocylea*. In R. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. « Crocylea Paxo Cephalenia, etc. » Libri vulgati, « Crocylea, Paxos, Cephalenia, etc. » At si ea lectio steterit, et Paxos alia a duabus superius jam

Cephalenia quondam²⁴ Melæna dicta, undecim millibus pass. abest, circuitu patet²⁵ XLIV. Same²⁶ diruta a Romanis, adhuc tamen oppida tria²⁷ habet. Inter hanc et Achaïam, cum oppido magnifica²⁸ et fertilitate præcipua,

appellatis diversa, cæteris ignota Geographis, importune nobis obtruditur : et quod gravius est, desideratur haud dubie locus, a quo illa undecim millibus Cephalenia absit. Proinde scripsi confidenter, *Crocylea*, vel *Crocyle*. Deinde novam periodum auspicatus, *A Paxo Cephalenia*, etc. Paxi enim satis superque meminit in Paxorum duarum mentione Plinius. Τὰ Κροκύλεια plurius numero, apud Homer. *Iliad.* B, v. 139 : Οἱ ῥ' Ἰθάκην εἶχον, καὶ Νήριτον εἰσοσίφυλλον, καὶ Κροκύλει' ἐνέμοντο, καὶ Διγόλιπα τραχεῖαν. Ut Ithacam, sic etiam Crocylea apud Homerum insulæ nomen esse visum est Plinio : Stephano quoque, ex Thucydide, quem intellexisse non videtur : est enim Crocylion Thucydidi Ætolia oppidum, non insula. Contra vero Straboni, lib. VII, pag. 376, Crocylia Homeri oppidum esse Acarnaniae continentis existimatum est. Heracleon vero apud Stephan. verbo Κροκύλειον, quadrifariam divisa Ithaca, tertiam ejus partem *Crocylion* appellavit. HARD.

24. *Quondam Melæna dicta.* Melæna dicta, id est, nigra. Nigras insulas plerumque antiqui dixere, quæ multis arboribus consitæ, umbrasam speciem videntibus e mari referrent. BROU.

25. *Patet XLIV.* R. 1, XLIII. Straboni, lib. X, pag. 456. Cephaleniae ambitus est stadiorum prope

ccc, hoc est, xxxvii m. d. pass. HARD.— *Lego CXIII.* Ita MS. 1. In Læt. XCI. In editione principe, LXXXIV. Pessime MSS. Reg. 1, 2, et recentiores editiones XLIV. Errat quoque Strabo, lib. X, pag. 456, quum ait ambitum Cephaleniae esse stadiorum prope ccc, id est, xxxvii m. d. pass. Majorem numerum sum sequutus, qui veritati propior est. Incolæ adseverant hanc insulam circuitu patere clx mill. Cl. GALLAND, *Voyage MS. du Levant.* Attendendum semper brevius esse recentiorum Græcorum milliarium, quam fuit Romanorum. BROU.

26. *Same diruta.* Same, nunc *Samo*, a Romanis diruta anno U. C. 565. Ibi manent rudera maximæ antiquitatis. BROU.

27. *Oppida tria.* Quum olim haberet quaterna : unde Τετράπολις Eustathio, pag. 307, et Straboni, pag. 455, appellata est. Horum quatuor oppidorum cives a Livio nominantur Nesiotæ, Cranonii, Pallenses, Samei : lib. XXXVIII, c. 28, atque ita fere a Thucyd. lib. II, pag. 119. Direpta Same a Romanis, Fulvio Cos. Imperatore, Samæos omnes sub corona venisse, idem est auctor, pag. 478. Contigit hæc clades anno U. C. 565. HARD.

28. *Cum oppido magnifica.* Libentius agnoverim, « cum oppido magnifico, » vel « oppido magnifica. » HARD.

nthus, aliquando appellata Hyrie²⁹, Cephaleniæ a me-
na parte xxv³⁰ millibus abest. Mons Elatus³¹ ibi no-
Ipsa circuitu colligit xxxvi³² millia. Ab ea Ithaca xv³³
bus distat, in qua mons Neritus³⁴. Tota vero circuitu
: xxv mill.³⁵ pass. Ab ea Araxum³⁶ Peloponnesi pro-
torium xii millibus pass. Ante hanc³⁷ in alto Asteris,
e : ante Zacynthum xxxv mill. pass. in Eurum ventum
phades³⁸ duæ, ab aliis Plotæ dictæ. Ante³⁹ Cephaleniam

Appellata Hyrie. Ex hoc Pli-
o Pomponium Melam emen-
(id quod Vossius prætermi-
qui Hyriam, Cephaleniam,
m, Samen, Zacynthum, seor-
i Ionio mari nominavit, ceu
: Hyria Zacynthusque diver-
er se insulæ. HARD.

XXV millia. Sic ap. Dalec.
Ed. — Strabo, lib. X, pag.
stadiis lx tantum insulæ am-
circumscribit, quæ sunt vii
pass. sed manifesto errore. H.

Mons Elatus. Ab abietibus
m monti nomen : cui monti
Scopo vocato monasterium in-
Ed.

XXXVI millia. Leg. *XXXV*.
SS. Reg. 1, 2, et editio prin-
BAOT.

XV millibus. Sic in vet. ap.
ampium et Chiffi. Dalec. *XII*
Ed.

Mons Neritus. Homerus,
B, v. 139, proxime a nobis
: quem ad locum Eustathius,
07. Νήριτον, inquit, ἕρος ἐστὶν
νὲς ἐν Ἰθάκῃ. H. — Nunc *Monte*
o. Ed.

Patet XXV millia. Dissidet
a Strabone, qui Ithacæ
um stadia colligere lxxx ait,
st, x mill. pass. HARD. — Ma-

jor est Ithaca. Videtur Plinius cir-
cuitum pro longitudine usurpasse.
BAOT.

36. *Araxum.* De quo cap. 6. H.

37. *Ante hanc.* Ante Ithacam.
Ἄστρις Homero nota, Odyss. Δ,
vers. 484. Stephano, Πρωτῆ, insula
prope Sphagiam et Pylum. HARD.

— Sed hæc trium Strophadum, de
quibus mox Noster, prima fuisse
videtur; illa autem, de qua nunc,
Ithacæ vicinior fuit, eamque in
præclara sua Græciæ mappa in-
dicat LAPIE esse, quæ nunc *Iotako*
sive *Atacos* dicitur; quam quidem
nonnulli nominis quadam similitu-
dine capti Ithacam esse non satis
consulto voluerunt, quum tantum
scopulus sit incolis omnino carens.
Ed.

38. *Strophades.* Hodie *Strivali* et
Stamphane : olim Στροφάδες, quasi
eæ circummagi aliquando, ac circum-
verti visæ fuerint : et Πλωταί, ut
Mela ait, lib. II, cap. 7, sive flu-
ctuantes. Στροφάδες νῆσοι πρὸς τῇ
Ζακύνθῳ, Steph. Antoninus in *Iti-
ner. Marit.* et Strophadas eas, et
Plotas vocat. HARD. et Ed.

39. *Ante Cephaleniam Letoia.*
Ptolemæo, lib. III, cap. 14, Λωτώα
νῆσος. H. — Ea est, auctore LA-
PIE, quæ nunc *Guardiania* vocatur.

Cephalenia quondam²⁴ Melæna dicta, undecim millibus pass. abest, circuitu patet²⁵ XLIV. Same²⁶ diruta a Romanis, adhuc tamen oppida tria²⁷ habet. Inter hanc et Achaiam, cum oppido magnifica²⁸ et fertilitate præcipua,

appellatis diversa, cæteris ignota Geographis, importune nobis obtruditur : et quod gravius est, desideratur haud dubie locus, a quo illa undecim millibus Cephalenia absit. Proinde scripsi confidenter, *Crocylea*, vel *Crocyle*. Deinde novam periodum auspicatus, *A Paxo Cephalenia*, etc. Paxi enim satis superque meminit in Paxorum duarum mentione Plinius. Τὰ Κροκύλαια plurius numero, apud Homer. *Iliad.* B, v. 139 : Ὀὐρὶ Ἰθάκην εἶχον, καὶ Νῆριτον εἰνοσίφυλλον, καὶ Κροκύλαι' ἐνέμενοντο, καὶ Διγόλιπα τραχεῖαν. Ut Ithacam, sic etiam Crocylea apud Homerum insulæ nomen esse visum est Plinio : Stephano quoque, ex Thucydide, quem intellexisse non videtur : est enim Crocylium Thucydidi Ætolia oppidum, non insula. Contra vero Straboni, lib. VII, pag. 376, Crocylia Homeri oppidum esse Acarnania continentis existimatum est. Heracleon vero apud Stephan. verbo Κροκύλειον, quadrifariam divisa Ithaca, tertiam ejus partem *Crocylion* appellavit. HARD.

24. *Quondam Melæna dicta.* Melæna dicta, id est, nigra. Nigras insulas plerumque antiqui dixere, quæ multis arboribus consitæ, umbram speciem videntibus e mari referrent. BROU.

25. *Patet XLIV.* R. 1, XLIII. Straboni, lib. X, pag. 456. Cephalenia ambitus est stadiorum prope

ccc, hoc est, xxxvii m. d. pass. HARD.—Lego CXIII. Ita MS. 1. In Læt. XCI. In editione principe, LXXXIV. Pessime MSS. Reg. 1, 2, et recentiores editiones XLIV. Errat quoque Strabo, lib. X, pag. 456, quum ait ambitum Cephalenia esse stadiorum prope ccc, id est, xxxvii m. d. pass. Majorem numerum sum sequutus, qui veritati propior est. Incolæ adseverant hanc insulam circuitu patere clx mill. Cl. GALLAND, *Voyage MS. du Levant*. Attendendum semper brevius esse recentiorum Græcorum milliarium, quam fuit Romanorum. BROU.

26. *Same diruta.* Same, nunc Samo, a Romanis diruta anno U. C. 565. Ibi manent rudera maximæ antiquitatis. BROU.

27. *Oppida tria.* Quum olim haberet quaterna : unde Τετράπολις Eustathio, pag. 307, et Straboni, pag. 455, appellata est. Horum quatuor oppidorum cives a Livio nominantur Nesiotæ, Cranonii, Pallenses, Samei : lib. XXXVIII, c. 28, atque ita fere a Thucyd. lib. II, pag. 119. Direpta Same a Romanis, Fulvio Cos. Imperatore, Samæos omnes sub corona venisse, idem est auctor, pag. 478. Contigit hæc clades anno U. C. 565. HARD.

28. *Cum oppido magnifica.* Libentius agnoverim, « cum oppido magnifico, » vel « oppido magnifica. » HARD.

Zacynthus, aliquando appellata Hyrie²⁹, Cephaleniæ a meridiana parte xxv³⁰ millibus abest. Mons Elatus³¹ ibi nobilis. Ipsa circuitu colligit xxxvi³² millia. Ab ea Ithaca xv³³ millibus distat, in qua mons Neritus³⁴. Tota vero circuitu patet xxv mill.³⁵ pass. Ab ea Araxum³⁶ Peloponnesi promontorium xii millibus pass. Ante hanc³⁷ in alto Asteris, Prote : ante Zacynthum xxxv mill. pass. in Eurum ventum Strophades³⁸ duæ, ab aliis Plotæ dictæ. Ante³⁹ Cephaleniam

29. *Appellata Hyrie.* Ex hoc Plinii loco Pomponium Melam emendabis (id quod Vossius prætermisit), qui Hyriam, Cephaleniam, Neriton, Samen, Zacynthum, seorsim in Ionio mari nominavit, ceu forent Hyria Zacynthusque diversæ inter se insulæ. HARD.

30. *XXV millia.* Sic ap. Dalec. *XXII.* Ed. — Strabo, lib. X, pag. 458, stadiis lx tantum insulæ ambitum circumscribit, quæ sunt vii x. d. pass. sed manifesto errore. H.

31. *Mons Elatus.* Ab abietibus inditum monti nomen : cui monti nunc *Scopo* vocato monasterium insidet. Ed.

32. *XXXVI millia.* Leg. *XXXV.* Ita MSS. Reg. 1, 2, et editio princeps. BROU.

33. *XV millibus.* Sic in vet. ap. Dalecampium et Chiffi. Dalec. *XII millia.* Ed.

34. *Mons Neritus.* Homerus, Iliad. B, v. 139, proxime a nobis citato : quem ad locum Eustathius, pag. 307. Νήριτον, inquit, ἕρος ἐστὶν ἐπιφανὲς ἐν Ἰθάκῃ. H. — Nunc *Monte Stefano.* Ed.

35. *Patet XXV millia.* Dissidet rursum a Strabone, qui Ithacæ ambitum stadia colligere lxxx ait, hoc est, x mill. pass. HARD. — Ma-

jor est Ithaca. Videtur Plinius circuitum pro longitudine usurpasse. BROU.

36. *Araxum.* De quo cap. 6. H.

37. *Ante hanc.* Ante Ithacam. Ἀσπερὶς Homero nota, Odyss. Δ, vers. 484. Stephano, Πρωτὴ, insula prope Sphagiam et Pylum. HARD. — Sed hæc trium Strophadum, de quibus mox Noster, prima fuisse videtur; illa autem, de qua nunc, Ithacæ vicinior fuit, eamque in præclara sua Græciæ mappa indicat ΛΑΡΙΞ esse, quæ nunc *Iotako* sive *Atacos* dicitur; quam quidem nonnulli nominis quadam similitudine capti Ithacam esse non satis consulto voluerunt, quum tantum scopulus sit incolis omnino carens. Ed.

38. *Strophades.* Hodie *Strivali* et *Stamphane* : olim Στροφαδες, quasi eæ circumagi aliquando, ac circumverti visæ fuerint : et Πλωται, ut Mela ait, lib. II, cap. 7, sive fluctuantes. Στροφαδες νῆσοι πρὸς τῇ Ζακύνθῳ, Steph. Antoninus in Itiner. Marit. et Strophadas eas, et Plotas vocat. HARD. et Ed.

39. *Ante Cephaleniam Letoia.* Ptolemæo, lib. III, cap. 14, Λοτῶα νῆσος. H. — Ea est, auctore ΛΑΡΙΞ, quæ nunc *Guardiania* vocatur.

Intus¹⁰ Bizya, arx regum Thraciæ, a Terei¹¹ nefasto crimine invisa hirundinibus. Regio Cænica¹², colonia Flavio-
polis¹³, ubi antea Zela oppidum vocabatur¹⁴. Et a Bizya
quinquaginta millia passuum Apros¹⁵ colonia, quæ a Phi-
lippis abest centum octoginta octo mill. pass. At in ora
amnis Erginus¹⁶: oppidum fuit Ganos¹⁷: deseritur et
Lysimachia¹⁸ jam in Cherroneso.

10 Alius¹ namque ibi Isthmos angustia simili³ est, eo-

10. *Intus Bizya.* In Astice regione sive præfectura, arx regum Astarum. Stephanus: Βιζύη, πόλις Θράκης, τὸ τῶν Ἀζῶν βασίλειον. Hæc a Plinio Solinus exscripsit, cap. x, pag. 28. H. — Hodie *Vyzia*. Ed.

11. *A Terei.* A MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, vox crimine abest: unde scribendum fortassis: *a Terei incesto*. Ed. — Nota fabula, de qua consulendus Ovidius, lib. VI Metam. v. 647; maxime vero Hyginus, fab. 45, *Philomela*. Neque nullo habenda in pretio, quæ de hac re tota habet Aldrovandus, Ornithol. lib. XVII, cap. 6, pag. 684, ubi hunc locum aversari hirundines putat, ob eam potius causam, quod Boreæ magis violentiæ pateat, cujus venti flatum perhorrescere id avium genus constat. HARD.

12. *Regio Cænica.* Ubi Cæni incolæ appellati, vel Cænici, de quibus dictum est initio hujus capituli. HARD.

13. *Flaviopolis.* Colonia quoque dicitur, loc. cit. Et in Thes. Goltzii, pag. 279. Nummus Titii Imp. COL. FLAVIOPOLIS. HARD.

14. *Vocabatur.* In vet. ap. Dalec. vox ea deletur. Ed.

15. *Apros colonia.* Ptolemæo, inter urbes Thraciæ mediterraneas,

Ἄπρος κελωνία. Et Stephano, Ἄπρος, et in Notitia Eccles. pag. 21. HARD.

16. *Erginus.* Malebat Dalec. *Eginus*. Ed. — Meminit hujus amnis Mela, lib. II, cap. 2. HARD.

17. *Fuit Ganos,* etc. Vet. ap. Dalec. « Oppidum Ganos. Fuisse fertur et Lysimachia in Cherroneso. » Ed. — Hoc est, deficit jam Ganos: deficit vero et Lysimachia, quæ in Cherroneso est: hujus enim, ut nondum dirutæ ac deletæ meminit Plinio recentior Ptolemæus, lib. III, cap. 11, Λυσισμαχία. Γάνος vero (sic enim habent MSS. non *Gonos*;) Scylaci memoratur inter Thraciæ oppida, pag. 27. Γάνος juxta Bisanthem apud Xenoph. lib. VII, de Exped. Cyri, pag. 411. HARD.

18. *Lysimachia.* Nunc *Hexamilia*; quod Isthmus ibi patet sex millibus passuum. BRON.

1. *Alius namque.* Hinc Cherronesi descriptionem auspicator: alterum ait esse in Cherronesi angustis Isthmon Corinthiaco similem et nomine, Isthmos enim appellatur: et latitudine pari, inter nempe quinque millium passuum dictum est cap. 5. Tri- hæc Solinus

2. *Simi-*

nine, et pari latitudine : illustrent duæ urbes e littora, quæ haud dissimili modo³ tenuere : a Propontide, Cardia a Melane sinu : hæc⁵ ex ei⁶ nomine accepto : utræque⁷ comprehensæ Lysimachia quinque mill. pass. a Longis muris. esos a Propontide habuit⁸ Tiristasin, Crithoten⁹ : flumini Ægos¹¹ appositam : nunc habet¹² a co-ro xxii¹³ mill. passuum, Resiston ex adverso co-

l dissimili modo. Ut Co-um angustiarum termini æ hinc, illinc Cenchreæ: tidi Pactye, Melani sinui idet, Isthmique latera nt. HARD.

ye. Dalec. *Pactiæ*. ED. Pausaniæ, Attic. lib. I, cæterisque Geographis. oque eidem, pag. 17. De rabo, lib. VII, pag. 331.

Vetus apud Dalecam-ED.

icie loci. Quod in cordis sit, inquit Solinus, loc: Cardia est. Alias hujus nis causas Stephanus af-Kαρδία. HARD.— Hujus num vide apud Cl. PEL-ailles des peuples et villes, g. 197. BROU.

que. Quum eversa dele- lia, proea Lysimachiam, n dictum est, condidit is, ut Pausanias refert, I, pag. 17. Pactyen si- austam vicinitate Lysi- noius quoque nunc au- zia fuit in Cherro- go Muro, quoque um, quo, sius do est, o

8. *Tiristasin*. Dalec. *Tyristasin*. ED. — Τυριστας Scylaci, pag. 27.

9. *Crithoten*. Κριθώτη Scymno Chio, pag. 29; urbs Cherronesi Hellanico, apud Harpocrat. pag. 178; Scylaci loc. cit. Κριθώτη. HARD.

10. *Cissam*. Vet. ap. Dalec. *Cis- siam*. ED. — Crissam, vel Cressam potius, juxta aliud oppidum, cui Ægos fluminis nomen fuit, posi- tam : quo de oppido egimus pluri- bus, lib. II, cap. 59. Scylax, in Periplo, pag. 27, hæc oppida sic enumerat : ἐντὸς δὲ Αἰγὸς ποταμὸς, Κρήσσα, Κριθώτη, Παχτύον. Quæ omnia Plinius interiisse significat. Nummus est perrarus ex ære me- diocri, in Cimelio P. CHAMILLART; cujus nummi pars antica Cereris caput exhibet, canistro frugibus pleno onustum : in altera superfacie scriptum est, litteris ætatem Alexan- dri M. referentibus, ΑΙΓΟΠΟ. hoc est, Αἰγοποταμιτῶν : cum effigie capræ, quæ græce est αἶξ, αἰγός, unde urbi nomen. HARD.

11. *Ægos*. Vetus apud Dalec. *Ægo*. ED.

12. *Nunc habet*. Proponebat Da- lec. *nunc abest*. ED.

13. *XXII mill*. Ita MSS forte pro *XXV*. Nam ab Apro Resiston

Intus¹⁰ Bizya, arx regum Thraciæ, a Terei¹¹ nefasto crimine invisâ hirundinibus. Regio Cænica¹², colonia Flavio-
polis¹³, ubi antea Zela oppidum vocabatur¹⁴. Et a Bizya
quinquaginta millia passuum Apro¹⁵ colonia, quæ a Phil-
lipsis abest centum octoginta octo mill. pass. At in ora
amnis Erginus¹⁶: oppidum fuit Ganos¹⁷: deseritur et
Lysimachia¹⁸ jam in Cherroneso.

10 Alius¹ namque ibi Isthmos angustia simili² est, eo-

10. *Intus Bizya.* In Astice regione sive præfectura, arx regum Astarum. Stephanus: Βιζύη, πόλις Θράκης, τὸ τῶν Ἀζῶν βασιλείων. Hæc a Plinio Solinus exscripsit, cap. x, pag. 28. H. — Hodie *Vyzia*. ED.

11. *A Terei.* A MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, vox crimine abest: unde scribendum fortassis: a Terei incesto. ED. — Nota fabula, de qua consulendus Ovidius, lib. VI Metam. v. 647; maxime vero Hyginus, fab. 45, *Philomela*. Neque nullo habenda in pretio, quæ de hac re tota habet Aldrovandus, Ornithol. lib. XVII, cap. 6, pag. 684, ubi hunc locum aversari hirundines putat, ob eam potius causam, quod Boreæ magis violentiæ pateat, cujus venti flatum perhorrescere id avium genus constat. HARD.

12. *Regio Cænica.* Ubi Cæni incolæ appellati, vel Cænici, de quibus dictum est initio hujus capituli. HARD.

13. *Flaviopolis.* Colonia quoque dicitur, loc. cit. Et in Thes. Goltzii, pag. 279. Nummus Titi Imp. COL. FLAVIOPOLIS. HARD.

14. *Vocabatur.* In vet. ap. Dalec. vox ea deletur. ED.

15. *Apro colonia.* Ptolemæo, inter urbes Thraciæ mediterrancas,

Ἄπρος κολωνία. Et Stephano, Ἄπρος, et in Notitia Eccles. pag. 21. HARD.

16. *Erginus.* Malebat Dalec. *Eginus*. ED. — Meminit hujus amnis Mela, lib. II, cap. 2. HARD.

17. *Fuit Ganos, etc.* Vet. ap. Dal. « Oppidum Ganos. Fuisse fertur et Lysimachia in Cherroneso. » ED. — Hoc est, defecit jam Ganos: deficit vero et Lysimachia, quæ in Cherroneso est: hujus enim, ut nondum dirutæ ac deletæ meminit Plinio recentior Ptolemæus, lib. III, cap. 11, Δυσίμαχία. Γάνος vero (sic enim habent MSS. non *Gonos*.) Scylaci memoratur inter Thraciæ oppida, pag. 27. Γάνος juxta Bisantien apud Xenoph. lib. VII, de Exped. Cyri, pag. 411. HARD.

18. *Lysimachia.* Nunc *Hexamila*; quod Isthmus ibi patet sex millibus passuum. BROU.

1. *Alius namque.* Hinc Cherronesi descriptionem auspicatur: alterum ait esse in Cherronesi angustis Isthmon Corinthiaco similem et nomine, Isthmos enim appellatur: et latitudine pari, intervallo nempe quinque millium passuum, ut dictum est cap. 5. Transcribit hæc Solinus iisdem fere verbis, cap. x, pag. 28. HARD.

2. *Simili.* Chiffi. *similis*. ED.

nomine, et pari latitudine : illustrant duæ urbes
 ique littora, quæ haud dissimili modo³ tenuere :
 ye⁴ a Propontide, Cardia a Melane sinu : hæc⁵ ex
 loci⁶ nomine accepto : utræque⁷ comprehensæ
 a Lysimachia quinque mill. pass. a Longis muris.
 ronesos a Propontide habuit⁸ Tiristasin, Crithoten⁹ :
 m¹⁰ flumini Ægos¹¹ appositam : nunc habet¹² a co-
 Apro xxii¹³ mill. passuum, Resiston ex adverso co-

Haud dissimili modo. Ut Co-
 acarum angustiarum termini
 echeæ hinc, illinc Cenchreæ :
 pontidi Pactye, Melani sinui
 insidet, Isthimique latera
 vident. HARD.

Pactye. Dalec. *Pactiæ.* Ed.
 κτόνη Pausaniæ, Attic. lib. I,
 19, cæterisque Geographis.
 x quoque eidem, pag. 17. De
 ie Strabo, lib. VII, pag. 331.

Hæc. Vetus apud Dalecam-
 hæ. Ed.

Ex facie loci. Quod in cordis
 sita sit, inquit Solinus, loci
 icta Cardia est. Alias hujus
 ationis causas Stephanus af-
 erbo Καρδία. HARD. — Hujus
 nummum vide apud Cl. PEL-
 Médailles des peuples et villes,
 I, pag. 197. BROU.

Utræque. Quum eversa dele-
 Cardia, proea Lysimachiam,
 a jam dictum est, condidit
 achus, ut Pausanias refert,
 lib. I, pag. 17. Pactyen si-
 r exhaustam vicinitate Lysi-
 æ, Plinius quoque nunc au-
 it. Δυσμαχία fuit in Cherro-
 a Longo Muro, quinque
 us passuum, quanta ipsius
 i longitudo est, dissita. H.

8. *Tiristasin.* Dalec. *Tyristasin.*
 Ed. — Τυρίσασσις Scylaci, pag. 27.

9. *Crithoten.* Κριθώτη Scymno
 Chio, pag. 29; urbs Cherronesi
 Hellenico, apud Harpocrat. pag.
 178; Scylaci loc. cit. Κριθώτη.
 HARD.

10. *Cissam.* Vet. ap. Dalec. *Cis-
 siam.* Ed. — Crissam, vel Cressam
 potius, juxta aliud oppidum, cui
 Ægos fluminis nomen fuit, posi-
 tam : quo de oppido egimus pluri-
 bus, lib. II, cap. 59. Scylax, in
 Periplo, pag. 27, hæc oppida sic
 enumerat : ἐντὸς δὲ Αἰγὸς ποταμὸς,
 Κρήσσα, Κριθώτη, Πακτόν. Quæ
 omnia Plinius interiisse significat.
 Nummus est perrarus ex ære me-
 diocri, in Cimelio P. CHAMILLART;
 cujus nummi pars antica Cereris
 caput exhibet, canistro frugibus
 pleno onustum : in altera superfic-
 scriptum est, litteris ætatem Alexan-
 dri M. referentibus, ΑΙΓΟΠΟ. hoc
 est, Αἰγοποταμιτῶν : cum effigie
 capræ, quæ græce est αἶξ, αἰγὸς,
 unde urbi nomen. HARD.

11. *Ægos.* Vetus apud Dalec.
 Ægo. Ed.

12. *Nunc habet.* Proponebat Da-
 lec. nunc abest. Ed.

13. *XXII mill.* Ita MSS forte
 pro *XXV*. Nam ab Apro Resiston

- ¹¹ Ioniae Parianae¹⁴. Et Hellespontus¹⁵, septem (ut diximus¹⁶) stadiis Europam ab Asia dividens, quatuor¹⁷ inter se contrarias urbes habet : in Europa Callipolin¹⁸ et Seston, et in Asia Lampsacum et Abydon. Dein promontorium Cherronesi Mastusia¹⁹ adversum Sigeo : cujus in fronte obliqua Cynossema²⁰, ita appellatur Hecubae tumulus, statio²¹ Achæorum. Turris et delubrum²² Protesilai. Et in extrema Cherronesi fronte, quæ vocatur Æolium²³, oppidum Elæus²³.

distare xxvi mill. pass. auctor est Antoninus, quem unum ex omnibus scriptoribus invenio hujus oppidi fecisse mentionem, in itinere ab Apollonia per Macedoniam usque Constantinopolim. Nam quod Rhædeston Ptolemæi existimat Pintianus locum hic habere oportere, errat sane graviter, quum Rhædestos extra Cherronesum sit, ac pro ipsa Bisanthe habeatur : Resistos in mediterraneo regionis sit posita. HARD. — Dalec. cod. XXXII mill. ED.

14. *Parianæ*. De qua lib. V, capite 40. HARD.

15. *Et Hellespontus*. Solin. cap. x, pag. 28. Hodie, *le détroit de Gallipoli*. HARD.

16. *Ut diximus*. Libro II, cap. 92. Stadia septem sunt passus mcccclxxv. Consentit Strabo, lib. II. HARD.

17. *Quatuor inter se*. Dalec. *quatuor illic inter se*. Sed in vet. et Chiff. deletur vox *illic*. ED.

18. *Callipolin*. Hodieque *Gallipoli*, freto nomen dedit. Ζητός Straboni, præcipua urbium dicitur, quæ sunt in Cherroneso : Abydo opposita, quæ in Asiæ litore est : lib. XIII, pag. 591. HARD. — Sestos, *Zemonic*; *Abydos*, *Nagara*; *Lam-*

psacus, *Lamsaki*; promontorium *Mastuzia*, *capo Greco*; *Sigeam*, *le cap Jeni-Hisari*. BAOR.

19. *Mastusia*. Ματσοβία ἄκρα. Ptolem. lib. III, cap. 12. Hic rursus Solinus, cap. x, pag. 28, et Capella, lib. VI, cap. de Thracia, pag. 212, Plinium de more transcribunt. HARD.

20. *Cynossema*. Κυνὸς στήμα. Mela, lib. II, cap. 2 : « Est Cynossema, tumulus Hecubæ, sive ex figura canis, in quam conversa traditur, sive ex fortuna in quam deciderat, humili nomine accepto. » Pollux, lib. V, cap. 5, non Hecubæ, sed insignis cujuspiam canis sepulcrum eo nomine indigitari ait. Vide Ovid. *Metam.* lib. XIII, v. 569. HARD. — Locum hunc d'ANVILLE in sua *Minoris Asiæ tabula jasto australiore* fecit; ponendum est ubi ille *Idacum* posuit, ut egregie demonstrat Porro, in suis in Thucydidem commentariis, pag. 334. ED.

21. *Protesilai*. Mela, loc. cit. « Sunt Protesilai ossa consecrata delubro. » HARD.

22. *Æolium*. Stephanus, ex Theopompo, Αἰόλιον, τῆς Θρακίας Καρρήσιου πόλις, « Thraciæ Cherronesi oppidum. » HARD.

23. *Elæus*. Ἐλευσίς, apud Ptolem.

petenti Melanem sinum, portus Coelos²⁴, et Panhor-
⁵, et supradicta Cardia. Tertius Europæ sinus ad
 modum clauditur. Montes extra prædictos²⁶ Thra-
 edonus²⁷, Gigemoros, Meritus, Melamphyllus²⁸. Flu-
 in Hebrum cadentia, Bargus, Suemus²⁹. Mædoniæ,
 ciæ, Hellesponti longitudo est³⁰ supra dicta³¹. Quidam
 ngentorum viginti mill. faciunt. Latitudo CCLXXXIV³²
 um est.

gæo mari nomen dedit scopulus inter¹ Tenum et r3

I, cap. 12, et Harpocr. pag. traboni, lib. VII, pag. 331, et Scylaci, pag. 27. Elæpanta erroneo agnoscit etiam Li- lib. XXXI, cap. 16. H. — lum Elæus, nunc *le château* "Europe aux Dardanelles. Ed.

Coelos. Κοῖλος λιμὴν Mela, I, cap. 2: « Est et portus Atheniensibus et Lacedæ- s navali acie decernentibus, icæ classis signatus excidio. »

Panhormus. Portum hæc vox omnibus navibus excipienda 1: πάνορμος. HARD.

Extra prædictos. Hoc est, r Hæmum, Rhodopen, Pan- . HARD.

Edonus. Pars Hæmi, Edonis iæ populis vicina. HARD.

Melamphyllus. Sic ap. Chiff.

Melamphyllon. Ed.

Suemus. Colb. 1, *Syrmus.* 2, *Sermus.* HARD.

Est. Vox ea in Dalec. dele- id.

Supra dicta. Hoc ipso capi- bi Byzantium dixit abesse a ohio septingentis undecim us passuum. Missi Theodosii: cedonia, Thracia, Hellespon-

tus, et pars sinistrior Ponti. Hæc finiuntur ab oriente, mari Pontico: ab occidente, desertis Dardaniæ (*Candavia*, credo, voluere dicere, de quibus actum est lib. III, cap. 26): a septentrione, flumine Istro. Patent in longitudinem, m. pass. dccxx, in latitudinem cccclxxx1, juxta Plinium Secundum in eodem. » HARD.

32. CCLXXXIV. Ita MSS. omnes: editi, cccclxxxiii. Missi Theod. cccclxxx1. HARD.

1. *Inter Tenum et Chium.* Ita resti- tuimus admonitu codicum, quos proxime laudavimus, atque etiam ex re ipsa: Est enim Tenos insula Delo et Andro proxima: atque idcirco, ut statim subjungit Plinius, cernunt eum scopulum Æga, a dextra parte Andrum navigantes ab Achaia: unde longissime Tenedos abest; quam nobis libri vulgati hoc loco pro Tepo obtrudunt. Nec Solinum, Martianumque moror, qui quum hunc locum exscriberent, ille cap. xi, pag. 29, iste lib. VI, pag. 212, Tenedum legisse videntur: nam in vitiosis codices utrumque incidisse, vel eorum certe alterum, qui alteri prævit, res ipsa clamat, consensuque MSS.

Chium verius quam insula, Æx nomine³ a specie capræ, quæ ita Græcis appellatur, repente e medio³ mari exsiliens. Cernunt eum a dextra parte Andrum navigantes ab Achaia, dirum ac pestiferum. Ægæi pars Myrtoo datur⁴: appellatur ab insula parva, quæ cernitur Macedoniam a Geræsto⁵ petentibus, haud procul Eubœæ Carysto⁶. Romani omnia hæc maria duobus nominibus appellant: Macedonicum, quacumque⁷ Macedoniam aut Thraciam attingit: Græciense, qua Græciam alluit. Nam Græci et Ionium dividunt in Siculum, ac Creticum, ab insulis. Item Icarium, quod est inter Samum, et Myconum⁸. Cætera nomina sinus dedere, quos diximus⁹. Et maria quidem gentesque in tertio Europæ sinu ad hunc modum se habent.

XIX. (XII.) Insulæ autem ex adverso Thesprotiæ¹, a Buthroto duodecim millia passuum: eadem ab Acroce-rauniis quinquaginta mill. cum urbe ejusdem nominis

exemplarium, in quibus et *Tenum* et *Andrum* legitur: non ut isti exhibent *Tenedum* et *Antandrum*: a quibus errorem in Plinii contextum transfundere Salmasius conatur, in Solin. pag. 168. HARD.

2. *Æx nomine*. Αἴξ, quæ vox capram sonat. Plinio adstipulatur Apollonii Scholiastes, ab lib. I: Argon. v. 831. Τὸ Αἴγαῖον πέρατος ἐκλήθη ἀπὸ νήσου Αἴγων καλουμένης. Aliter Festus: « Ægæum mare appellatur, quod crebræ in eo sint insulæ, ut procul aspicientibus species caprarum videantur: sive, quod in eo Ægæa Amazonum regina perierit: sive quod in eo Ægeus pater Thesei se præcipitaverit. » Suidas ab Ægeo Thesei patre appellationis causam petit. Vide Eustath. in Iliad. B, v. 41. HARD.

3. *E medio*. Sic ap. Chiff. Dalec. in medio. ED.

4. *Myrtoo datur*. Vet. *Myrtoum appellatur*. Item supra, cap. 5. DALEC. — Hoc est, Ægæi pars quædam est Myrtoum mare. HARD.

5. *Geræsto*. Dalec. *Geresto*. ED. — Eubœæ sunt hæc oppida, de quibus cap. 21. HARD.

6. *Carysto*. Dalec. *Charisto*. ED.

7. *Quacumque*. Sic ap. Chiff. Dalec. *Quodcumque*. ED.

8. *Myconum*. Vet. ap. Dalec. *Myconem*. ED.

9. *Quos diximus*. Ut Corinthiacus, Saronicus, Laconicus, cæterique. HARD.

XIX. 1. *Thesprotiæ, a Buthroto*. Editio princeps *Thesprotiæ, Corcyra a Buthroto*. BRON. — Dalec. *Thesprotiæ Corcyra, a Buthroto*. ED.

γρᾶ², liberæ civitatis³, et oppido Cassiope⁴, templo Cassii Jovis, passuum nonaginta septem millia in tudinem patens : Homero⁵ dicta Scheria et Phæacia, nacho etiam Drepane. Circa eam aliquot, sed ad Itavergens Thoronos⁶ : ad Leucadiam Πακœ duæ⁷, quin- κ. discretæ a Corcyra. Nec procul ab iis ante Cor- n Ericusa⁸, Marathe, Elaphusa, Malthace, Trachie,

Corcyra. Corfou, ab arce quæ
• apud Nicetam, lib. III,
ις κορυφῆς, est enim in loco
im edito. HARD.

iberæ civitatis. Ita libri omnes:
t, cujus cives liberæ conditio-
it. Refert Strabo, lib. VII,
29, venisse in parœmiam sane
iculam Corcyzæorum liberta-
ὄποδ Ῥωμαίων ἐλευθερωθεῖσα,
, οὐκ ἐπὴνέθη ἄλλ' ἐπὶ λοιδορία
ίαν ἔλαβεν Ἐλευθέρα Κόρκυρα,
του θέλει. HARD.

Cassiope. Gellio, lib. IX, cap.
15. 1051, *Cassopeia*. Hodie
-Castro, juxta *Casopo*. A
Cassio nomen ille portus ac-
Κασσίου ὄπη, seu Cassii Jovis
en. Meminit ejus fani Sueton-
rone, cap. xxii. In nummis
refert Andreas Marmora, lib.
• Corcyr. ex una parte ΚΟΡ-
ΙΩΝ, ex aversa, ΖΕΥΣ ΚΑ-
Nummi sunt ii ficti, vel
rini. HARD. et ED.

Homero. Odyss. E, v. 34 : Σχε-
ἴβωλον ἴκοιτο Φαιήκων ἐς γαίαν.
Didymus Scholiastes : Σχερία
ρο ἡ νῆσος τῶν Φαιάκων, τὸ δὲ
ταῦτα ἐκλήθη Κέρκυρα. τὸ δὲ
τατον ἐκαλεῖτο Δρεπάνη. Sche-
et Drepanen, Stephanus quo-
pellat. Cur Drepane sit vo-
varias causas affert Scholiastes

Apollon. ad lib. IV Argon. v. 983,
ex Aristotele et Timæo petitas.
HARD.

6. *Thoronos*. In MSS. 1, 2, etc.
Athoronos. Alibi, *Othoronos*. Ὀθρωνος
Stephano insula est, Siciliae Meli-
tæve ad Austrum objacens. An fue-
rit hæc illi cognominis, considera-
ndum. HARD. — Nunc *Fano*, sive
Merlere. ED.

7. *Paxœ duæ*. Dalec. *Paxæ*. ED.
— Πάξαι Dioni, lib. L, pag. 546.
Πάξοι Polybio, lib. II, pag. 136.
Hodie *Pazo*, et *Antipazo*. Leucadia
autem est *Leucada*, ut jam diximus
cap. 2. HARD.

8. *Ericusa*, etc. Dalec. *Ericusa*,
Marate. ED. — Ἐρικουσα νῆσος nota
etiam Ptolemæo, lib. III, cap. 14.
Μαράθη, Ἐλαφουσα, Μαλθάκη, Τρα-
χιεῖα, Πιτυωνία, vel Πυθωνία, Ταρα-
χιεῖα, cæteris scriptoribus incognitæ.
Πιτυχία Stephano memoratur, prope
Corcyram, παρὰ τῇ Κερκύρα. Pro
Μαράθη rectius forte Μαράθουσα a
feniculis, ut ab erice *Ericusa*. Et
pro *Tarachie* forsitan Ταριχίαι vel
Ταριχίαι, a cetariis, et ab iis qui
illic condirentur, piscibus. HARD.
— Ex insulis istis multæ fortasse
tantum scopuli fuerunt nunc no-
mine nullo cogniti; quatuor tamen
citari possunt, nempe *Sametraki*,
omnium maxima, *Diaplo*, *Boaia* et

Pythionia⁹, Ptychia, Tarachie¹⁰. Et a Phalacro¹¹ Corcyrae promontorio scopulus, in quem mutatam Ulyssis navem a simili specie fabula est. Ante Leucimnam¹², Sybota. Inter Leucadiam autem et Achaiam permultae, quarum Teleboides¹³, eademque Taphiae, ab incolis ante Leucadiam appellantur, Taphias¹⁴, Oxiae, Prinoessa : et ante Aetoliam

d'Ulysse. Non autem, ut ait Noster, non procul ab iis (nempe Paxi), sed tota Corcyrae longitudine ab iis discretæ. ED.

9. *Pythionia*. Dalec. *Pitionia*. ED.

10. *Tarachie*. Chiffi. *Tarachia*. ED.

11. *Phalacro*. Dalec. *Phalario*. ED. — Ptolemæus, lib. III, cap. 14, et ex Artemidoro Stephanus, Φάλακρον, ἀρωτήριον Κερκύρας. H. — Hodie capo *Drastii*. ED.

12. *Ante Leucimnam*. Abest id membrum a codicibus MSS. In libris vulgaris, ante *Leucadiam* legitur, insigni errore. Nam ex Strabone, lib. VII, pag. 327, juxta Buthrotum sunt Sybota, insulae perexiguæ, paululum ab Epiro distantes, pone orientale Corcyrae promontorium, quod Leucimna vocatur : οἱ δὲ νησιδὲς τὰ Σύβοτα, τῆς μὲν Ἡπειροῦ μικρὸν ἀπέχουσαι· κατὰ δὲ τὸ ἔωον ἄκρον τῆς Κερκύρας τὸν Λευκίμνην κείμεναι. Meminit hujus promontorii Thucydides, lib. III, pag. 225. HARD. — Promontorio nunc *Levkimo* nomen, insulis *S. Nicolo*. ED.

13. *Teleboides, eademque*. Quare totus ille numerus insularum, qui sequitur, Echinadibus etiam comprehensis, Teleboulum ditio appellata, contributaque Acarnaniæ est, quæ in continente ex adverso objacet. Stephanus : Τηλεβοῖς, μῦτρα

τῆς Ἀκαρνανίας, ἢ πρότερον Ταρίων ἐκαλεῖτο. Scholiast. Apoll. ad lib. I Argon. v. 750: Τηλεβοῖαι, εἰ Τάφιοι. Tzetzes in Lycophr. v. 134. Τηλεβοῖαι καὶ Τάφιοι εἰ ἐν ταῖς Ἐγνασί νήσοις. Teleboæ appellati, inquit Eustath. in lib. I Odys. quodboves furto sublato procul abigerent : διότι ληϊζόμενοι τῆλε τὰς βόας ἀπήγον. HARD. — « Eadem quæ Taphiæ ab incolis appellantur. Ante Leucadiam Taphias (Taphiosis κ.) Sifarna, Oxiae. » PRYT. — Dalec. « Eadem quæ Taphiæ : ab incolis, etc. » ED.

14. *Taphias, etc.* Dalec. *Zaphiottis, Arnozia*. ED. — E Teleboidibus, Taphiisve insulis, hæ tres ante Leucadiam jacent : cæteras ante Aetoliam, etsi Teleboidibus pariter accensendæ, communiore vocabulo Echinades appellantur. Ταφιάς a Cephalenia distat omnino stadiis xxx, auctore Stephano. Τάφος est Scholiastæ Apoll. loc. cit. aliisque Ταφιοῦς Straboni, lib. X, pag. 456. Sequuntur ὄξυαι, et Πρινόσσα. ὄξειων, hoc est, acutarum, meminit Stephanus, verbo, Ἀρτίμιτα. Eadem Θοαί appellatæ ab Homero, Strabone teste, lib. X, pag. 458. HARD. — Eadem videntur esse insulae istæ quæ nunc *Magnisi, Kalamota* et *Kastus* in recentioribus et probatissimis mappis appellatæ reperiuntur. ED.

Echinades¹⁵, Ægialia¹⁶, Cotonis, Thyatira, Geoaris, Dionysia, Cyrnus, Chalcis, Pynara, Mystus¹⁷.

Ante¹⁸ eas in alto Cephalenia¹⁹, Zacynthus, utraque²⁰ 3 libera : Ithaca²¹, Dulichium²², Same, Crocylea²³. A Paxo

15. *Echinades*. Desertæ insulæ, quarumque pleræque annexæ jam continenti, aggerente limum Acheloo amne, ut sit Strabo, lib. XVIII, pag. 458, et Thucyd. lib. II, 170. Ἐχινάδες ἰσθμοὶ νῆσοι, Scylaci, pag. 13. HARD.

16. *Ægialia, Cotonis, Thyatira, Geoaris, Dionysia, Cyrnus, Chalcis, Pynara, Mystus*. In R. 1, 2, Colb. 1, 2, etc. *Mystus* : in aliis *Nystus*. Videntur mihi sane Echinades eæ ab aliis Ægei maris insulis nomina esse mutuatæ, sed ea a librariis deformata sic restitui oportere : Ægialia, Cothon, Ios, Thia, Thera, Gyaros, Dionysia, Cythnos, Chalcis, Pynaria, Nisyros : quæ a Pomponio Mela recensentur lib. II, cap. 7, pag. 44, et nos de iis suo loco dicturi sumus. Pynaria eadem quæ Πινυρία. HARD. — Quum ita deformata sint istarum omnium insularum nomina, suum cuique assignare, inter ea quæ nunc sortita sunt, non tentabimus. Pleræque, ut super. nota monet Hard. nunc continenti adhærent ; inter reliquas animadvertuntur illæ quæ nunc *Dragonera, Curzolari* et *Ozia* dicuntur. ED.

17. *Mystus*. Vet. ap. Dalec. *Nystrus*. ED.

18. *Ante eas . . . diruta a Romanis*. « Ante eas in alto Cephalenia, quæ et ab oppido Same dicta : Zacynthus, utraque libera, Ithaca, Dulichium ; Crocylea, Paxos, Cor-

cyra quondam Melæna dicta. In Cephalenia Same diruta a Romanis. » Sic legendum. DALEC.

19. *Cephalenia. Cefalognia* : Zacynthus, *Zante*. HARD.

20. *Utraque libera*. Dalec. *utraque libera*. ED.

21. *Ithaca*. Ulysse alumno inclyta. Nunc *Thiachi* : nautis, *Cefalognia piccola*. HARD. — Ibi incolæ vestigia quædam domus Ulyssis adhuc monstrant. BROU.

22. *Dulichium, Same*. Sic Maro, lib. III Æneidos : « Dulichiumque, Sameque, et Neritos ardua saxis. » Sic Pomponio Mela, lib. II, cap. 7, pag. 44. Dulichium, Cephalenia, Neritos, Same, diversæ sunt insulæ. Prævit illis Homer. qui Σάμωv insulam, Iliad. B, v. 141, et in *Odyseea* interdum, vocat : quam ipsam esse Cephaleniam a quibusdam existimatum Eustathius ibidem refert, pag. 407. Errare Hesychius videtur, qui Δουλίχιον, τὸν Κεφαλληνίας vocet. HARD. — De Dulichio insula, quam submersam juxta Cephaleniam testantur nautæ, vide DONWELL, *Travels*, t. II, pag. 105 et 107, et POUQUEVILLE, *Voyage de la Grèce*, lib. XII, cap. 2, t. IV, pag. 309. ED.

23. *Crocylea*. In R. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. « Crocylea Paxo Cephalenia, etc. » Libri vulgati, « Crocylea, Paxos, Cephalenia, etc. » At si ea lectio steterit, et Paxos alia a duabus superius jam

Cephalenia quondam²⁴ Melæna dicta, undecim millibus pass. abest, circuitu patet²⁵ XLIV. Same²⁶ diruta a Romanis, adhuc tamen oppida tria²⁷ habet. Inter hanc et Achaïam, cum oppido magnifica²⁸ et fertilitate præcipua,

appellatis diversa, cæteris ignota Geographis, importune nobis obtruditur : et quod gravius est, desideratur haud dubie locus, a quo illa undecim millibus Cephalenia absit. Proinde scripsi confidenter, *Crocylea*, vel *Crocyle*. Deinde novam periodum auspicatus, *A Paxo Cephalenia*, etc. Paxi enim satis superque meminit in Paxorum duarum mentione Plinius. Τὰ Κροκύλεια plurius numero, apud Homer. Iliad. B, v. 139 : Οἱ ρ' Ἰθάκην εἶχον, καὶ Νηρίτων εἰνοσίφυλλον, καὶ Κροκύλει' ἐνέμοντο, καὶ Αἰγολίπα τραχείαν. Ut Ithacam, sic etiam Crocylea apud Homerum insulæ nomen esse visum est Plinio : Stephano quoque, ex Thucydide, quem intellexisse non videtur : est enim Crocyllion Thucydidi Ætoliæ oppidum, non insula. Contra vero Straboni, lib. VII, pag. 376, Crocylia Homeri oppidum esse Acarnaniæ continentis existimatum est. Heracleon vero apud Stephan. verbo Κροκύλειον, quadrifariam divisa Ithaca, tertiam ejus partem *Crocyllion* appellavit. HARD.

24. *Quondam Melæna dicta*. Melæna dicta, id est, nigra. Nigras insulas plerumque antiqui dixere, quæ multis arboribus consitæ, umbrosam speciem videntibus e mari referrent. BROU.

25. *Patet XLIV*. R. I, XLIII. Straboni, lib. X, pag. 456. Cephaleniæ ambitus est stadiorum prope

ccc, hoc est, xxxvii m. d. pass. HARD.— Lego CXIII. Ita MS. I. In Læt. XCI. In editione principe, LXXXIV. Pessime MSS. Reg. I, 2, et recentiores editiones XLIV. Errat quoque Strabo, lib. X, pag. 456, quum ait ambitum Cephaleniæ esse stadiorum prope ccc, id est, xxxvii m. d. pass. Majorem numerum sum sequutus, qui veritati propior est. Incolæ adseverant hanc insulam circuitu patere clx mill. Cl. GALLAND, *Voyage MS. du Levant*. Attendendum semper brevius esse recentiorum Græcorum milliarium, quam fuit Romanorum. BROU.

26. *Same diruta*. Same, nunc Samo, a Romanis diruta anno U. C. 565. Ibi manent rudera maximæ antiquitatis. BROU.

27. *Oppida tria*. Quum olim haberet quaterna : unde Τετράπολις Eustathio, pag. 307, et Straboni, pag. 455, appellata est. Horum quatuor oppidorum cives a Livio nominantur Nesiotæ, Cranonii, Pallenses, Samei : lib. XXXVIII, c. 28, atque ita fere a Thucyd. lib. II, pag. 119. Direpta Same a Romanis, Fulvio Cos. Imperatore, Samæos omnes sub corona venisse, idem est auctor, pag. 478. Contigit hæc clades anno U. C. 565. HARD.

28. *Cum oppido magnifica*. Libentius agnoverim, « cum oppido magnifico, » vel « oppido magnifica. » HARD.

nthus, aliquando appellata Hyrie²⁹, Cephaleniæ a me-
na parte xxv³⁰ millibus abest. Mons Elatus³¹ ibi no-
Ipsa circuitu colligit xxxvi³² millia. Ab ea Ithaca xv³³
bus distat, in qua mons Neritus³⁴. Tota vero circuitu
t xxv mill.³⁵ pass. Ab ea Araxum³⁶ Peloponnesi pro-
torium xii millibus pass. Ante hanc³⁷ in alto Asteris,
e : ante Zacynthus xxxv mill. pass. in Eurum ventum
phades³⁸ duæ, ab aliis Plotæ dictæ. Ante³⁹ Cephaleniam

Appellata Hyrie. Ex hoc Pli-
o Pomponium Melam emen-
(id quod Vossius prætermi-
qui Hyriam, Cephaleniam,
m, Samen, Zacynthus, seor-
Ionio mari nominavit, ceu
Hyria Zacynthusque diver-
er se insulæ. HARD.

XXXV millia. Sic ap. Dalec.
Ed. — Strabo, lib. X, pag.
stadiis lx tantum insulæ am-
circumscribit, quæ sunt vii
pass. sed manifesto errore. H.

Mons Elatus. Ab abietibus
m monti nomen : cui monti
Scopo vocato monasterium in-
Ed.

XXXVI millia. Leg. XXXV.
S. Reg. 1, 2, et editio prin-
BROT.

XV millibus. Sic in vet. ap.
mpium et Chiff. Dalec. XII
Ed.

Mons Neritus. Homerus,
B, v. 139, proxime a nobis
: quem ad locum Eustathius,
07. Νήριτον, inquit, ὄρος ἐστὶν
ἐν τῇ Ἰθάκῃ. H. — Nunc Monte
o. Ed.

Patet XXXV millia. Dissidet
n a Strabone, qui Ithacæ
um stadia colligere lxxx ait,
it, x mill. pass. HARD. — Ma-

ior est Ithaca. Videtur Plinius cir-
cuitum pro longitudine usurpasse.
BROT.

36. *Araxum.* De quo cap. 6. H.

37. *Ante hanc.* Ante Ithacam.
Ἄστρις Homero nota, Odys. Δ,
vers. 484. Stephano, Πρωτῆ, insula
prope Sphagiam et Pylum. HARD.

— Sed hæc trium Strophadum, de
quibus mox Noster, prima fuisse
videtur; illa autem, de qua nunc,
Ithacæ vicinior fuit, eamque in
præclara sua Græciæ mappa in-
dicat ΛΑΡΙΕ esse, quæ nunc *Iotako*
sive *Atacos* dicitur; quam quidem
nonnulli nominis quadam similitu-
dine capti Ithacam esse non satis
consulto voluerunt, quum tantum
scopulus sit incolis omnino carens.
Ed.

38. *Strophades.* Hodie *Strivali* et
Stamphane : olim Στροφάδες, quasi
æ circummagi aliquando, ac circum-
verti visæ fuerint : et Ἰωταλ, ut
Mela ait, lib. II, cap. 7, sive flu-
ctuantes. Στροφάδες νῆσοι πρὸς τῇ
Ζακύνθῳ, Steph. Antoninus in Iti-
ner. Marit. et Strophadas eas, et
Plotas vocat. HARD. et Ed.

39. *Ante Cephaleniam Letoia.*
Ptolemæo, lib. III, cap. 14, Λωτώα
νῆσος. H. — Ea est, auctore ΛΑ-
ΡΙΕ, quæ nunc *Guardiania* vocatur.

Letoia. Ante Pylum tres Sphagiæ⁴⁰ : et totidem⁴¹ ante Messenen OEnussæ⁴².

- 5 In Asinæo sinu, tres Thyrides⁴³ : in Laconico, Tegana⁴⁴, Cothon, Cythera cum oppido, antea Porphyris appellata. Hæc sita est⁴⁵ a Maleæ promontorio v millibus pass. ancipiti propter angustias ibi navium ambitu. In Argolico, Pityusa⁴⁶, Irine, Ephyre : contra Hermionium⁴⁷ agrum Tipareus⁴⁸, Aperopia, Colonis, Aristera : contra

40. *Sphagiæ*. Quarum maxima Σφαγία, et Σφακτηρία dicta, Pausaniæ, Lacon. lib. III, pag. 167, et Straboni, lib. VIII, pag. 359, προσκειμένη πλοίων τοῦ Πύλου. HARD.— Tres Sphagiæ videntur esse nunc *Prodano* quondam Prote dicta (not. sup. 37), *Sphagia*, quondam Sphacteria, ante Pylum, nunc *Zonchio*, sive *vieux Navarin* dictum; tertia fortasse fuit quæ nunc *Bechli* dicitur, in ipso Navarini portu, recenti Gallorum, Britannorum et Moscovitarum victoria illustrato. ED.

41. *Totidem*. . . *OEnussæ*. Vet. ap. Dalec. « Totidem in latere septentrionali : dextra in Messenen OEnussa. » ED.

42. *OEnussæ*. Οινούσαι Pausaniæ, Messen. lib. IV, pag. 282. A vini fertilitate vetus petita appellatio est. HARD.— Nunc *Sapience*, *Santa Maria* et *Cabrera* vocantur. ED.

43. *Thyrides*. Θυρίδες, Strab. lib. VIII, pag. 360, in Asinæo pariter sinu. De Asinæo sinu diximus cap. 7. HARD.— Nunc *Venetico* et *Formigues*. ED.

44. *Tegana*. Θηγανούσα Pausaniæ, loc. cit. Nunc *Servi*. Κόθων haud procul Cytheris, Stephano : nunc sine nomine. Κόθηρα denique omnium maxima, ante Tenarum

promontorium, Straboni, lib. VIII, pag. 363, nunc *Cerigo*. Olim etiam Πορφυρίς Solino, cap. XI, pag. 29, et Πορφύρουσα dicta, Eustathio in Dionys. v. 500, pag. 71, a copia quæ ibi est, præstantiaque purpurarum. HARD.— In Cythera multa concharum genera lapidescentia vidit, anno 1680, Cl. GALLAND. BROU.

45. *Hæc sita est*, etc. Solinus, cap. XI, pag. 29. HARD.

46. *Pityusa*. Hoc est, pinaria, πιτυούσα, a pinnum copia. Ἰρίνη deinde sit, an Εἰρήνη, quo nomine et ipsam Calauriam, quæ haud procul hinc abest, invenio nominatam apud Plutarch. in quæst. Græc. pag. 295, obscurum est. Ἐφύρη Stephano inter insulas haud procul Melo memoratur. HARD.— Pityusa, nunc *île du port Tolon* dicitur, Irine, *Kavouro*, *Platia* seu *Caronisi*, Ephyre, *Hypsili* sive *île du Diable*. ED.

47. *Hermionium*. Dalec. *Hermionum*. ED.

48. *Tipareus*, etc. Dalec. *Epiropia*. Chiff. *Eperopia*. ED.— De Tipareno et Colonide cæteri silent. Ἀπεροπία et Ἀριστοῦς Pausaniæ memorantur, Corinth. lib. II, pag. 150. HARD.— Tipareus nunc

Troezenium Calauria⁴⁹, quingentos passus distans⁵⁰ : Plateis⁵¹, Belbina, Lasia, Baucidias. Contra Epidaurum Cecryphalos⁵², Pityonesos⁵³ vi millibus passuum a continente. Ab hac Ægina⁵⁴ liberæ conditionis xvii⁵⁵ millibus pass. 6 cujus xx⁵⁶ mill. pass. præternavigatio est. Eadem autem a Piræo Atheniensium portu xx⁵⁷ mill. pass. abest, ante⁵⁸

Spetzia est, *Aperopia*, ut videtur, *Hydron*; Colonis autem insula hæc esse videtur ad occidentem superioris sita, et cujus nomen in mappa sua non refert LAFRÉ; *Aristera*, si eidem mappæ fides habenda sit, nunc *Spetzia poulo* dicitur. ED.

49. *Calauria*. Καλαύρεια Stephano. Mela, lib. II, cap. 7 : « Calauria inter ignobiles, alias leto Demosthenis nobilis. » HARD. — *Poros* hodie vocatur. ED.

50. *Quingentos passus distans*. Ab agro Troezenio. H. — Vet. ap. Dalec. « quingenta millia pass. distans a Plateis. » Dalec. « quingentos passus distans Plateis. » ED. — At Plateæ urbs Bœotiae est, longe ab hoc tractu semota, non n. modo pass. sed multis millibus : et in regionis mediterraneo posita, non in littore, unde insularum intervalla petuntur. A continente dispeci Calauriam exiguo freto iv stad. hoc est, d. pass. auctor est Strabo, lib. VIII, pag. 369. HARD.

51. *Plateis, Belbina*, etc. Chiffli. *Bellina*. ED. — Ex his sola Belbina Scylaci nota, pag. 19. Κατὰ δὲ τὸ Σκύλακιον ἀκρωτήριον τῆς Τροιζηνίας ἐστὶ νῆσος Βέλβινα, καὶ πόλις, contra Scyllæum Troezenii agri promontorium. Strabonē quoque, lib. VIII, pag. 365, et Stephano. HARD. — Hæ sunt; ut videtur, insulæ istæ quæ nunc *Moni Joreneh, Kophinidia*

et *San Giorgio d' Arbora* vocantur, sed suum cuique nomen assignare difficile videtur; ultimam tamen Belbinam esse opinantur Mannertus et LAFRÉ. ED.

52. *Cecryphalos*. Κεκρυφάλια Aristidi, apud Photium in Bibl. cod. 246, pag. 1221, prope Æginam : hod. *Keratès*. Diodoro quoque, Bibl. lib. XI, pag. 59, et Thucyd. lib. I, pag. 70. HARD.

53. *Pityonesos*. Dalec. *Sitionesos*. ED. — Πιτυόνησος insula pinaria. In MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, *Scinthionesos*. HARD. — Hodie *Ankistri*. ED.

54. *Ægina*. Αἴγινα, hodieque *Ægina*, sive *Enghia*. Ab ea sinti Saronico nomen. Pauli Medici *Æginetæ* patria. Hanc Agathemerus, Geogr. lib. I, cap. 5, porrectam ait esse stadiis clx, hoc est, xx mill. pass. ut recte Plinius. HARD. et ED.

55. *XVII millibus*. Lego *XVI millia*, ex MSS. Reg. 1, 2, et editione principe. BROU.

56. *XX mill.* Chiffli. *XIX mill.* Hanc lectionem secutus est Broterius, quæ et in MSS. Reg. 1, 2, et in editione principereperitur. ED.

57. *XX mill.* Sic apud Chifflet. Dalecamp. *XII*. Broterius, ex codd. proxime laudatis, *XXX mill.* ED.

58. *Ante OEnone*. Οἰνώνη Steph. Scymno Chio, pag. 23; Eustathio in Dionysium, vers. 512, pag. 73;

OEnone vocitata. Spiræo⁵⁹ promontorio objacent Eleusa, Dendros⁶⁰, Craugiæ duæ, Cæciæ⁶¹ duæ, Selachusa, Cenchreis, Aspis. Sunt et in Megarico sinu Methurides⁶² quatuor. Ægila⁶³ autem xv mill. pass. a Cythera, eademque a Cretæ Phalasarua oppido xxv mill. passuum.

XX. Ipsa Creta¹ altero latere ad austrum, altero ad septentrionem versa, inter ortum occasumque porrigitur, centum urbium² clara fama. Dosiades eam a Crete nym-

Tzetæ in Lycophr. vers. 195, p. 36; Apollodoro, lib. III de Diis, pag. 229, et ante eos Herodoto, Uran. lib. VIII, pag. 477, n. 46. HARD. — Vet. apud Dalec. *Enopia*. Ed.

59. *Spiræo*. De quo cap. 9. Ex his insulis Ἐλαῦσα Straboni memoratur, lib. IX, pag. 398. Ἄσπις Stephano. De cæteris auctores desidero. HARD. — E regione promontorii Spiræi, hodie, ut diximus, *Capo Franco*, reperiuntur insulæ *Petro*, sive *Psili*, *Havræo*, *Plato*, *Pente-Nisia*, *Fractera*, *Lavoura*, seu *Peristeria*; quod autem cuique assignandum sit vetus nomen omnino incertum est, quamvis *Pente-Nisia* Craugias esse dicat LAFITE, et *Lavoura* Eleusam. Ed.

60. *Dendros*... *Aspis*. Rectius fortassis *Adendros*, litterula ex superiore vocabulo repetita: quoniam quemadmodum mox citata *Aspis*, teste Stephano, careret arboribus: Ἄσπις, νῆσος ἀδενδρὸς οὖσα. In Reg. 1, *Adendros* legitur. HARD. — Sic dicta videtur, quod esset sine arboribus. Nunc *Pentenesia*. BROR.

61. *Cæciæ*. Chiff. *Acæciæ*. Ed.

62. *Methurides*. Vet. apud Dalec. *Ethurides*. Stephano *Methuriades*. Quarum, ut quidem videtur, maxi-

ma Μῆθουρία Stephano appellata est, inter Æginam et Atticam, juxta Træzenem: νῆσος μεταξὺ Αἰγίνης καὶ Ἀττικῆς, πλησίον Τροϊζήνος. *Revittouza* vocantur hodie, auctore LAFITE. HARD. et Ed.

63. *Ægila*. Ita MSS omnes, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. ubi perperam libri vulgati *Æglia*. Neque ipse Stephanus forte mendo caret, qui hanc insulam Αἰγάλειαν, pro Αἰγίλειαν vocet: nam de hac nostra eum agere, vel ipso situ, quod suspicatus est etiam Barbarus, satis admonemur, quum inter Cretam et Peloponnesum jacere dicat, quo situ est Ægila hæc a Phalasarua Cretæ distans xxv mill. pass. Αἰγάλεια, inquit, νῆσος μεταξὺ Κρήτης καὶ Πελοποννήσου ὁ οἰκίτωρ Αἰγύλιος. Quæ vox postrema suadet Αἰγίλια prius, vel Αἰγίλια scribi oportuisse. Herodoto, Erato, lib. VI, pag. 366, num. 97, Αἰγίλιν, vel Αἰγίλεια, variant enim ibi codices. Hodie *Cerigotto*. HARD. — Chifflet. *Ægialum*. Ed.

XX. 1. *Creta*. Nunc *Candie*. BROR.

2. *Centum urbium*. Maro, Æneid. lib. III, vers. 106: «Centum urbes habitant magnas.» Et Horatius, lib. III, ode 27: «Centum tetigit potentem Oppidis Creten.» Belli Tro-

pha³ : Hesperidis⁴ filia, Anaximander : a rege Curetum, Philistides Mallotes : Crates primum Aeriam⁵ dictam : deinde postea Curetin, et Macaron⁶ nonnulli a temperie cæli appellatam⁷ existimavere. Latitudine nusquam quinquaginta millia passuum excedens, et circa mediam sui partem maxime patens, longitudinem⁸ implet CCLXX⁹

jani temporibus urbes nonaginta. dumtaxat ibi fuisse prodit Ulysses, Odys. XIX, 174. At ætate sua centum fuisse refert Homerus, Iliad. II, 649. Nunc vero quæ sint alicujus nominis, vix quatuor omnino exstant : Castro metropolis, quæ Italis Candia dicitur, Canea, Retimo, Setia; in septemtrionali ora omnes positæ, namque bonis portubus caret australe littus. HARD.

3. *Dosiades eam a Crete nympa : Hesperidis filia, Anaximander : a rege Curetum, Philistides Mallotes : Crates primum Aeriam dictam : deinde postea Curetin, etc.* Perturbata hæc interpunctione præpostera ita sanavimus. Nihil juvat Solinus, cap. XI, pag. 29, qui miscere omnia videtur : nihil Martianus, lib. VI, c. de Thracia, p. 212, qui auctorum nomina prætermisit : « Creta, inquit, cui nomen suum Hesperidis Nympharum pulchra concessit, aut Curetum rex Cretes, a quo Creta primo, mox Curetis appellata : deinde propter cæli temperiem Macaronnesos appellata. » Cretam Hesperidos filiam pariter vocat Solinus : Apollodorus, lib. III de Diis, pag. 163, Ἀστειρίου, nisi mendum sit pro Ἑσπερίου. Creten Curetum regem, Jovis et Idææ Nymphæ filium Stephanus auctor est fuisse : meminit ejus et Scymnus Chius,

pag. 23. Unde in suspicionem venio nec posteriorem hujus sententiæ partem a vitio penitus immunem esse : nam ea vox *dictam* plane supervacanea est : nec illud *deinde postea* Plinianam elegantiam sapit. Quid si legas igitur : « Crates primum Aeriam, Idæam deinde, » nempe ab Idæa Nympa, *postea Curetin*, etc. Adeo non hæc nostra nobis conjectura displicet, ut si librorum ullus faveret, in textum inserere nulla religio foret. HARD. — Dalec. « Dosiades eam a Creta nympa Hesperidis filia; Anaximander a rege Curetum; Philistides, Mallotes Crates primum Aeriam dictam, deinde postea, etc. » ED.

4. *Hesperidis. Volebat Dalecamp. Hesperii.* ED.

5. *Aeriam. Ἀσία* Stephano : Gellio quoque, lib. XIV, cap. 6, pag. 777. HARD.

6. *Macaron. Hoc est, τῶν Μακάρων*, subintellige insulam. Solinus, et Martianus, Μακάρων νῆσον, *insulam beatorum.* HARD.

7. *Appellatam existimavere.* Vet. apud Dalec. *appellavere.* ED.

8. *Longitudinem.* Sic apud Chiff. Dalec. *longitudine implet CCLXX millia passuum.* ED.

9. *CCLXX mill. Ex Apollodoro CCLXXXVII, et octavas quatuor.* DALEC.

Lycastus³⁴, Rhamnus, Lyctus³⁵, Diium, Asum³⁶, Pyloros³⁷, Rhytium, Elatos, Pharæ³⁸, Holopyxos, Lasos³⁹, Eleuthernæ⁴⁰, Therapnæ, Marathusa, Cylissos : et aliorum⁴¹ circiter LX oppidorum memoria exstat. Montes⁴² :

mediterraneis oppidis accensetur. Quamobrem suspicor haud immerito *Rhaucus*, pro *Rhamnus*, scribi oportere : est enim Stephano, *Ῥαῦκος, πόλις ἐν μεσογείῳ τῆς Κρήτης*. HARD.

34. *Lycastus*. Homero superius laudato, et Stephano, aliisque, *Δύκαστος*. HARD.

35. *Lyctus*, etc. *Δύκτος* Stephano : Scylaci, *ἐν μεσογείῳ Δύκτος*, p. 18. Diium in mediterraneis insulæ urbibus qui statuerit, auctorem adhuc requiro. HARD.

36. *Asum*. Vet. apud Dalecamp. *Asium*. ED. — *Ἄσος* Stephano, unde Jupiter Asius appellatus. HARD.

37. *Pyloros*, *Rhytium*, *Elatos*. *Pyloros* quidem libri omnes, etiam MSS. exhibent : sed vitiatum, ut apparet, vocabulo : quum de Pyloro Cretæ cæteris scriptoribus silentium sit. *Elyros* potius agnoverim : nam Stephano *Ἐλυρος, πόλις Κρήτης*, quæ mendose ut arbitrator, Scylaci *Σάλυρος* vocatur. Aut certe *Ἰλυρος*, quæ *Κρητικὴ πόλις* Stephano pariter appellatur. Aut denique *Alloros*, quod apud Gruterum, pag. 505, fœdus recitatur inter *Ἀλλαριώτας* et *Παρίους*, Cretenses. *Elatos* vero (sic enim admonitu codicum Reg. 1, 2, Paris. et Chifflet. rescriptimus pro *Clatos*, quam vocem nihili prorsus vulgati libri exhibent :) *Elatos*, inquam, haud dubie ea est, quæ Stephano *Ἰαττία πόλις Κρήτης* dicitur : exstat apud Reines. p. 501,

marmorea inscriptio complexa fœdus inter Olontios, Latiosque, Cretenses populos, quos eosdem esse cum Elatiis arbitramur. *Rhytium* *Ῥύταιον* Suidæ est. *Rhytium* cum *Rhithymna* confundit Ferrarius in Lexico. HARD. — Pro *Pyloros* legitur in vet. apud Dalecamp. *Phileiros*. ED.

38. *Pharæ*, etc. *Φαραί* colonia Messeniorum est, Stephano teste. *Holopyxos* etiam *Melæ* cognita, I. II, cap. 7. HARD.

39. *Lasos*. Vet. apud Dalecamp. *Alos*. Omnibus ignota. ED.

40. *Eleuthernæ*, etc. *Ἐλευθέρινα* Stephano : Scylaci *Ἐλευθέρινα*, in *Κρήτη*. Est in Thesaurio Regio argenteus nummus ære mixtus, cum epigraphe, *ΕΛΕΥΘΕΡ*. . . *Therapnes* etiam meminit Solinus, *Marathusa*, *Mela*, lib. II, cap. 7, pag. 44, *Cylissi* Solinus. Editio Dalecampii *Mytinos*, *Parmensis Gytisos*. *Hermolaus*, et eum consecuti *Frobenius*, *Gelenius*, aliique, *Cytinos* : sed *Doriensis* urbs ea est, apud *Strabonem*, lib. X, p. 476, non *Cretica*. MSS. Reg. 1, 2, et *Chifflet*. *Gylysos*. *Colb.* 1, 2, *Gytisos*. At *Solinus* ex *Plinio* *Cylisson* habet, cap. XI, p. 29, quem secuti sumus. HARD.

41. *Et aliorum*. Quorum nomina *Meursius* recitat in libro de *Creta* insula. HARD.

42. *Montes*. Dalec. *montes Cadi-scus*. ED. — *Solinus*, cap. XI, pag. 29 : « *Albet* *Creta* *jugis* *montium*

Cadistus, Idæus, Dictynnæus⁴³, Corycus. Ipsa abest promontorio suo, quod vocatur Criumetopon, ut prodit Agrippa, a Cyrenarum promontorio Phycunte⁴⁴, cxxv millibus passuum. Item Cadisto⁴⁵. A Malea Peloponnesi lxxv⁴⁶. A Carpatho insula, promontorio Sammonio lx mill. in Favonium⁴⁷ ventum. Hæc inter eam et Rhodum interjacet.

Reliquæ circa eam : ante Peloponnesum duæ Coricæ⁴⁸, 5 totidem Mylæ : et latere septemtrionali, dextra Cretam habenti contra Cydoniam⁴⁹ Leuce, et duæ Budroæ. Contra

Dictynnæi et Cadisti : qui ita excandescunt, ut eminentes navigantes magis putent nubila. » Albos montes Plinius vocat, lib. XVI, c. 60, et lib. XXXI, cap. 26. Item Ptolemæus, lib. III, cap. 17, quod eorum juga nivibus semper albet. H.

43. *Dictynnæus*, etc. Dalecamp. *Dictæus*. Ed. — Idem qui Dictæus Callimacho : sed id Strabo negat, lib. XVIII, pag. 479. *Dictynnæum* hoc loco habent MSS. Pliniani omnes, Solinus quoque et Martianus : nomen ex ea re habet, quod Dictynna inde se, ut aiunt, præcipitem egit. Ptolemæo tamen loco cit. ἡ Δίκτη ὄρος et Κόρυκος ἄκρα, quæ nautis hodie *Punta di Coraca*. H.

44. *CXXV millia*. Ita MSS. omnes, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiff. tum hoc loco, tum lib. V, cap. 5, ubi eadem repetuntur : sic etiam vetustæ editiones ante Frobenium, qui prior centum millia passuum addidit. Atque ei sane adstipulari Strabonem intelleximus, qui, libro X, pag. 475, a Cyrenaica regione, ubi Phycus promontorium est, ad Criumetopon, ἀπὸ τῆς Κυρηναίας, ἐπὶ τὸ Κρίου μέτωπον, intervallum ait esse ex

Eratosthenis sententia, stadiorum bis mille, quæ passuum efficiunt ccl millia. Sed quamnam Plinius Agrippæ sententiam esse dixerit, non qualem esse oportuerit, inquirimus. HARD. — Quum Agrippa in suis mensuris sit accuratus, recte emendavit Frobenius *CCXXV millia*. Tanta est enim locorum distantia. Male MSS. ed. princeps et recentiores *CXXV mill.* Promontorium Phycus, nunc *Ras-al-Sem* ; a nautis vulgo dictum, *le cap Rasat*. BAOT. — Dalec. quoque *CCXXV millia* scripsit, qui numerus restituendus videtur. Ed.

45. *Item Cadisto. A Malea*. Dalec. *item Cadisco a Malea*. Ed.

46. *LXXV*. Dalecamp. *LXXX*. Chiff. *LXX*. Ed.

47. *In Favonium*. Occasum versus, inquit, a Carpatho Creta recedit, lx millibus passuum. H.

48. *Corycæ . . . Mylæ*. De his cæteri scriptores silent. Scopuli verius, quam insulæ. HARD.

49. *Contra Cydoniam*. Sive Cydonem, de qua paulo ante. Nam et Cydonia Latinis interdum, ut Solino : Græcis semper est appellata. Ipsa vero Leuce hodie est *Scoglio*

Matium, Dia⁵⁰. Contra Itanum⁵¹ promontorium Onisia⁵², Leuce : contra Hierapytnam, Chrysa⁵³, Gaudos. Eodem tractu Ophiussa, Butoa, Aradus⁵⁴ : circumvectisque Criu-metopon, tres Musagores⁵⁵ appellatæ. Ante Sammonium promontorium, Phoce⁵⁶, Platia, Sirnides, Naulochos, Armendon, Zephyre.

6 At in Hellade, etiamnum in Ægæo, Lichades⁵⁷, Scar-

di S. Theodoro, cum arce munitissima. Budoræ (sic enim MSS. habent, non Budoræ), nunc *Turluru*. HARD. — Dalec. *Budoræ*. Aliis, *Buto*. Sic Stephanus. ED.

50. *Dia*. Ita Reg. I, etc. non *Cia*. Dalecamp. *Cia*. Vet. *Dia*. ED. — Et Ptolemæo, lib. III, cap. 17, ac Straboni, lib. X, p. 484. Δία νῆσος, nunc *Standia*, conflata appellatione pravo harum vocum sono, εἰς τὴν Δίαν. HARD.

51. *Contra Itanum*. Orientale Cre-tæ promontorium illud est, ubi se insula in austrum flectere incipit : hodie *Capo Xacro* nautis. Ibi et oppidum Ἰτανός fuit, cujus Ptolemæus meminit, lib. III, cap. 17, et Notitia Eccles. Hieroclis : at non est *Paleocastro*, prope Candiam positum, ut visum est erudito viro : quæ illius partes in media fere oræ illius parte sint, quæ Boreæ obvertitur. HARD.

52. *Onisia, Leuce*. Sic apud Chiffli. Dalec. *Onisa*. ED. — Prior *Cofonisi* : altera sine nomine est : ejus tamen meminit Anton. in Itin. Marit. H.

53. *Chrysa, Gaudos*. Utriusque Mela meminit, lib. II, cap. 7, cap.

44. Posterior Ptolemæo dicta, ut arbitror, Κλαύδος νῆσος, III, 17, adjacens Cre-tæ, παρακείται τῇ Κρήτῃ : et in Not. Eccl. Hierocl. p. 25.

Harum major hodie *Gaidurognissa*.

54. *Aradus*. Ἀράδος circa Cretam insula Stephano. In MSS. et edit. Parm. *Aranus*. Libri vulgati perpetram, auctore Frobenio, *Rhamnus*.

55. *Musagores*. Mela, II, 7 : « Et quas Musagoras, numero tres, uno tamen vocabulo appellant. »

56. *Phoce*, etc. Dalec. *Phocæ*, etc. Volebat Dalec. *Plachia* pro *Platia*; vet. apud Dalec. *Syrindes* pro *Sirnides*; *Naumuchos* pro *Naulochos*. ED. — De Phoce Antoninus in Itiner. Marit. *Idarsia* insula Libyæ a Stephano adscribitur. Sirnides, vel ut MSS. *Syrindes* nusquam compertæ nobis : at Σύρινθος Stephano urbs Cre-tæ dicitur, forte pro insula Cre-ticæ ditionis. Naulochos ea est quæ Naumachos a Mela, una cum *Zephyre*, appellatur, loco citato. *Armedon* (sic enim MSS.), vel *Armen-don*, quæ sit, penitus obscurum. Et scopulis omnes, quam insulis, propiores. HARD. — *Armedon* est una ex insulis, quæ videntur ante Sammonium promontorium. BAOR. — Revera exstat in sinu *Bombea* insula Libyæ hoc nomine clara; ast, non eadem est de qua Plin. in eo momento agit. Nonne N. E. insulæ Cre-tæ sita? (Vid. *atlas d'Anacharsis*, *carte générale*, 2^e édition). ED.

57. *Lichades*. De his Strabo, lib.

phia, Caresa, Phocaria, compluresque aliæ ex adverso Atticæ sine oppidis, et ideo ignobiles. Sed contra Eleusina⁵⁸, clara Salamis: ante eam Psytalia: a Sunio⁵⁹ vero Helene quinque mill. pass. distans. Dein Ceos⁶⁰ ab ea totidem, quam nostri quidam dixere Ceam, Græci et Hydrussam⁶¹. Avulsa Eubœæ, quingentis⁶² longa stadiis fuit quondam: mox quatuor fere partibus, quæ ad Bœotiam vergebant, eodem mari devoratis, oppida habet reliqua, Julida⁶³, Carthæam: interciderere Coressus⁶⁴, Pœeessa. Ex hac profectam⁶⁵ delicatior⁶⁶ feminis vestem, auctor est Varro.

IX, pag. 426: Ἐνταῦθα καὶ αἱ Διχάδεις καλούμεναι τρεῖς νῆσοι, etc. Harum complures idem Strabo refert, lib. I, pag. 60, terræ motu esse demersas. Σαρρῆσια ex adverso in continente urbem habet cognominem, in Locrorum ora, de qua cap. 12 diximus. Caresa in MSS. *Corasa*. *Phocaria* a phocis seu vitulis marinis accepisse nomen videtur. In MSS. *Phocasia*. HARD. — Dalec. *Maresa* pro *Caresa*. ED.

58. *Contra Eleusina*. De qua egimus, c. 11. Ipsam vero Σαλαμίνα, hodie *Colouri*, in Saronico sinu: *Psytalia*, *Lypsocoutalia* incolæ vocant. De hac Pausanias, Attic. lib. I, pag. 67: Νῆσος δὲ πρὸ Σαλαμῖνός ἐστι καλουμένη Ψυττάλια, etc. H.

59. *A Sunio*. De Sunio, cap. 11. De Helene Mela, lib. II, cap. 4, pag. 43: «In Atthide Helene est, nota stupro Helenæ: et Salamis ex-cidio classis Persicæ notior.» Helene, ut olim Μαχρίς, Stephano teste dicebatur, quod est in longum porrecta, sic hodie *Macronisi*, hoc est, μακρὰ νῆσος, vocatur. HARD.

60. *Ceos ab ea*. Ab Helene toti-

dem, hoc est, quinque pass. mill. distans Κίως Straboni, lib. X, pag. 486, aliisque. Κία νῆσος Ptolemæo, lib. V, c. 15. Hydrussæ cognomen a copia aquarum petitum. Heracledes, cap. de politia Coorum, insulæ Coo attribuit, non Cæs: sed Ceon et Coon ab ipso confundi, sequentia ejus verba declarant. Nunc *Cia*, vel *Zea*. HARD.

61. *Hydrussam... quingentis*. Vet. apud Dalec. *Hydrussam avulsam Eubœæ. Quingentis*, etc. ED.

62. *Quingentis*. LXII D. M. pass.

63. *Julida*, etc. Ἰουλίς, Καρθαία, Πωήεσσα, Κορησία, Straboni, lib. X, pag. 486. Κορησσός Ptolemæo, lib. III, cap. 15. De Carthæa Ovidius, *Metamorph.* lib. VII, vers. 369: «Transit et antiquæ Carthæia mœnia Cæs.» HARD.

64. *Coressus, Pœeessa*. Strab. *Corissia, Proeessa*. DALEC.

65. *Ex hac profectam*. Hæc iisdem verbis Solinus, cap. VII, pag. 23. Vide quæ dicturi sumus lib. XI. ED.

66. *Delicatior*. Vet. ap. Dalec. *delectationis*. ED.

- 1 XXI. Eubœa¹ et ipsa avulsa Bœotia², tam modico interfluente Euripo, ut ponte³ jungatur : a meridie³ promontoriis duobus, Geræsto⁴ ad Atticam vergente, ad Hellespontum Caphareo insignis : a septemtrione, Cenæo⁵ : nusquam latitudinem ultra XL millia passuum extendit, nusquam intra duo millia⁶ contrahit : sed in longitudinem universæ⁷ Bœotia², ab Attica Thessaliam usque, præ-tenta in CL⁸ mill. pass. circuitu vero trecenta sexaginta
2 quinque. Abest ab Hellesponto parte Capharei, CCXXV mill. passuum, urbibus clara quondam, Pyrrha⁹, Porthmo,

XXI. 1. *Eubœa*. Nostris *Negrepont* : *Egrippos* olim, voce ab *Euripos*, ut arbitror, deflexa. Hunc porro Plinii locum de more transcribunt Solinus, cap. XI, pag. 30, et Martianus, cap. de Thracia, lib. VI, pag. 213. Vide Pomponium, lib. II, cap. 7, p. 43. H.

2. *Ut ponte jungatur*. Qui pons hodieque exstat, longitudine CCL pass. HARD.

3. *A meridie*. Dalec. ad meridiem. ED.

4. *Geræsto*, etc. Γεραίστον, Καφαρεύς, Κήναιον, promontoria Eubœæ terna, Straboni, lib. X, pag. 444, et Ptolemæo, lib. III, cap. 15. HARD.

5. *Cenæo*. Dalec. *Cæneo*. ED.

6. *Intra duo millia*. Sic Martian. lib. VI, pag. 213. Sic MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. sic denique Mela qui Martiano præiit. Vulgati libri perperam hactenus, *intra XX millia*. HARD. — *Nusquam latitudinem ultra XX mill. pass. extendit, nusquam intra II mill. contrahit*. Vet. adstipulantibus Strabone et Pomponio. Man. legit *nusquam infra*, etc. non *intra*. DALEC.

7. *Sed in longitudinem universæ Bœotia*. Malebat Dalec. *sed in longitudinem universa Bœotia*. ED.

8. *Præ-tenta in CL*. In longitudinem CL mill. pass. toti Bœotia² apposita. HARD. — Ex recentioribus CX. DALEC.

9. *Pyrrha*, etc. Pyrrhæ meminit Mela, loc. cit. Πυρραῦ Suidas. De Neso (sic enim ex MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. pro *Meso* rescripsimus), idem Mela : hodieque *Neso* vocatur, in parte insulæ boreali. Κήρινθος, Homero cognita Iliad. II, in Catal. vers. 45, et Ptolemæo, lib. III, c. 15 : Ὠρεὸς, πόλις Εὐβοίας, Stephano. Hinc Oritæ populi, quod Dalec. in Athen. lib. I, pag. 14, ad Indos Oritas perperam refert. Διον Homero rursum loc. cit. et Straboni, lib. X, pag. 446. Αἰθνησος eidem Straboni, pag. 445, cum thermis Herculeis, aquisve calidis. Ὀχη Eustathio in Iliad. pag. 279, et montis nomen, et vetusta Eubœæ totius appellatio fuit, ab oppido, ut apparet, cognomine. Οἰχαλία denique et apud Stephanum Eubœæ oppidum est. HARD. — Vet. ap. Dalec. *Neside*,

Neso, Cerintho, Oreo, Dio, Ædepsō, Ocha, Œchalia : nunc Chalcide¹⁰, cujus ex adverso in continenti Aulis est : Geræsto¹¹, Eretria, Carysto, Oritano¹², Artemisio, fonte Arethusa¹³, flumine Lelanto¹⁴, aquisque calidis, quæ Ellopiæ¹⁵ vocantur, nobilis : notior tamen marmore Carystio. Antea vocitata est Chalcodotis¹⁶, aut Macris, ut Dionysius 3 et Ephorus tradunt : ut Aristides, Macra : ut Callidemus, Chalcis, ære ibi primum reperto : ut Menæchmus, Abantias : ut poetæ vulgo, Asopis.

Ceritho, pro *Neso*, *Cerintho*. ED.

10. *Nunc Chalcide*. Χαλκίς Eustathio loc. cit. aliisque. Hodie ab Euripo affluente *Négrepont*, quasi ἐν Εὐρίπῳ, quam vocem sequior usus in *Egripo* transformavit. De Aulide diximus cap. 12. HARD.

11. *Geræsto*, etc. Dalec. *Geresto*, ut supra. ED. — Γεραϊστὸς κόμη, contra Sunium, Atticæ promontorium, ut auctor est Strabo, lib. X, pag. 446. Hodie *Iastura*. Ἐρετρία Straboni quoque loco citato, nunc *Trocco*. Κάρυστος Stephano, de quo oppido ille multa : nunc *Castel Rosso*. *Opulentissimæ Carystos et Chalcis*, inquit Mela, lib. II, cap. 7, pag. 43. De Oritano nihil compertum. De Artemisio Ptolemæus, lib. III, cap. 15, Ἀρτέμιδος ἱερὸν. Stephano, Ἀρτεμίσιον. HARD.

12. *Oritano*. Vet. ap. Dalec. *Orostane*. ED.

13. *Fonte Arethusa*. De quo Strabo consulendus, lib. I, pag. 58. HARD.

14. *Lelanto*. Fluvium igniti luti terræ hiatu erupisse in Lelanto campo idem Strabo narrat loc. cit. Et prope Oreum Κάλλαντα ποταμὸν idem collocat, lib. X, pag. 445, quem pro Plinii Lelanto accipi si

quis velit, non admodum reluctabor. HARD.

15. *Quæ Ellopiæ*. Dalec. cod. *Hellopiæ*. ED. — Ab Ellopiæ Eubœæ regione, de qua Strabo, pag. 446. HARD.

16. *Chalcodotis*. Quod æs prima dederit, ære ibi, ut mox subjicitur, primum reperto. Ita scribi porro id vocabulum, tum MSS. movent, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, etc. tum Græci sermonis proprietates exigit : non ut hactenus editum, *Chalcodotis* Sic Μακρίς a longitudine, Stephano dicta est, vel Μακρά. Ab Abantibus qui eam diu tenere, Ἀβαντιάς. Ἀβαντίς Pausaniæ, Eliac. prior. lib. V, pag. 332. Unde ἱερὸν οὐδ' αὖς Ἀβάντων a Nonno appellatur, Dionys. lib. XIII, pag. 361. Nomen utrumque hymno in Delum, Callimachus v. 20, complexus. Μακρίς Ἀβαντιάς Ἐλλοπιτίων; et Dionys. Perieg. v. 520. Ab Asopide deinde, hoc est, a Danae, vel Ægina Asopi filia postremum ei nomen est inditum : Scymnus Chius, pag. 23, de variis Eubœæ appellationibus : Διὰ τὴν φύσιν, τὸ πρότερον, ὡς φησὶν, Μακρίς, ἔπειτα ἀπὸ τῆς λεγομένης Ἀσώτιδος, Χρόνῳ λαβοῦσα τοῦνομα, Ἐββοία πάλιν. H.

3 ut proditur, sola motum²⁰ terræ non sensit. Ad M. Varronis²¹ ætatem, Mucianus prodidit bis concussam: Hanc Aristoteles ita appellatam prodidit, quoniam repente apparuerit²² enata. Æglosthenes Cynthiam²³, alii Ortygiam²⁴, Asteriam²⁵, Lagiam²⁶, Chlamydiam, Cynæthum²⁷, Pyrp-

pellatur, non *Fermina*, ut quibusdam visum est, quæ longe hinc abest. HARD.

20. *Sola motum*. Seneca, *Natur. quæst.* lib. VI, cap. 26, p. 912: « Sed movetur et Ægyptus, et Delos, quam Virgilius stare jussit: Immotamque coli dedit, et contemnere ventos. Hanc Philosophi quoque, credula natio, dixerunt non moveri, auctore Pindaro. Thucydides ait antea quidem immotam fuisse: sed circa Peloponnesiacum bellum tremuisse. Callisthenes et alio tempore ait hoc accidisse, etc. » En quod Mucianus prodidit, bis ante Varronis ætatem terræ motu Delon concussam. Vide Callimachum hym. in Delum. Thucyd. lib. II, pag. 104, belli Peloponnesiaci anno primo tremuisse ait, Olympiad. LXXXVIII. Ante Marathoniam pugnam, Herodotus, Erato, lib. VI, num. 98, pag. 366. HARD.

21. *Ad M. Varronis ætatem, Mucianus*. Tolet. *at M. Varronis ætate Mutianus*. Dalecamp. *non sensit ad M. Varronis ætatem Mutianus*. Ed.

22. *Apparuerit*. Παρά τὸ δῆλον. Servius ad Æneid. lib. III, v. 76: « Delos dicitur, quia diu latuit, et postea apparuit. Nam δῆλον Græci manifestum dicunt. Vel quod verius est, quia quum ubique Apollinis responsa obscura sint, mani-

festa illic dabantur oracula. » HARD.

23. *Cynthiam*. A Cyntho monte, de quo mox Stephanus: verbo δῆλος· ἐκλαίτο δὲ Κύνθος... καὶ Ἀσπερία, καὶ Πελασγία, καὶ Χλαμυδία. HARD.

24. *Ortygiam*. Straboni quoque, lib. X, pag. 436, ὠνομάζετο δὲ καὶ Ὀρτυγία πρότερον. A copia coturnicum, τῶν ὀρτύγων, quæ illic sunt, ut auctor est Phanodemus, lib. II rerum Atticar. apud Athen. lib. IX, pag. 392. Aliam causam affert Schol. Apollonii, ad Argon. lib. I, v. 308. HARD.

25. *Asteriam*, etc. Solinus, de Delo, cap. XI, pag. 30: « Eadem est Ortygia, inquit..., nunc Asteria, a cultura Apollinis: nunc a venatibus Lagia, vel Cynæthus: Pyrpile etiam, quoniam et ignitubula ibi, et ignis inventa sunt. In hac primum visæ coturnices aves, quas ὀρτυγας Græci vocant. » Lagia, seu leporaria, a leporum frequentia, λαγούς Græci nuncupant: Cynæthus ab ardore canum venaticorum dicta est, ἀπὸ τοῦ κύνος et αἴθω· quod tamen cum his ejusdem Strabonis, loco citato, verbis minime congruere videtur: οὐκ ἔξεστιν δὲ οὐδὲ κίνα ἐν Δῆλῳ τρέφειν. HARD. et ED.

26. *Lagiam* Vet. ap. Dalec. *Pelagiam*. Ed.

27. *Cynæthum* Dalec. *Cynæthum*. Steph. et vet. apud Dalec. *Cynthum*. Ed.

len²⁸ igne ibi primum reperto. Cingitur²⁹ quinque mill. passuum : assurgit Cyntho monte³⁰. Proxima ei Rhene³¹,⁴ quam Anticlides Celadussam³² vocat : item Artemin³³ Hellanicus. Syros³⁴ quam circuitu patere viginti millia pass. prodidere veteres, Mucianus centum sexaginta. Olios³⁵, Paros³⁶ cum oppido, ab Delo xxxviii mill. marmore nobilis, quam primo Platean³⁷, postea Minoida vocarunt. Ab 5

28. *Pyripilen*. Vet. apud Dalec. *Pyropolon*. ED.

29. *Cingitur quinque mill. pass.* Ita libri omnes scripti et editi. Cl. ΤΟΥΛΜΕΦΟΡΤ, ibid. pag. 342, perperam Plinium arguit, quasi *quindecim millia passuum* scripserit. BAOT.

30. *Cyntho monte*. Leg. *Cynthio monte*. Ita MSS. Reg. et editio princeps. BAOT. — Ita et Chiffli. ED. — Κύνθος ὄρος τοῦ Δήλου, Schol. Callim. pag. 9. Nunc *monte Cintio*. Non ille quidem excelsus, ut Strabo mentitur, sed vix altior Capitolino Romæ, teste αὐτόπτη Georgio Whelero, in Itinerario, pag. 176. HARD.

31. *Rhene*. Ῥήνη, νῆσος μαρὰ, πλησίον Δήλου, exiguo a majore Delo freto dispescitur. Plutarch. in Nicia, pag. 525. Ῥηναῖη νῆσος Herod. Erato, lib. VI, pag. 366, num. 97. HARD.

32. *Celadussam*. A strepitu undarum, id enim est proprie κελαιδῆν. A Dianæ nomine Ἄρτεμιν. H.

33. *Artemin Hellanicus*. Dalec. *Artemiten Helladius*. ED.

34. *Syros*. Vet. ap. Dalec. *Scyros*. ED. — Σύρος Straboni, lib. X, pag. 486, aliisque. Juxta Delum : ἡ Σύρα νῆσος μία τῶν Κυκλάδων πλησίον Δήλου. Suidas, verbo Φερεκύδης. Fuit enim Pherecydes Sy-

rius. Nunc *Sira*. Meminit Homerus insulæ hujus in *Odyssea*, lib. XV, vers. 402 : Νῆσός τις Συρίη κελήσμεται, εἶπω ἀκούεις, Ὀρτυγίης καθύπερθε, ὅθι τροπαὶ ἡελίοιο. Suarius Ulyssis, qui erat in Ithaca, nihil aliud his verbis significat, quam Syron insulam ultra Ortygiam, sive Delum esse : et quando in ea insula sol exoritur, tunc reverti eum simul ad Ithacam illustrandam : sive mox eum Ithacensibus apparere. *Syros* ad Eorum Peloponnesi est, ad occasum Ithaca. Non plus sapere certe suarius potuit. HARD.

35. *Olios*. Et hæc inter Cycladas Stephano, Ὀλίαιρος νῆσος τῶν Κυκλάδων μία, quam et a Paro distare ait ex Heraclide, stadiis LVIII, seu VII M. CCL. pass. Nunc *Rocchi*. Straboni, lib. X, pag. 485, Ὀλίαιρος. HARD.

36. *Paros*. Πάρος, quæ et Μινώα Stephano : Solino, cap. XI, pag. 31, et Isidoro, Orig. lib. XIV, cap. 6, *Minoia* : quod a Minoe subacta. Hodieque *Paros*. HARD.

37. *Quam primo Platean*. Hoc est, Πλατειαν, a planitie. Ita restitimus admonitu codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. et vet. Dalec. Parmensis quoque, vetustiorumque editionum : quarum neglecta fide

mill. quingenti pass. Nec deinde servari potest ordo. Acervatim ergo ponentur reliquæ. Scyros¹⁵ : Ios¹⁶ a Naxo viginti¹⁷ quatuor mill. pass. Homeri sepulcro veneranda, longitudinis viginti quinque mill. ante Phœnice¹⁸ appellata. Odia¹⁹, Letandros, Gyaros²⁰ cum oppido, circuitu duobus³ decim²¹ mill. passuum. Abest ab Andro²² sexaginta duobus

15. *Scyros*. Σκύρος olim, Neoptolemi Achillis fil. natalibus clara. Scyron hinc sustulit Hermolaus, haud sane satis considerate: quum eam vocem hoc loco MSS. omnes exhibeant: Reg. 1, 2, Colbert. 1, 2, Paris. Chiffli. et Tolet. et vetustiores editiones, ac Plinius ipse paulo post factam jam a se hujus mentionem haud obscure significet, scribens, et *Scyrum supra dictam*. Quod quidem ab ipso præstitum hoc loco exemplaria nunc laudata admonent: quibus nisi mos gerendus esset, post aliquot versus dilatam putarem, ubi Plinius a Gyaro Syrnos distare ait octoginta passuum millibus: « Ab ea Syrnos, inquit, LXXX mill. pass. » Syrnus enim quum veterum scriptorum nemo unus agnoverit, Scyrum ibi percommode locari posse arbitraret. HARD.—Scyros, nunc *Skyro*. Græcis vero dicitur *Agios Ischyros*, ob ædem D. Georgii; in qua, ut ferunt, multa patrantur miracula. BRON.

16. *Ios*. Hanc Cycladibus Stephanus adjudicat: hodie *Nio*, ex gemina voce ἐν ἴω. Homeri manibus illustrata. Scylax, pag. 21: Ἴος ἐν ταύτη Ὀμηρος τίθειται. Strabo similiter, lib. X, pag. 484, et oraculum vetus apud Stephanum. HARD.—Diurna anni 1772 nuntiavere, flagrantibus Russici et Turcici imperii bellis, inventum ibi esse a

comite GRUEN Homeri tumulum, in quo maximi poetarum cineres adhuc sederent, qui, quum apertus est tumulus, decidere: scriptoriam quoque supellectilem marmoream in eo inventam. Altum vero servatum postea de re tam insigni silentium fabulam esse aut mendacium prodidit. BRON.

17. *Viginti quatuor*. Chiffli. XVIII. Fortasse XIV, quod verum esset inter utramque insulam intervallum. Non autem amplior XII M. pass. est *Nio* insulæ longitudo. ED.

18. *Ante Phœnice*. Quod ea palmifera sit, Φοινίκην Stephano. H.

19. *Odia, Letandros*. MSS. *Odia, Olenrandos*: Vet. apud Dalecamp. *Odia, Tetandros*. Quæ nomina alibi nusquam audita. HARD. et ED.

20. *Gyaros*. Γύαρως Straboni, lib. X, pag. 485. Huc Romani noxios ablegabant. Juvenalis, satyra I, v. 73: « Aude aliquid brevibus Gyarris, et carcere dignum. » Et satyra X, vers. 170: « Ut Gyari clausus scopulis, parvaque Seripho. » Hodie *Ghioura*, inter Tenum et Ceam insulam. Apud Philostratum, de vita Apoll. lib. VII, cap. 8, pag. 341, Γύαρα, pro Γύαρα. HARD.

21. *Duodecim mill. pass.* Vet. apud Dalec. *XV mill. pass. prope*; quod quidem paulum a vero abest. Chiffli. *XXV mill. pass.* ED.

22. *Andro*. Dalec. *Anero*. Falsus

mill. pass. Ab ea Syrnos²³ octoginta mill. passuum. Cynæthus²⁴ : Telos²⁵ unguento nobilis, a Callimacho Agathussa²⁶ appellata. Donusa²⁷, Patmos²⁸ circuitu triginta²⁹ mill. pass. Corasiæ³⁰, Lebinthus³¹, Leros, Cinara, Sycinus³², quæ antea OEnoe³³ : Hieracia³⁴ quæ Onus : Casus³⁵,

autem videtur numerus *sexaginta duobus*; nam Gyaros vix XII mill. pass. distat a proximo Andri littore, et vix XX mill. pass. ab ipso oppido Andro. ED.

23. *Ab ea Syrnos.* Hodie omnino ignoratur. ED.

24. *Cynæthus.* Quo nomine Delon ipsam olim nuncupatam diximus, cap. 22. HARD. — Dalecamp. *Cynethussa.* ED.

25. *Telos.* Τῆλος, Stephano, ἀπὸ τῆς τῆλεως, a feni græci copia, quod in τηλίνου μύρου compositione partes præcipuas obtinet, ut dicemus lib. XIII, cap. 2. Hodie ignoratur. H.

26. *Agathussa.* Stephano quoque, Τῆλος, quam inter Cycladas reponit, ἱκαλιεῖτο δὲ καὶ Ἀγάθουσσα. Et Hesychio, apud quem Δῆλος pro Τῆλος legitur. HARD.

27. *Donusa.* Ita libri omnes. Μελα, l. II, c. 7, *Donyssa.* Stephano, Διονυσία, et a Dionysio Διονυσία. Viridi marmore nobilis: unde *viridem Donussam* appellat Virgilius. Ut Gyaros, reorum olim exsilio infamis. Vide Tacitum, Annal. lib. IV, c. 30. HARD. — Rhodo insulæ illam vicinam esse et hodie *Denusa* vocari ait Mannertus. ED.

28. *Patmos.* Straboni, lib. X, p. 488, Πάτμος. HARD. — Vet. apud Dalec. *Pathmos.* ED. — Nunc *Patmo.* Insula D. Joannis exsilio et Apocalypsi nobilitata. Habet circuitu XVII mill. pass. Sed si anfractus omnes

numerentur, erunt, ut ait Plinius, xxx mill. teste Cl. TOURNEFORT, ibid. tom. II, pag. 143. BROU.

29. *Triginta mill.* Quibusdam I mill. DALEC.

30. *Corasiæ.* Straboni, loco citato, Κορασσία, ab Icaria versus occasum paulum disjunctæ. Scopuli sunt, quos hodie *Dragonisi* vocant, teste Marco BOSCHINI. HARD. — Illas hodie vocari *Chero* et *Anti-Chero* ait D'ANVILLE : TOURNEFORT, tom. I, lib. 10, pag. 156, eas esse insulas *Fourni*, Samum inter et Icariam. ED.

31. *Lebinthos*, etc. Λεβινθος, Straboni, lib. X, pag. 487. Ovidius, *Metamorph.* lib. VIII, vers. 222 : « Dextra Lebinthos erat, secundaque melle Calymne. » Hodie *Levita* : mox Leros eidem Straboni, p. 488, Λέρος. Etiam nunc *Lero.* Κίναρα, hodie ignota, Athenæo memoratur, lib. II, p. 71. HARD. et ED.

32. *Sycinus*, etc. Dalec. *Sycinus.* ED. — Juxta Pholegandrum, auctore Strabone, lib. X, pag. 484, apud quem Σίκηνος, pro Σίκινος perperam appellatur. Nunc *Sikino.* De ea Solon apud Laert. Εἶπεν δὲ τὸτ' ἐγὼ Φολεγάνδριος, ἢ Σικινίτης, etc. HARD.

33. *OEnoe.* Οἰνή Stephano, et Etymologici auctori, quia consita vitibus est, διὰ τὸ εἶναι ἀμπελόφυτον. Item Scholiastæ Apollonii, ad lib. I Argon. vers. 623. HARD.

quæ Astrabe : Cimolus³⁶ quæ Echinussa, Melos³⁷ cum oppido, quam Aristides Byblida appellat, Aristoteles Zephyriam, Callimachus Mimallida, Heraclides³⁸ Siphnum, et Acyton. Hæc insularum³⁹ rotundissima est. Post Machia⁴⁰ : Hypere⁴¹, quondam Patage; ut alii, Platage, nunc Amorgos : Polyægos⁴², Phyle⁴³, Thera⁴⁴, quum pri-

34. *Hieracia*. Dalecamp. *Heraita*. Ignoratur. Ed.

35. *Casus*. Vet. apud Dalecamp. *Casos*. Ed. — Stephanus, inter Cycladas : Κάσος, μία τῶν Κυκλάδων ἑκαλεῖτο δ' Ἄμφη, καὶ Ἀστράβη. Nunc *Caso*, auctore M. BOSCHIMI. Diversa ab altera, quæ Achne cognominatur, lib. V, cap. 36. HARD.

36. *Cimolus*. Vet. apud Dalec. *Cimolus quæ Chinussa*. Ed. — Κίμωλος Straboni, lib. X, pag. 484. Incolis hodieque *Kimoli* : Venetis quondam *Argentiera* : non *Sicandro*, ut nonnulli Geographi putant. H.

37. *Melos*. Μῆλος Straboni, loco citato. A Melo duce Phœnicum nomen accepisse Festus existimat : alii a rotunditate mali. A Biblis Phœnicibus Βύβλον appellatam esse auctor est etiam Stephanus : et Ζεφυρίαν. Eadem Μίμωλις et Μεμωλις Hesychio nominatur, pag. 530 et 642. Pro *Byblida*, MSS. *Memblida*. In Gaza regia nummus est ex ære mediocri, habens ΜΗΛΩΝ in corona laurea. Hodie *Milo*. HARD. et Ed.

38. *Heraclides Siphnum*. MSS. *Siphin* : quos libenter sequimur : ne Siphnum inter Cycladas supra citatam, cum Melo confundat eadem nomenclatura. Ab altero nomine ejusdem insulæ, Græcis scriptoribus, Theophani et Cedreno, de funere Anastasii Augusti, est marmor Ἀκτανών. HARD.

39. *Hæc insularum rotundissima*. Errat certe hic Noster, et qui eum exscripsit de more Solinus, cap. XI, pag. 31 : nam, ut innumeras alias prætereamus insulas, vicina Melo Cimolus illa multo rotundior est, ut ex eruditi viri LAFIK mappa apparet. Ed.

40. *Post Machia*. In MSS. *Buporthmachia*, Reg. I, 2, Colb. I, 2, et Paris. HARD.

41. *Hypere*, etc. Vet. apud Dalec. « Hypane, quondam Pancale, et ut, etc. » Ed. — Hæc varia videntur esse insulæ Amorgi nomina. Ἄμωργος Straboni, lib. X, pag. 487, inter Sporadas. Nunc *Amorgo*. Quondam et Παγκάλη vocitata, Stephano teste. HARD.

42. *Polyægos*. A Mela quoque agnoscitur, lib. II, cap. 7. In Thesauro Goltzii nummus exstat cum epigraphæ ΠΟΛΥΑΙΓΙΩΝ. Nunc est *Polino*, juxta Melum, quam *Milo* esse diximus. HARD. et Ed.

43. *Phyle*. In MSS. *Saphyle*, vel *Aphile*. Ignoratur. HARD. et Ed.

44. *Thera*. Hesychius, pag. 486, Καλλίστη ἢ Θήρα τὸ πρότερον. Contra Scholiastes Apollonii, ad librum IV Argon. vers. 1763, vetustius Callistæ nomen esse existimat : ἡλλαξὶ τὸ ὄνομα ἢ Καλλίστη νῆσος, καὶ ὀνομάσθη Θήρα. Cui et Herodotus concinit, *Melpom*, lib. IV, pag. 271, et Pausanias, *Lacon*, lib. III, pag. 159.

num emersit, Calliste dicta. Ex ea avulsa postea Therasia⁴⁵ : atque inter duas enata mox Automate, eadem Hiera : et in nostro ævo Thia juxta eandem Hieram nata. Distat Ios a Thera viginti quinque mill. pass.

Sequuntur Lea⁴⁶, Ascania, Anaphe, Hippuris⁴⁷. Astypalæa liberæ civitatis⁴⁸, circuitu⁴⁹ LXXXVIII mill. passuum : abest a Cadisto Cretæ⁵⁰ cxxv mill. Ab ea Platea⁵¹ sexaginta mill. Unde Camina⁵² triginta octo mill. Azibintha, Lanise, Tragia, Pharmacusa, Techedia, Chalcia : Calydna⁵³, in

Fortè quæ aliis scriptoribus Θήρα, eadem Plinio *Philethera* dicitur. Hodie *Santorin*. HARD.

45. *Therasia*. Θερασία Ptolemæo, lib. III, c. 15. Nunc quoque *Therasia*. De Hiera lib. II, cap. 89. Hodie *Aspro-Nisi*, si docti ΛΑΡΙΕ mappæ credamus; Thia autem nunc *Nea Caimeni*. HARD. et ED.

46. *Sequuntur Lea, Ascania, Anaphe*. Chiffi. *Canaphe*. *Ascaniam* hodie esse *Christiana* indicat in mappa sua ΛΑΡΙΕ. *Anaphe* etiam nunc *Anaphi*, sive potius *Namphio*, vocari ait *Mannertus*, qui *Leam* et *Hipparim* cum *Ascania* inter insulas *Christiana* dicitas recenset. ED.

47. *Hippuris*. Ἰππουρίς νῆσος πλησίον Θήρας, inquit Scholiastes Apollonii, ad lib. IV Argon. v. 1712. HARD. — Addunt libri vulgati *Hippurissusa*; sed geminato perperam, ut per se liquet, unius ejusdemque nomine : quamobrem posterius expunximus. ED.

48. *Astypalæa liberæ civitatis*. Sic idem, cap. 19, *Corcyram* esse liberæ civitatis dixit, hoc est, civibus constare qui suis libere, non alienis legibus vivunt. Ἀστυπάλαια Straboni, lib. X, pag. 488. Hodie *Stampalia*. HARD.

49. *Circuitu LXXXVIII*. Leg. ex MSS. Reg. 1, et editione principe, *circuitu LXXXIX*. BAOR.

50. *Cadisto*. Dalec. *Cadisco*. Chiffi. *Cisto*. ED.

51. *Ab ea Platea*, etc. Hæ fere deinceps ab aliis scriptoribus prætermisæ. Χαλκίας tamen, hodie *Karki*, auctore D'ANVILLE, meminit Strabo, loco citato. Τραγίαῖς inter Cycladas, quo nomine etiam *Sporadas* comprehendit, *Stephanus*: apud quem et Φαρμακούσσα supra *Miletum* insula legitur, hodie *Fernaco*, ubi a prædonibus captum Cæsarem dictatorem narrat *Suetonius*, in *Julio*, cap. iv. Illam vero priorem, *Τραγίαν* vocat *Plutarchus* in *Pericle*, pag. 166. HARD. et ED.

52. *Camine*. Vet. apud Dalecamp. *Caminia*, ED.

53. *Calydna . . . a qua Carpathum*. MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. totidem ferme litteris ac syllabis. Libri vulgati a *Frobenio*, « *Calydna*, in qua oppida tria : *Calymnæ*, *Olymnos*, a qua, etc. » Satis confidenter id sane. Nam quis *Olymnus* insulam novit? Cur vocula *Coos* expuncta? Cur tena pro unico inculcata oppida? Nos vetustæ scripturæ vestigia sum-

qua oppidum Coos: Calymna⁵⁴, a qua Carpathum, quæ
 6 nomen Carpathio mari dedit, xxv mill. passuum. Inde
 Rhodum Africo vento quinquaginta m. pass. A Carpatho
 Cason vii m. A Caso Samonium Cretæ promontorium
 xxx⁵⁵ mill. In Euripo autem Euboico, primo fere introitu,
 Petaliæ⁵⁶ quatuor insulæ, et in exitu Atalante⁵⁷. Cyclades,
 et Sporades, ab oriente littoribus Icaris Asiæ, ab occi-
 dente Myrtois Atticæ, a septemtrione Ægæo mari, a me-
 ridie Cretico et Carpathio inclusæ, per dcc⁵⁸ m. in longi-
 tudinem, et per cc in latitudinem jacent.

ma fide secuti, integram eam le-
 ctionem defendimus. Agnoscimus
 enim cum Eustathio in Dionysium,
 vers. 530, p. 77, ex Lycophrone,
 Calydnas plures fuisse: quarum
 una peculiari nomine Calydna sit
 appellata: universæ simul Calymnæ,
 vel Calydnæ. Ex harum illæ numero
 sunt, quas Plinius in Asiæ insulis
 commemorat, lib. V, cap. 36, a
 quibus hæc differunt, in quibus
 describendis nunc sumus: illarum
 singulis sua sunt peculiaria oppida:
 huic Calydnæ primarium Coos, ab
 insula cognomine, quæ Hippocra-
 tem tulit, diversum: sic enim illud
 Hesychii accipiendum puto, Κῶς,
 μία τῶν Καλυδῶν, p. 548. Plinius,
 lib. XI, cap. 13, quæ *Calydna in-*
sula dicitur, ex ea Strabo, lib. X,
 pag. 489, *mel Calymnium* commen-
 dat in primis. HARD. — Dalecamp.
 « Calydna, in qua oppida Coos et
 Olymna, a qua, etc. » ED.

54. *Calymna*, etc. E Calydnis,
 seu Calymnis insulis, una, comūne
 cæteris nomen peculiari sibi jure
 vindicans. Hæc secunda est melle
 Calymne, ut Ovidius cecinit, *Me-*
tamorphos. lib. VIII, vers. 222. H.
 — Hodie *Calamine*. Centum autem

mill. pass. a Carpatho distat, non
 xxv, ut Noster ait. xxvii m. pass.
 est quoque inter Carpathum et Rho-
 dum intervallum, non quinquagin-
 ta. ED.

55. *XXX mill.* Hic error est in
 número, ut animadvertit Broterius,
 et legendum *LI*, sive *LII mill.* Su-
 pra enim Plinius, cap. 20, a Car-
 patho insula ad promontorium Sa-
 monium, hodie *capo Salamone*, nu-
 meravit *lx* mill. Circiter autem *viii*,
 sive *ix* mill. pass. inter Carpathum
 et promontorium Casi Samonio
 maxime vicinum est intervallum.

56. *Petaliæ*. Traxere nomen ii
 scopuli, insulæve, ex oppido in con-
 tinenti Eubææ opposito, contra
 Sunium promontorium: Πεταλία
 Straboni dicitur, lib. X, pag. 444.
 HARD. — *Spili* hodie vocantur. ED.

57. *Atalante*. Hodie *Talanti*. De
 ea egimus lib. II, cap. 90. HARD.

58. *Per DCC M. . . jacent.* Mu-
 tila hæc sententia est, omissa latitu-
 dinis mentione, in libris plerisque
 vulgatis: integram repræsentamus,
 tum ope codicum Reg. 1, 2, Colb.
 1, 2, Paris. Chifflet. Toletan. tum
 Parmensis editionis, tum denique
 Martiani scribentis, lib. VI, cap.

pagasicus sinus⁵⁹ ante se habet Eutychem, Cicyne-
 1⁶⁰, et Scyrum supradictam⁶¹, sed Cycladum et Spo-
 m extimam : Gerontiam, Scandilam⁶² : Thermæus⁶³,
 isiam, Solimniam⁶⁴, Eudemiam, Neam⁶⁵, quæ Mi-
 æ sacra est. Athos ante se quatuor : Peparethum cum
 lo, quondam Evænum⁶⁶ dictam, novem mill. pas-

racia, pag. 213 : per septua-
 (lege septingenta), ex fide co-
 MSS. omnium, atque ex re
) longitudinem : et per ducenta
 linem ducunt. HARD.

. Pagasicus sinus. De quo cap.
 lela, lib. II, cap. 7, pag. 43 :
 sæus sinus Scyron prospicit :
 ethum amplectitur. » Et Scy-
 pag. 24 : ἐν δὲ τῷ Παγασητικῷ
 ἴστι νῆσος Κυκόνηθος, καὶ πόλις
 atychia, nihil dum comperi.
 Euthiam habent, Εὐθείαν. H.
 gasicus sinus hodie golfe de
 dicitur ; Cicyneus insula
 aunc Cicynthos, sive Trikeri ;
 hia ignoratur, nisi sit parva
 , Agios Nicolaos dicta, juxta
 1 littus Pagasicum sinum in-
 mtibus. ED.

. Cicyneum. Vet. apud Dalec.
 m. ED.

. Scyrum supradictam. Hoc ipso
 his verbis, Scyros, Ios, etc.
 que Cycladum ac Sporadum
 ma versus septemtrionem,
 imaque est : cæteræ deinceps
 eum ordinem ac nomen illud
 itur. De Gerontia cæteri scri-
 silent. HARD. — Hodie Jou-
 i est, inter illas quæ Selidromi
 ur, septemtrionem versus re-
 ima. ED.

. Scandilam. Dalec. Scandiram.
 lam Mela, lib. II, cap. 7, p.

43. Hodie Scangero, sive Skantzoura.
 HARD. et ED.

63. Thermæus. Sinus scilicet, ut
 supra Pagasicus. Θερμαῖος κόλπος Ste-
 phano. De Thermæo egimus cap.
 17. Prius legebatur Thermesim,
 ceu nomen id insulæ foret, quod
 Ortelius quidem arbitratus est, qui
 eo vocabulo Thesaurum suum lo-
 cupletavit. At præter codicum MSS.
 fidem in quibus Thermæus legitur,
 ipsa res ita scribi plane postulat. H.

64. Solimniam, Eudemiam. Mallet
 Hermolaus Ἐλύμνιον et Εὐδείπνιον.
 quæ insularum nomina apud Ste-
 phanum exstant : sed sunt illæ alte-
 rius longe situs ac loci, non hujus
 in quo versamur. HARD.

65. Neam. Νέα numero multitu-
 dinis, insula Stephano dicitur haud
 procul Lemno, νῆσος πλησίον Λήμνου.
 Meminit et Antoninus Liberalis insu-
 lularum Lemnicæ ditionis, quæ Neæ
 vocantur. HARD. — Hæc et superio-
 res omnes hodie omnino ignorantur.
 ED.

66. Evænum. Vet. apud Dalec.
 Evænum dicto. ED. — Εὐαῖνον, vino
 fertilem. Heraclides, de Polit. Πε-
 πάρηθος. . . Αὕτη ἡ νῆσος εὐαῖνός ἐστι,
 καὶ εὐδενδρος, etc. Ovidius et ab oli-
 væ fertilitate commendat, Metam.
 lib. VII : « Nitidæque ferax Pepar-
 rethos olivæ. » Hodie Piperi voca-
 tur. HARD.

suum. Sciathum⁶⁷, xv⁶⁸ mill. Imbrum⁶⁹ cum oppido
 8 LXXXVIII millibus passuum. Eadem abest a Mastusia Cher-
 ronesi, xxv⁷⁰ mill. pass. Ipsa circuitu LXXII mill. pass.
 perfunditur amne Ilisso. Ab ea Lemnos⁷¹ viginti duo
 mill. quæ ab Atho LXXXVII mill. pass. Circuitu patet CXII⁷³
 M. D. pass. Oppida⁷⁴ habet, Hephæstiam, et Myrinam,
 in cujus forum⁷⁵ solstitio Athos ejaculatur umbram. Ab ea
 Thassos libera quinque mill. passuum, olim⁷⁶ Aeria, vel
 9 Æthria dicta. Inde⁷⁷ Abdera continentis, xxii⁷⁸ mill. pas-

67. *Sciathum*. Scymnus Chius, eodem ordine, pag. 24: Κεῖνται δὲ καὶ νησιδεῖς, Σκυῖρος, Πεπάρηθος, Σκύθος, scribe Σκιάθος, cum Strabone, lib. IX, pag. 136. Schol. Apollon. ad lib. I Argon. vers. 583: Σκιάθος νῆσος τῆς Θεσσαλίας, ἰγγύς Εὐβοίας. HARD. — Nomen hodie servat *Sciathos*. Dalec. *Schathum*. ED.

68. *XV mill.* Vet. apud Dalec. *XII mill.* ED.

69. *Imbrum*. Ἰμβρος Straboni, l. X, pag. 454. HARD. et ED.

70. *XXV mill.* Sic apud Chifflet. Dalec. *LXXXV mill.* XII mill. pass. esse videtur inter Imbrum et Chersonesum intervallum. ED.

71. *Lemnos*. Λήμνος, hodie *Stalimene*, voce conflata ex iis tribus, eis τὴν Λήμνον. Sive etiam *Lemno*. HARD. et ED.

72. *LXXXVII*. Solinus, cap. XI, pag. 31: «Athos a Lemno sex et LXXX millibus passuum separatur. HARD. — Major certe est hic numerus. Georgerinus, archiepiscopus, ut supra dixi, quum de monte Atho ageretur, ait insulam Lemnon distare tantum XI mill. pass. ab Atho: nec majorem distantiam monstrant accuratissimæ nostræ tabulæ geographicæ. BROU.

73. *CXII mill. pass.* Ita rescriptissimum ex MSS. omnium fide, pro XXII. Est enim ampla et populosa. HARD.

74. *Oppida habet*, etc. Ἠφαυστία, ac Μύρινα Stephano, et Ptolemæo, lib. III, cap. 13. HARD. — Hæc *Palio Castro*; illa *Sanderlic* hodie vocatur, auctore D'ANVILLE. ED.

75. *In cujus forum*. Solinus, loco citato. Quo pertinet et illud Sophoclis, quod refert Scholiastes Theocriti, Idyll. VI, v. 76: Ἄθως σκιάζει νῶτα Λημνίας ἁλός. HARD.

76. *Olim Aeria*. Dalecamp. *Æria*. Vet. apud eundem *Æraria*. ED. — Stephanus: Ὅτι δὲ καὶ Ἄερια ἢ Θάσος δῆλον, idque ex veteri oraculo confirmat: Νῆσῳ ἐν Ἠερίῃ κτεῖσιν εὐδείελον ἄστῳ. Ἄερια... Θάσον τὴν νῆσον οὕτως ἐκάλουν. Hodie *Tasso*. In nummis antiquis, ΘΑΣΙΩΝ. H.

77. *Inde Abdera*. Abest, inquit, Thassos ab Abderis, quod est in continente, seu littore opposito oppidum, xxii mill. pass. Ab Atho monte LXXII. De Abderis diximus, cap. 18. HARD.

78. *XXII mill.* Sic apud Chifflet. Dal. vero *viginti millia*. — XIII autem pass. M. vera videtur fuisse distantia. ED.

suum. Athos sexaginta⁷⁹ duo mill. Tantumdem⁸⁰ insula Samothrace, quæ libera, ante Hebrum⁸¹, ab Imbro triginta⁸² duo mill. a Lemno viginti duo m. d. a Thraciæ⁸³ ora triginta octo mill. circuitu triginta duo mill. attollitur monte Saoce⁸⁴ decem mill. passuum altitudinis, vel importuosissima omnium. Callimachus eam antiquo nomine Dardaniam⁸⁶ vocat⁸⁶. Inter Cherronesum et Samothracen,

79. *Sexaginta duo millia. Leg. sexaginta duo mill. d. Ita MSS. Reg. 1, et editio princeps. Brot.*—Fortasse pro LXII scribendum esset XLII, quo revera intervallo distant inter se Athos et Thassos, et Thassos et Samothrace. ED.

80. *Tantumdem. Vet. apud Dalec. tantumdem ad insulam Samothracen. Scilicet illam LII, aut potius, ut diximus, XLII mill. pass. a Thasso abesse ait. Nunc Samothraki vocatur. Σαμοθράκη porro insulam sacram græce sonare scribit Diodorus Sic. Bibl. lib. III, pag. 189, et lib. V, pag. 322. HARD. et ED.*

81. *Ante Hebrum. Thraciæ amnem, de quo cap. 18. HARD.*

82. *Triginta duo. Quibusdam XX. Chiff. XXXV. DALEC.*—*Leg. XII mill. Pessime in libris scriptis et editis, triginta duo millia. Quasi Samothrace magis distaret ab Imbro, quam a Lemno. Contra Imbrus est inter Samothracen, et Lemnon. Irrepsit error ex triplicata denarii numeri nota. Nec Samothrace distat amplius XII mill. ab Imbro. Brot.*

83. *A Thraciæ ora triginta octo mill. circuitu triginta duo mill. Hæc suspecta videntur, et forte a sciolo addita. Desunt enim in MS. Reg. 1, et editione princeps. Sunt autem absurda. Samothrace vix distat XVIII mill. ab ora Thraciæ. Brot.*

84. *Saoce. Σαώκη. Monte Nettuno. Ita libri omnes. Hermolaus tamen libentius Sao agnoscit, ex Nicandro, qui pag. 35, in Theriac. Σάου meminuit, quem Samothraces insulæ montem esse Scholiastes Græcus in eum locum prodidit, pag. 24. At receptam lectionem defendit Hesychius, qui et ipsam insulam eo nomine quondam appellatam tradit, ex monte haud dubie cognomine. Σαωκίς, inquit, ἢ Σαμοθράκη οὕτως ἐκαλεῖτο πρότερον. Didymus vero et montem ipsum nominat, in Iliad. N, v. 12, pag. 387: Τῆς Σαμοθράκης τὸ μέντοι ἐν αὐτῇ ἔρος, Σαώκη καλεῖται. Item Geopon. auctor. lib. II, cap. 5, pag. 38. Quum porro in MSS. omnibus, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2. Paris. Chiff. Tolet. diserte legatur, « Attollitur monte Saoce decem mill. pass. altitudinis, vel importuosissima omnium: » quo fato, quove consilio factum sit, ut in libris vulgatis « decem mill. pass. portuosissima omnium, » cæteris vocibus expunctis, legatur, non satis intelligo. HARD.*

85. *Dardaniam. Δαρδανία quoque Stephano dicitur, et Straboni, in Epit. lib. VII, pag. 331, a Dardano Iasonis fratre: Pausaniæ denique, Achaic. lib. VII, pag. 403. HARD.*

86. *Vocat. Sic ap. Chiff. Dalec. vero nominat. ED.*

utrimque fere quindecim mill. Halonesos⁸⁷ : ultra Gethone, Lamponia⁸⁸, Alopeconnesus⁸⁹, haud procul a Cælo, Cheronesi⁹⁰ portu, et quædam ignobiles. Desertis⁹¹ quoque reddantur in hoc sinu⁹², quarum modo inveniri potuere⁹³ nomina : Desticos⁹³, Larnos, Cyssiros, Carbrusa, Calathusa⁹⁴, Scylla, Draconon, Arconesus, Diethusa, Scapos, Capheris, Mesate⁹⁵, Æantion, Pateronnesos⁹⁶, Pateria, Calathe⁹⁷, Neriphus, Polendos.

XXIV. Quartus¹ e magnis Europæ sinus² ab Hellesponto incipiens, Mæotidis³ ostio finitur. Sed totius Ponti

87. *Halonesos*. Ἀλόνησος Harporationi exigua dicitur Ægæi maris insula. Alia est Strabonis Ἀλόνησος, lib. IX, pag. 436. H. — Hæc et sequentes ignorantur. ED.

88. *Lamponia*. Λαμπώνεια, quo nomine urbem in Troade Stephanus agnoscit. HARD.

89. *Alopeconnesus*. Vet. ap. Dalec. *Alope*, *Connesus*. ED. — Ἀλωπεκόννησος Stephano. Meminit et Livius lib. XXXI, cap. 16. In Melane sinu, hoc est, eodem quo a Plinio statuitur situ, a Pomponio quoque collocatur, lib. II, cap. 2. De portu Cælo diximus cap. 18. HARD.

90. *Desertis*. Emendabat Pintianus *desertæ*. ED.

91. *In hoc sinu*. Hoc est, in tertio Europæ sinu, qui Ionium mare Ægæumque complectitur H.

92. *Potuerunt*. Sic ap. Chiffi. Dalec. *potuerunt*. ED.

93. *Desticos*, etc. Forte *Distichos*. *Larnos*, in MSS. *Sarnos* : forte Κάρνος, quæ Stephano est Acarnaniæ insula. Pro *Cissiros*, an *Cisseros* ? ut ea vox insulam pumicosam significet. Καλάθουσα cognominem habet urbem in Ponto, cuius est

apud Stephanum mentio : Δράκιον, oppidum in insula Icaria, apud Strabonem, lib. XIV, pag. 639. Arconesus, sive Arctonesus, quæ vox ursorum insulam sonat, cognominem alteram in Asia contra Halicarnassum, de qua lib. V, cap. 36. Æantion, Αἰάντειον ab Ajace nomen habet. Μεσάρη, a situ, quoniam inter alias media : etc. *Pateronnesus*, haud dubie Πατέρων νῆσος. HARD.

94. *Calathusa*. . . *Arconesus*. Vet. ap. Dalec. « Calathusa, Dialcon, dicta Melantia, Draconon (alii *Druenon*), Arconesus. » ED.

95. *Mesate*. . . *Pateria*. Reponebat. Pint. « Mesatœa, Centiron, Phateronnesos, vel Paterion. » ED.

96. *Pateronnesos* Dalec. *Phateronnesos*. ED.

97. *Calathe*. Sic ap. Chiffi. Dalec. *Calate*. ED.

XXIV. 1. *Quartus*. Solinus, cap. XII, pag. 31, et Martianus, lib. VI, cap. de quarto sinu Europæ, pag. 213, iisdem uterque verbis. H.

2. *Sinus*. Chiffi. *sinibus*. ED.

3. *Mæotidis*. In Dalecamp. legitur *Mæotis*. ED.

forma breviter⁴ amplectenda est, ut facilius partes noscantur. Vastum mare præjacens Asiæ, et ab Europa porrecto Cherronesi littore expulsum, angusto meatu irrumpit in terras, septem stadiorum, ut dictum est⁵, intervallo Europam auferens Asiæ. Primas angustias Hellespontum⁶ vocant. Hac⁷ Xerxes Persarum rex constrato⁸ in navibus ponte, ducit exercitum. Porrigitur⁹ inde tenuis Euripus LXXXVI mill. pass. spatio ad Priapum urbem Asiæ, qua Magnus¹⁰ Alexander transcendit. Inde exspatiatur æquor, rursusque in arctum coit : laxitas Propontis¹¹ appellatur : angustia, Thracius Bosphorus¹², latitudine D. passuum¹³, qua Darius pater Xerxis copias ponte transvexit. Tota ab Hellesponto longitudo CCXXXIX¹⁴ M. 3 pass. Dein¹⁵ vastum mare, Pontus Euxinus, qui quon-

4. *Breviter amplectenda est.* Vet. ap. Dalec. « Quam breviter complectenda est. » ED.

5. *Ut dictum est.* Cap. 18. HARD.

6. *Hellespontum. Détroit de Gallipoli, sive des Dardanelles.* ED.

7. *Hac Xerxes.* Herod. Polym. lib. VII, pag. 397, num. 36, et seq. Solinus et Capella, locis citatis. HARD.

8. *Constrato in navibus ponte.* Sic etiam MSS. non ut Pintianus excogitavit, *constrato navibus Ponto.* HARD. — In vet. apud Dal. legitur *contracto*, non *constrato*. ED.

9. *Porrigitur.* Solinus, loc. cit. et Martianus. HARD.

10. *Qua Magnus. Leg. quam Magnus Alexander.* Ita MS. Reg. et editio princeps. Priapus ubi, nunc *Caraboa.* BROU. — Arrianus, de Exped. Alex. lib. I, pag. 32. H.

11. *Propontis. Mer de Marmara.* ED.

12. *Bosphorus. Détroit de Constantinople.* ED.

13. *D. passuum.* Agathemerus, Geogr. lib. I, cap. 3, Bosphori Thracii fretum, qua Darius subitario ponte confecto, transmisit exercitum, DCCCL pass. seu stadiorum sex esse ait : Ὁ δὲ Θέρσιος Βόσπορος, τὰ ζηνά, ἔπη Δάρσιος ἔσειεν ἐπὶ Σκύθας τὴν σχεδίαν, ζαδίων ζ'. De hac Darii expeditione adversus Scythas, Herodotum vide, Melpom. lib. IV, pag. 253, n. 88; Polyb. lib. IV, pag. 432. HARD.

14. *CCXXXIX M. pass.* Ita libri omnes, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiff. atque ipse etiam Martianus, loco citato. HARD. — *CCXXV M. pass.* ex Herodoto in Melpomene. ΠΙΝΤ.

15. *Dein vastum.* Sic etiam Mela, lib. I, cap. 19, pag. 22 : « Hic jam sese ingens Pontus aperit... olim ex colentium sævo admodum ingenio Axenus (hoc est, inhospitalis), post commercio aliarum gentium mollitis aliquantum moribus dictus Euxinus. » HARD.

dam Axenus, longe refugientes occupat terras, magnoque littorum flexu, retro curvatus in cornua, ab his utrimque porrigitur, ut sit plane arcus Scythici¹⁶ forma. Medio flexu jungitur ostio Mæotii¹⁷ lacus. Cimmericus¹⁸ Bosphorus id os vocatur, MM. D. pass. latitudine.

4 At inter duos¹⁹ Bosphoros Thracium et Cimmericum directo cursu, ut auctor est Polybius, D. M. pass. intersunt. Circuitu vero totius Ponti vices semel²⁰ centena quinquaginta M. ut auctor est Varro, et fere veteres. Népos Cornelius trecenta²¹ millia quinquaginta adjicit. Artemidorus vices novies centena XIX M. facit: Agrippa²² XXIV

16. *Arcus Scythici.* Sic Strabo, lib. II, pag. 125; Agathemerus, Geogr. lib. II, cap. 14, aliique. Sic arcus Scythici effigiem Pontus exhibet, ut latus australe, a Calchedone ad Phasiu usque, nervum repræsentet: boreale, geminum cornu, geminumque flexum, quem duo istius maris sinus efficiunt: prorsus ut Scythici arcus forma fuerit, cujusmodi litteræ majusculæ Græcorum Σῖγμα esse notissimum est. Nam etsi vetustam ejus litteræ formam olim fuisse constat, qualis est C Latinorum: vetustior tamen alteram esse, tum ex Athenæo liquet, Sigma Veterum affirmante simile esse arcui Scythico: tum ex antiquo Schin Chanæorum, W, unde Græcorum Sigma prodiisse dicitur. Hanc nostram interpretationem, si tibi lector, satis est otii, haustam intelliges, tum ex Agathemero, loc. cit. tum ex Mela, lib. I, cap. 19, tum vero maxime ex Dionysio Perieg. v. 158 et seq. HARD.

17. *Mæotii lacus.* Dalec. *Mæotici lacus.* Tolet. *Mæotis lacus.* Salm.

Mæotum lacus, et tandem Pintian. *Mæoti lacui.* ED.

18. *Cimmericus. Détroit d'Enikale,* sive *de Caffa.* Hæc quoque Martianus, lib. VI, pag. 213. Strabo pariter, lib. VII, pag. 310, vicinum circiter stadiorum freti hujus angustias esse ait, quæ sunt MM. D. pass. Polybius tamen circiter tricenum, lib. IV, pag. 427, hoc est, III M. DCCL. pass. HARD.

19. *At inter duos.* Martianus, loc. cit. HARD. — Tantum revera est inter Bosphoros duos ex probatissimis mappis intervallum. ED.

20. *Vices semel, etc.* Tolet. *vices semel M. ut auctor est Varro. Ut fere veteres, semel quinquaginta M.* ED. — Martianus, loc. cit. HARD.

21. *Trecenta millia quinquaginta.* Leg. *trecenta quinquaginta millia.* Ita legitur in MS. Reg. 1, et edit. princ. BRON.

22. *Agrippa XXIV.* Hoc est, vices et quater centena, et sexaginta mill. pass. HARD. — Sic ap. Chiff. Dalec. XXIII, cui adstipulatur Broterius, ex MS. Reg. 1, et editione principe. ED.

sexaginta mill. Mucianus, $\overline{\text{xxiv}}$ xxv ²³ mill. Simili modo²⁴ de Europæ latere, mensuram²⁵ alii quatuordecies centena LXXVIII M. D. determinavere : alii undecies centena²⁶ septuaginta duo millia : M. Varro ad hunc modum metitur. Ab ostio Ponti Apolloniam CLXXXVII ²⁷ M. D. pass. Calatin tantumdem. Ad ostium Istri CXXV . Ad Borysthenem CCXL .⁵ Cherronesum²⁸ Heracleotarum oppidum CCCLXXV M. pass. Ad Panticapæum, quod aliqui Bosphorum²⁹ vocant, extremum in Europæ³⁰ ora, CCXII M. D. quæ summa efficit³¹ XIII XXXVII M. D. Agrippa a Byzantio ad flumen Istrum, DLX . Inde³² Panticapæum DCXXXV ³³. Lacus³⁴ ipse Mæotis,⁶ Tanain amnem ex Riphæis³⁵ montibus defluentem accipiens, novissimum inter Europam Asiamque finem, XIV

23. *Mucianus. $\overline{\text{XXIV}}$ XXV* . Ita MSS. non $\overline{\text{XXVIII}}$ LXV , ut libri vulgati mendose habent. HARD.

24. *Simili modo*, etc. Dalec. *simili modo Europæ latere mensuram alii*, etc. omissa vocula *de*. ED.

25. *Mensuram*. Ponti Euxini, eo latere quo Europam alluit. HARD.

26. *Centena septuaginta duo*. In vet. ap. Dalec. desunt hæc duo vocabula, *centena*, et *duo*. ED.

27. *CCXXXVII M.* Libri vulgati, *CLXXXVIII*. Et mox ad *Panticapæum*, *CCXXII*, ubi nos, cum Pintiano, *CCXXII*, ex MSS. Reg. 1, 2, Paris. et Tolet. summa fide restituiimus, ita exigente in primis summa universa, quæ ex singularibus intervallorum mensuris colligitur : nempe $\overline{\text{XIII}}$. XXXVII D. pass. hoc est, ter et decies centena, et triginta septem millia pass. cum quingentis : cui summæ aut Martianus ipse, cap. de quarto sinu Europæ, lib. VI, pag. 214, aut amanuenses, quinquagenarii notam

incaute præfixere, et Europæ totius mensuram hanc esse ipse existimavit : non Ponti tantum, ab eo latere quo Europam alluit : «Varro dicit, inquit, Europæ totius longitudinem habere $\overline{\text{LXIII}}$. XXXVII M. D. pass.» HARD.

28. *Cherronesum*. De eo oppido dicemus cap. 26. HARD.

29. *Bosphorum*. Principem Bosphorianorum civitatem, $\mu\eta\tau\rho\acute{o}\pi\omicron\lambda\upsilon\tau\acute{\omega}\nu$ Βοσποριανῶν appellat Strabo, lib. VII, pag. 309. HARD.

30. *Europæ ora*. Tolet. *Euripi ora*. (Pint. ore.) DALEC.

31. *Efficit $\overline{\text{XIII}}$. XXXVII M.* Dalec. $\overline{\text{XIII}}$. XXXVII M. ED.

32. *Inde Panticapæum*. Dalec. in *Panticapæum*. ED.

33. *DCXXXV*. Dalec. *DCXXX*, spreta Chiffi. fide. ED.

34. *Lacus*. Dalec. *inde lacus*. ED.

35. *Ex Riphæis*. Mela, lib. I, cap. 19, pag. 24. Notum est non ex altis montibus, sed parum editis e collibus defluere Tanaim. ED.

VI M. circuitu³⁶ patere traditur. Ab aliis XI XXV³⁷ M. Ab ostio ejus³⁸, ad Tanais ostium³⁹ directo cursu CCCLXXXIV⁴⁰ M. pass. esse constat. Accolæ sinus⁴¹, in mentione Thraciæ dicti sunt⁴² Istropolim usque⁴³. Inde ostia Istri.

7 Ortus hic in Germaniæ⁴⁴ jugis montis Abnobæ⁴⁵, ex adverso Raurici⁴⁶ Galliæ oppidi, multis ultra Alpes millibus, ac per innumeras lapsus gentes Danubii nomine, immenso aquarum auctu, et unde primum Illyricum alluit, Ister appellatus⁴⁷, sexaginta annibus receptis, medio fer-

36. *XIV VI M. circuitu.* Hoc est, quater et decies centena, ac sex passuum millia cursu, quem in circuitum fere agit, complectitur. HARD.

37. *Ab aliis XI. XXV.* Hoc est, undecies centena, xxv millia. Strabo, lib. VII, pag. 310, Mæotidis ambitum ait complecti millia stadiorum octo: hoc est, decies centena millia pass. HARD.

38. *Ab ostio ejus.* Mæotidis paludis. HARD.

39. *Ostium.* Vet. ap. Dalec. portum. ED.

40. *CCCLXXXV.* Dalecampius, CCCLXXXV. ED.

41. *Accolæ sinus.* Dalec. *Accolæ sinus ejus.* ED.

42. *In mentione Thraciæ dicti sunt.* Cap. 18. HARD.

43. *Istropolin.* Istropolis, nunc Kara-Kerman; id est, nigrum castrum. BROU.

44. *In Germaniæ.* MS. Reg. 1, in *Germania.* De monte Abnoba, nunc *Schwartz-Wald*, vel *la Forêt noire*, totaque Germania fuse diximus ad Tacitum de Moribus German. ED.

45. *Montis Abnobæ.* Tacit. lib. de morib. German. quem vide:

« Danubius molli et clementer edito montis Abnobæ jugo effusus, etc. » et Festus Rufus Avienus confirmat, in *Descript. orbis*, v. 437: « Abnoba mons Istro pater est: cadit Abnobæ hiatu Flumen: in Eoos autem convertitur axes, Euxinoque salo provolvitur: ora per æquor Quinque vomunt amnem. » Ptolem. lib. II, cap. 11, τὰ Ἀβνοβὰ ἔρη. Marelano Heracleotæ, pag. 82, corrupte admodum Ἀδούλας nominatur. HARD. et ED.

46. *Raurici.* Vel Rauraci: quo etiam modo Massiliam, et Massaliam dicimus. Agemus de eo oppido, cap. 31. Inde Rauraci montes, apud Ammian. lib. XXII, p. 217: « Amnis vero Danubius, inquit, oriens prope Rauracos montes confines limitibus Rhæticis, per latiore orbem protentus, ac sexaginta navigabiles pæne recipiens fluvios, septemostis per Scythicum Ponti latus erumpit in mare. » Solinus, cap. XIII, pag. 33: « Ister Germanicis jugis oritur, effusus monte qui Rauracos Galliæ adspicit. » HARD. — In vet. apud Dalecamp. *Saurici* perperam pro *Raurici* legitur. ED.

47. *Ister appellatus.* Agatheme-

me numero eorum navigabili, in Pontum vastis sex fluminibus⁴⁸ evolvitur. Primum⁴⁹ ostium Peuces : mox ipsa⁵⁰ Peuce insula, a qua proximus alveus appellatus⁵¹, XIX⁵² millia pass. magna palude sorbetur. Ex eodem alveo et⁸ super Istropolim lacus gignitur LXIII M. pass. ambitu : Halmyrin⁵³ vocant. Secundum ostium Naracustoma⁵⁴ appellatur. Tertium Calonstoma⁵⁵, juxta insulam Sarmaticam.

rus, Geogr. lib. II, cap. 4, Vindobonam usque, hoc est, Austriæ Viennam, Danubium appellari ait: μέχρις Οδίνδοβούνης πόλεως Δανούβιον καλεῖσθαι, etc. HARD. — *Donau* vocatur incolis. ED.

48. *Sex fluminibus*. Quinque, si Dionysio Periegetæ credimus, v. 301, et Festo Avieno, v. 441. Mela, lib. II, cap. 7, pag. 42, « sex sunt insulæ inter Istri ostia. » Septem igitur ostia necesse est esse, quot nimirum Ammianus agnovit. Et idem Mela, lib. II, cap. 1, totidem Istro, quot Nilo, assignat ora. HARD.

49. *Primum ostium Peuces*. Ita dictum a Peuce insula, nunc *Piczina*. Super Istropolin lacus, nunc *Kara-Sou*. Secundum ostium Naracustoma, nunc *Hazrali Bogasi*. Tertium Calonstoma, nunc *Susie Bogasi*. Quartum Pseudostomon, nunc *Selina Bogasi*. BROU.

50. *Ipsa Peuce*. Omnium notissima et maxima, inquit Mela, loc. cit. Inde nomen ei, quod multas πύκας arbores ferat. Magnitudo par Rhodo: Ita auctor Periplus Ponti Euxini, pag. 11. Stephano quoque nota, Πύκη νῆσος ἐν τῷ Ἰστρῷ. H.

51. *Appellatus*. Vet. ap. Dalec. appellatur. ED.

52. *XIX millia pass.* etc. Vet.

ap. Dalec. et XI M. pass. magna palus oritur ex eodem alveo. ED.

53. *Halmyrin*. Ἁλμυριν Græci salsuginem vocant. Auctor est Philostorgius, lib. X, cap. 6, Eunomium Arianae factionis antesignanum, Halmyrida in exsiliium pulsum esse, eumque Mysiæ locum ad Istrum fuisse, quod ait etiam Nicephorus, Eccles. hist. lib. XII, cap. 29. Aut ab oppido lacum, aut a lacu potius oppidum id nomen esse sortitum apparet. In Notitia Hieroclis, Prov. Scythiæ, Ἁλμυρις, pag. 21. HARD.

54. *Naracustoma*. Sic Ammianus, lib. XXII, pag. 218. Apollonius Rhod. Argon. lib. IV, vers. 312, duo Istri ostia referens, alterum Καλὸν ζῶμα, alterum, inquit, καλέουσι Νάρηκος, ubi Scholiastes legisse videtur, καλέουσι Ἄρηκος. At Ναρᾶκου ζῶμα dicitur, ab auctore Periplus Ponti Euxini. Forte rectius *Narcustoma*, hoc est, os pigrum ac stupidum, ob quamdam paludis immobilitatem. HARD. — Nunc, ut diximus, *Hazrali Bogasi*. ED.

55. *Calonstoma*. Καλὸν ζῶμα Ptolemæo, lib. III, cap. 10, et Ammiano, loc. cit. qui Pseudostoma ambo agnoscunt cum Solino, cap. XIII, pag. 33. Nos ex MSS. *Pseudostomon* scripsimus. H. — Nunc,

Quantum Pseudostomon, et in insula⁵⁶ Conopon diabasis⁵⁷: postea Boreostoma⁵⁸ et Spireostoma⁵⁹. Singula autem ora tanta sunt, ut prodatur in quadraginta millia passuum longitudinis vinci mare, dulcemque⁶⁰ intelligi haustum.

XXV. Ab eo in plenum¹ quidem omnes Scytharum sunt gentes: variæ tamen littori apposita tenuere: alias Getæ, Daci² Romanis dicti: alias Sarmatæ, Græcis Sauromatæ,

Susie Bogasi, ut modo supra diximus. ED.

56. *Et in insula*. Ita MSS. omnes, Reg. 1, 2, Colb. etc. Vulgati perperam, et *insula*. HARD.

57. *Conopon Diabasis*. Κωνώπων διάβασις, hoc est, culicum transitus ab ea insula certo anni tempore fieri consuetus, ad paludis Mæoticæ locum, ut quidem auguror, Κωνώπων inde appellatum, cuius Stephanus meminit: ubi lupi a piscatoribus alimenta sumentes, captos custodire pisces traduntur. Hujus vero insulæ, in qua versamur, mutilum nomen poetica licentia Lucanus expressit, lib. III, vers. 200: « et Barbara Cone, Sarmaticas ubi perdit aquas, sparsamque profundo Multifidi Peuceen unum caput alluit Istri. » HARD.—Insula hæc, nunc *Ilan Adasi*, vel *l'île des serpens*. BROU.

58. *Boreostoma*. Vet. ap. Dalec. *Boriostoma* et *Stenostoma*. ED. — *Boreostoma* et *Stenostoma* habet Ammianus loc. cit. Βόρειον στόμα, hoc est, boreale, et Ψιδὸν στόμα, hoc est, tenuis, Ptolemæus, lib. III, c. 10, et auctor Periplus Ponti Euxini. MSS. tamen *Spireostoma*, forte pro *Spireostoma*, cujusmodi et Σπίρειον ἄκρον in Saronico sinu a Plinio superius vidimus cap. 9,

Ptolemæoque appellari. HARD. — Est boreale et tenue ostium, cui adjacet oppidum *Kilia*. BROU.

59. *Singula autem*. Solinus iisdem verbis, cap. XIII, pag. 33. HARD.

60. *Dulcemque*. Idque ex dulci haustu aquæ intelligi. HARD.

XXV. 1. *Ab eo in plenum*. Vet. ap. Dalec. *ab eo in pleno*. ED. — Ab ostiis Danubii planitiem omnem versus occasum late diffusam, utroque annis latere Scythas tenuerunt. Loca tamen ripæ proxima variæ subinde Scytharum gentes, primum Getæ, quos Romani Dacos appellant: hos pepulere deinde Sarmatæ, etc. Vide Dionys. Perieg. v. 302. HARD.

2. *Daci*. Sunt qui Plin. hoc loco erroris insimulent, perinde, ac si temere Getas cum Dacis confuderit. At eandem Scytharum gentem utraque appellatione promiscue Romanis appellatam, auctor est luculentus Dio, lib. LI, p. 460: Οἱ δὲ ἐπίκαινα Δακοὶ κέκληνται, εἴτε δὴ Γέται τινές, εἴτε καὶ Θρᾷκες, τοῦ Δακικοῦ γένους τοῦ τὴν Ῥοδόπην ποτὶ ἰννοχῆσαντος, ἔντες. « Qui Daci postea vocati sunt, sive Getæ si fuerint, sive Thraces orti ab iis Daciis, qui Rhodopen quondam incoluerunt, etc. » Nec vero quum Dacos Plinius nunc appellat, et Sarmatas,

eorumque Hamaxobii³, aut Aorsi⁴: alias Scythæ⁵ degeneres et a servis orti, aut Troglodytæ: mox Alani, et Rhoxalani. Superiora autem⁶ inter Danubium et Hercynium⁷ saltum, usque ad Pannonica hiberna Carnunti⁸, Germanorumque ibi confinium, campos, et plana Jazyges⁹ Sarmatæ: montes vero¹⁰ et saltus pulsus ab his Daci ad

et Aorsos, id agit, ut cæteras singulorum sedes assignet, quas, quum ille hæc scriberet, nondum ii forte habebant: sed quam fuerint earum gentium migrationes variæ, quæ diversis temporibus, pulsus prioribus incolis, eandem Danubii ripam tenuerint, id cursim raptimque perstringit. HARD.

3. *Hamazobii.* Δακοί, Ἀμαξόβιοι, Ἀορσοί, Ἄλανοί, Σκύθαι, Ρωξολανοί, supra Danubium a Ptolemæo recte collocantur, lib. III, cap. 5, ubi nunc Bessarabia est, Moldavia, Valachia, et pars regionis ejus, quam Transylvaniam vocant. Τρωγλοῦται vero cap. 10, sub ostio Peuce, ubi Istropolis civitas est, latere amnis australi, quæ nunc Bulgaria pars est maxime orientalis. Κροβύζους Τρωγλοῦτας appellat Strabo, lib. VII, pag. 318. HARD.

4. *Aorsi.* Chiffi. Corsi. ED.

5. *Scythæ.* Vet. ap. Dalec. *Sindi*; item ap. Strab. ED.

6. *Superiora autem.* Ubi nunc Transylvania est, et Hungariæ pars, supra latus Danubii boreale. HARD.

7. *Hercynium.* «Hercynia silva, inquit Mela, lib. III, c. 3, dierum sexaginta iter occupans.» Nunc multis locis exiisa, ubi Germaniæ urbes multæ et pagi sunt. HARD.

8. *Carnunti.* Subintellige hiberna ibi constituta de more a Romanis,

munimento adversus Quados opposita. Oppidum nunc Carnuntum est, contra Danubii et Mari confluentem, vulgo *Haimbourg*, paucis ultra Viennam, quæ in Austria est, millibus passuum. De Carnunto Pannoniæ, Livius, lib. XLIII, et vetus inscriptio apud Gruterum, pag. 1032. Ortelius cum Carnuto Galliarum oppido confundit. H.—Pannonica hiberna Carnunti, nunc *Attenbourg*, inter *Petronel* et *Haimbourg*. BROX.

9. *Jazyges Sarmatæ.* Sunt ea sic conjunctim legenda: Ἰάζυγες Σαρμάται Straboni, lib. VII, p. 306, et Tacito, Annal. lib. XII, cap. 29, a quo et Jazyges, *Vagi per campos* appellantur. Hos ad Tibiscum amnem pertinere similiter Ptolemæus docet, lib. III, c. 7, ubi Ἰάζυγας Μετανάδας vocat, et Agathemerus, Geogr. lib. II, cap. 4, qui Dacis confines ait fuisse. HARD.

10. *Montes vero.* Ea montium juga intelligit, quæ Hungari *Crapak* vocant: quo Daci e campis pulsus ab Jazygibus profugere. Καρπάτης θρος dicitur Ptolemæo, l. III, cap. 7 et 8. Daci, ut mox Plinius addit, a *Sarmatis ad Pathissum amnem pulsus*, regionem eam Daciam cognominavere; quam postea Trajanus Imp. Romanus adjecit imperio, ut nummi ejus testantur in-

2 Pathissum¹¹ amnem. A Maro¹², sive Duria est¹³, a Suevis¹⁴ regnoque¹⁵ Vanniano dirimens eos, adversa¹⁶ Basternæ tenent, aliique inde¹⁷ Germani. Agrippa totum eum tractum ab Istro ad Oceanum bis ad decies¹⁸ centena mill. pass. in longitudinem, quatuor¹⁹ millibus et quadringentis in latitudinem, ad flumen Vistulam a desertis Sarmatiæ, prodidit. Scytharum nomen usquequaque transit in Sar-

numeri; præsertim qui sunt inscripti, DACIA CAPTA, VICTORIA DACICA, DACIA AVGVSTI PROVINCIA. HARD.

11. *Ad Pathissum.* Pathiscum vocat Ammianus, lib. XVII, pag. 108; Τίθισκον Ptolemæus, lib. III, cap. 7; nunc *Teissa*, et *Tibisc.* H.

12. *A Maro.* Dalec. a *Moro.* Vet. ap. eundem *Amoros.* ED.—Marum quoque Tacitus vocat, Annal. lib. II, cap. 63. Μάρσιον Strabo, lib. VII, pag. 404, quem per Getas ait in Danubium labi. Hodie *Mark*, *Maros*, et *Morava*, unde *Moraviæ* nomen. HARD.

13. *Sive Duria est.* Dalec. *sive is Duria est.* ED.

14. *A Suevis.* Non a gente tota Suevorum, sed ab iis qui Drusi jussu atque imperio, « Danubium ultra, inter flumina Marum et Cusum locati sunt, dato rege Vannio, gentis Quadorum, » inquit Tacitus loc. cit. Convellit egregie interpretatio nostra, Taciti auctoritate constabilita, eruditi Cluverii conjecturam, in libro de antiq. Germ. a *Quadis*, non a *Suevis* legendum esse pronunciantis. Nec minor ejusdem hallucinatio est, dum ultra Crapathios montes Bastarnas ablegat, quos inter Tibiscum et Marum Plinius diserite locat: nec dignus venia contemptus codicum omnium, quorum est in hoc loco mira con-

sensio, quum a *Quadis*, non a *Suevis*, *aversa*, non *adversa* legitur. H.

15. *Regnoque Vanniano.* Ubi nunc Moravia est. HARD.

16. *Adversa.* Partem montium supradictorum Austro obversam, regionemque inde ad Danubium Austrumque recedentem, a Maro amne ad Tibiscum: nunc Hungaria superior appellatur, *la haute Hongrie*: incolæ quondam Basternæ, sive Bastarnæ, Βασάρναι, Ptolem. lib. III, cap. 5, et Stephano: Livio quoque memorati, lib. XL, cap. 5. HARD.

17. *Aliique inde.* Citra Moraviam, versus occasum. HARD.

18. *Bis ad decies.* Quidam legunt, « ad bis decies centum m. pass. in longitudinem, 14 m. minus: cocc in latitudinem ad flumen Vistulam, etc. » (*Istulam* Pomp.) Chiffi. habet, « Oceanum bis decies centum m. pass. in longitudinem, quatuor m. quadringentis in latitudinem ad flumen Vistiam, etc. » DALEC.

19. *Quatuor millibus et quadringentis.* Ita restitimus ex fide codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. editionumque vetustiorum, Parmensis, etc. quas Frobenius corruptit, ut *quantum minus quadringentis* scriberet. Martianus, l. VI, pag. 214, millia quadringenta agnoscit. HARD.

matas atque Germanos. Nec aliis prisca illa duravit appellatio, quam qui extremi gentium harum ignoti prope cæteris mortalibus degunt.

XXVI. Verum ab Istro oppida¹, Cremniscos, Æpolium : montes Macrocremni, clarus amnis Tyra², oppido nomen imponens, ubi antea Ophiusa dicebatur. In eodem insulam spatiosam incolunt Tyragetæ³. Abest a Pseudostomo Istri ostio centum triginta⁴ millibus passuum. Mox Axiacæ⁵ cognomines flumini, ultra quos Crobyzi⁶ : flumen Rhode⁷, sinus Sagaricus⁸, portus Ordesus⁹. Et a Tyra centum viginti¹⁰ millibus passuum flumen Borysthenes¹¹,

XXVI. I. *Ab Istro. Vet. ap. Dalec. ab Istro oppida, Cremense, Obolium.* ED. — Versus Mæotium lacum litus Euxini Ponti legentibus. De Æpolio, nihil compertum. Κρημνίσκου meminit Auctor Periplus Ponti Euxini, pag. 9. Κρήμνοι πόλις est Ptolemæo, lib. III, cap. 5. Ab eo oppido montibus Macrocremniis nomen inditum. HARD.

2. *Amnis Tyra.* Mela, lib. II, cap. 5 : « Axiacas, inquit, ab Istri- cis Tyras separat : surgit in Neuris : qua exit, sui nominis oppidum attingit. » Stephanus : Τύρας, πόλις καὶ ποταμὸς ἐν τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ. . . ἐκαλεῖται δὲ Ὀφίουσσα. Scylaci quoque, pag. 28, in Scythia, Ὀφίουσσα πόλις. Ovidius, de Ponto, lib. IV, Eleg. 10, v. 50 : « Et nullo tardior amne Tyras. » Hodie Dniester. H.

3. *Tyragetæ.* Ex Tyra fluvio et Getis insulæ hujus incolis effictio nomine. Τυρρηγέται Straboni, lib. VII, pag. 306. Insulæ hodie nomen est Tandra. HARD.

4. *Centum triginta.* Strabo, lib. VII, pag. 305, octingentorum tantum stadiorum intervallum id esse

ait, hoc est, CXXI M. D. pass. HARD.

5. *Axiacæ.* Legendum censebat Dalecampius ex vet. cod. *Axiacæ cognomine fluminis.* ED. — Mela, loc. cit. « Axiaces amnis proximus inter Callipidas Axiacasque descendit. » Ἀξιάρχης ποταμὸς, Ptolem. lib. III, cap. 10. Hodie Bog. HARD.

6. *Crobyzi.* Κροβύζοι Stephano, supra Istrum ad boream. HARD.

7. *Flumen Rhode.* Nunc Sasik Berezen. Sinus Sagaricus, le golfe de Berezen. BROU.

8. *Sagaricus.* Chiff. *Sagarius.* ED. — A Sagari fluvio influente, cujus cum Hypani infra citato Ovidius meminit, de Ponto lib. IV ; Ἰαγάρης ποταμὸς Ptolemæo, lib. III, cap. 5, idem, opinor, qui Plinio fluvius Rhode nuncupatur. HARD.

9. *Ordesus.* Ὀρδησσὸς Ptolemæo, lib. III, cap. 5, supra Axiacen fluvium. H. — Portus Ordesus, nunc Okzakow. BROU.

10. *Centum viginti millibus.* Chiff. CCXX mill. ED.

11. *Borysthenes.* Martianus, lib. VI, cap. de quarto sinu Europæ, pag. 214. Hodie Dnieper. HARD.

passuum intervallo absit a Mæotide, vasta ambiens spatia multasque gentes. Sinus Carcinites²⁹ appellatur, flumen Pacyris³⁰. Oppida : Naubarum³¹, Carcine : a tergo lacus Buges³² fossa emissus in mare. Ipse Buges a Coreto, 5 Mæotis lacus sinu, petroso discluditur dorso. Recipit³³ amnes Bugem, Gerrhum, Hypanin, ex diverso venientes tractu. Nam Gerrhus Basilidas³⁴, et Nomadas separat. Hypanis per Nomadas et Hylæos³⁵ fluit manu facto alveo in Bugen, naturali in Coretum. Regio, Scythia³⁶ Sendica nominatur.

6 Sed a Carcinite³⁷ Taurica³⁸ incipit, quondam mari circumfusa et ipsa, quaqu³⁹ nunc jacent campi. Deinde vastis attollitur jugis. Triginta sunt eorum populi. Ex iis

29. *Carcinites*. Vet. ap. Dalec. *Garcinites*. Ed.

30. *Pacyris*. Herod. loc. cit. pag. 240, num. 47, Ἰπάκωρις. Ptolemæo, lib. III, cap. 5, ab oppido quod præterlabitur, Καρκινίτης. H.

31. *Naubarum*, etc. MSS. *Navarum*, Ptolemæo, loc. cit. Ναύβαρον, et Κάρινα, πόλις. Carcina hodie nomen retinet, situm mutavit. H.

32. *Lacus Buges*. Tolet. « A tergo lacus Buges a Coreto, Mæotæ lacus sinu, petroso, etc. » Ed. — Βύκη λίμνη Ptolemæo, lib. III, cap. 5, nec semel Pomponio Melæ, *Buces*. Flacco, Argon. lib. VI, *Byce*. HARD.

33. *Recipit*. Nempe Buges lacus. Mela, lib. II, cap. 1 : « Duo flumina, Gerrhos et Hypacaris, uno ostio effluentia : verum diversis fontibus, et aliunde delapsa. Nam Gerrhos inter Basilidas et Nomadas : Hypacaris per Nomadas evolvitur. » Unde liquet amnem eum qui Plinio nunc Hypanis dicitur, et a superiore Hypani diversum

esse, qui non alio, quam quo Borysthenes ostio in Pontum influit, et Hypacaris Melæ esse. Alter Γέβρος Stephano. HARD.

34. *Basilidas*. Qui Βασίλιστοι Σαυρομάται, Appiano in Mithrid. pag. 217, et Straboni, lib. VII, pag. 306. Hæc Plinius tum a Mela, tum ab Herod. loc. cit. HARD.

35. *Hylæos*. Dalec. *Hyleos*. Ed.

36. *Scythia Sendica*. Dalec. « Regio Scythiæ Sendica nominatur. » Ed. — Quod Sindi, Sindonesve, gens Scythica, illam tenuere. Nam Pomponio, lib. I, cap. ult. *Sindones*, iidem Σινδοί, regio Σινδική Straboni, lib. XI, pag. 492. HARD.

37. *Sed a Carcinite*. Dalec. *sed in Carcinite*. Ed.

38. *Taurica*. Aliis Taurica, Pontica aliis, aliis Scythica Chersonesus dicta. Incolæ Ταῦροι Straboni, lib. VII, pag. 308, et mox ipsi Plinio. Et ipsa hodie Moscovitarum imperii pars est, *Crimée* vocata. Ed.

39. *Quaqu*. Chiff. *quaque*. Ed.

mediterranei xxiv⁴⁰. Sex oppida⁴¹ : Orgocyni, Characeni, Lagyrani, Tractari, Archilachitæ, Caliordi. Jugum⁴² ipsum Scythotauri tenent. Clauduntur ab occidente Cherroneso⁴³, ab ortu Scythis Satarchis⁴⁴. In ora⁴⁵ a Carcinite oppida : Taphræ⁴⁶, in ipsis angustiis peninsulæ : mox Heraclea Cherronesos⁴⁷, libertate a Romanis⁴⁸ donatum. Megarice⁷ vocabatur antea, præcipui nitoris in toto eo tractu, custoditis Græciæ moribus, quinque millia pass. ambiente muro. Inde Parthenium⁴⁹ promontorium, Taurorum civi-

40. XXIV. MSS. Reg. I, 2, Colb. I, 2, xxvii. HARD.

41. Sex oppida, etc. In edit. Parm. et MSS. Caraceni, Assyriani. Nos ex Ptolemæo, lib. III, cap. 6, Characeni et Lagyrani rescripsimus : quoniam in Taurica oppida sunt apud eum ista, Χάρραξ et Λαγύρα. Pro Orgocyni, forte Argodeni rectius, ab Ἀργώδα ejusdem Tauricæ mediterraneo oppido. Pro Tractari, MSS. Stactari habent. In libris hactenus vulgatis legitur, Caraseni, Assyriani. HARD.

42. Jugum ipsum. Montes, qui in Taurica Cherroneso eminent. H.

43. Cherroneso. Oppido Heracleotarum, de quo mox. HARD.

44. Satarchis. Quorum oppidum in Taurica Cherroneso mediterraneum Σατάρχη, apud Ptolem. lib. III, cap. 6, incolæ Pomponio Satarchæ dicti. De his Solinus, cap. xv, pag. 35 : « Satarchæ usu auri argenti-que damnato, in æternum se a publica avaritia vindicarunt. » Hi sunt quos Plinius, lib. VI, cap. 7, Satarcheos vocat. HARD.

45. In ora, etc. Vet. ap. Dalec. « In ora Caresne oppidum, Tagre, etc. » ED.

46. Taphræ. Mela, lib. III, cap. I : Quod inter paludem Mæotin, et sinum Carginiten est, Taphræ nominantur. Ptolemæo, loc. cit. Τάφρος. HARD. — Taphræ, nunc Perecop ; vulgo quoque Orkapi. BRON.

47. Heraclea Cherronesos. Sunt enim ista conjunctim legenda : unde superius cap. 24, dicitur Cherronesus Heracleotarum oppidum. Strabo, lib. VII, pag. 308 : Πόλις Ἡρακλειωτῶν καλουμένη Χερρόνησος. Mela, loc. cit. « Oppidum adjacet Cherronesus, a Diana, si creditur, conditum, et Nymphæo specu, quod in arce ei sacratum est, maxime illustre. » H. — Nunc Cherson, nonnunquam etiam Kosleve dictum. ED.

48. A Romanis. Quum debellato Mithridate tota regio in Romanorum potestatem venit. HARD.

49. Parthenium. In Taurica Cherroneso, sinus portuosus, inquit Mela, lib. II, cap. I, « et ideo Καλὸς λιμὴν appellatus, promontoriis duobus includitur : alterum Κριοῦ μέτωπον vocant, Carambico quod in Asia diximus, par et adversum : Parthenion vocant. » Unde manifestum est Καλὸν λιμὴνα eundem esse, qui mox Symbolon portus

tas, Placia⁵⁰. Symbolon⁵¹ portus. Promontorium Criumetopon⁵², adversum Carambi Asiæ promontorio, per medium Euxinum procurrens CLXX M. pass. intervallo, quæ maxime ratio Scythici arcus⁵³ formam efficit. Ab eo Taurorum portus⁵⁴ multi, et lacus. Oppidum Theodosia⁵⁵ a Criumetopo CXXXV⁵⁶ M. P. A Cherroneso⁵⁷ CXLV⁵⁸ M. pass. Ultra fuere oppida : Cytæ⁵⁹, Zephyrium, Acræ⁶⁰, Nymphæum⁶¹, Dia⁶². Restat longe validissimum in ipso Bosphori introitu, Panticapæum Milesiorum⁶³, a Theodosia

appellatur. Et Παρθενίου ἄκρου meminit Ptolemæus, lib. III, cap. 6. Hodie *Rosaphar*. HARD.

50. *Placia*. Ita libri omnes. Sed ipsum est Strabonis Παλάκιον in Cherroneso, lib. VII, pag. 312. H.

51. *Symbolon*. Συμβόλων λιμὴν, Ptolemæo, loc. cit. Συμβούλου λιμὴν, auctori Peripli Ponti Euxini, pag. 6. HARD. — Nunc *le port de Koslevé*. BROU.

52. *Criumetopon*. Κριοῦ μέτωπον, hoc est, Frons arietis. HARD. — Promontorium Criumetopon, nunc *Karadjeboroun*; id est, nasus niger. Carambis, de quo dicemus lib. VI, cap. 2, nunc *Kerempi*. BROU. — Dalec. *Charambi*, non *Carambi*. Vet. ap. eundem *Carambico*. ED.

53. *Scythici arcus*. De eo egimus, cap. 2. HARD.

54. *Taurorum portus*. Tauricæ ora maritima a Symbolorum portu, mille fere stadiis, hoc est, CXXV mill. pass. ad Theodosiam usque porrecta, ut auctor est Strabo, lib. VII, pag. 309. HARD.

55. *Theodosia*. MSS. quoque *Theudosia*. Θεουδοσία, Ταυρικὴ πόλις, Stephano, et Scylaci, pag. 28: hodie *Caffa*. HARD.

56. *CXXXV M.* Sic ap. Chiff. Dalec. *CXXXII M.* ED.

57. *A Cherroneso*. Oppido *Heraclotarum*, de quo supra. HARD.

58. *CXLV M.* Dalec. *CLXV M.* ED.

59. *Cytæ*, etc. Dalec. « Cyte, Zephyrium, Acre. » ED. — Κύτατον Ptolemæo, lib. III, cap. 6, in oppidis Chersonesi Tauricæ mediterraneis: Κύδαια Scylaci, pag. 28, pro Κυταία. Κύτας πόλιν vocat auctor Peripli Ponti Euxini, pag. 4. H.

60. *Acræ*. Ἄκρα κόμιον, exiguus Panticapæorum vicus, apud Strabon. lib. XI, pag. 494. In Notitia Eccles. Hieroclis, pag. 21 Prov. Scythiæ, Ἄκραι. Stephano Ἄκρα Σκυθίας. HARD.

61. *Nymphæum*. Νυμφαῖον, πόλις Ταυρικὴ, inter Panticapæum et Theodosiam, Stephano ex Strabone. Meminit et Scylax, pag. 28, et Harpocr. et ipse Ptolem. loc. cit. HARD.

62. *Dia*. Longius Δίαν Stephanus ablegat, quum urbem Scythiæ ait esse circa Phasin: Σκυθίας, περὶ τῷ Φάσιδι. HARD.

63. *Milesiorum*. Hoc est, a Milesiis Ioniæ conditum, Παντικαπαιον. . .

LXXXVII⁶⁴ M. pass. a Cimmerico vero oppido trans fretum sito MM. D.⁶⁵ (ut diximus) pass. Hæc ibi latitudo Asiam ab Europa separat, eaque⁶⁶ ipsa pedibus plerumque pervia glaciato freto. Bosphori Cimmerici⁶⁷ latitudo XII M. D. pass. 9 Oppida habet, Hermisium⁶⁸, Myrmecium : intus insulam Alopecen⁶⁹. Per Mæotin autem ab extremo Isthmo, qui locus Taphræ vocatur, ad os Bosphori CCLX M. passuum longitudo colligitur.

A Taphris per continentem introrsus tenent Auchetæ⁷⁰, 10 apud quos Hypanis oritur, Neuri⁷¹ apud quos Borysthenes, Geloni⁷², Thussagetæ, Budini, Basilidæ, et cæruleo

πίσμα δ' ἐστὶ Μολησιῶν, inquit Strabo, lib. VII, pag. 310. HARD.

64. LXXXVII M. pass. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiff. et Tolet. ubi, fœda depravatione vulgati libri habent tantummodo XXXV M. At Strabo, lib. VII, pag. 309, stadia numerat circiter DXXX, h. e. fere LVII mill. pass.

65. MM. D. ut diximus. Cap. nimirum 24, ubi Cimmericum Bosphorum MM. D. pass. latitudine esse dixit. H. — In vet. ap. Dalec. expungitur prius M. ED.

66. Eaque ipsa. Hæc verba in Chiff. desunt. ED.

67. Bosphori Cimmerici. Non id modo freti nomen est, ut visum est Pintiano, sed Cherronesi minoris, in ipsa Taurica Cherroneso positæ, ad ripam Cimmerici freti, Europæ latere, quo in tractu Panticapæum et Myrmecium oppida collocantur a Ptolemæo, lib. III, cap. 6. Quamobrem non hunc modo tractum universum, sed et Panticapæum ipsum ab aliquibus Bosphorum vocari superius animadversum a Plinio est. HARD.

68. Hermisium, etc. Mela, lib. II, cap. 1 : « In Bosphorum » vergentia « Cimmerica oppida, Myrmecion, Panticapæum, Theodosia, Hermisium. » Stephano, Μυρμηκίων πόλιν τῆς Ταυρικῆς. Denique Ἀλωπεκίαν insulam contra Tanais ostia collocat Ptolemæus, lib. III, cap. 5. HARD.

69. Alopecen. Vet. ap. Dalec. Aloperiam. ED.

70. Auchetæ. Ἀύχαι Herodoto, Melpom. lib. IV, pag. 226, n. 6, citra Borysthenen. H. — Auchetæ dicti sunt postea les Esclavons. Nomen eorum Slavane significat un fanfaron. Inde Græcis, quibus mos fuit interpretari nomina, eos dixere Auchetas, id est, gloriosos, a voce græca αὐχῆ, gloriatio. Vide CL. Ломоносов, Nouvelle histoire de Russie, pag. 24. Hypanis autem l'Ynguletz. BROU.

71. Neuri. Vet. ap. Dalec. Neuroæ. ED.

72. Geloni. Γελωνοί, quos Pictos Virgilius appellavit, nunc Lithuani sunt. Θουσαγέται, Βουδινοί, Βασίλειοι, eam quæ nunc Moscovia di-

capillo Agathyrsi. Super eos Nomades⁷³: dein Anthropophagi⁷⁴. A Buge⁷⁵ super Mæotin Sauromatæ, et Essedones⁷⁶. At per oram Tanaim⁷⁷ usque Mæotæ, a quibus lacus nomen accepit: ultimique a tergo eorum Arimaspi. Mox Riphæi⁷⁸ montes, et assiduo nivis casu pinnarum similitudine, Pterophoros⁷⁹ appellata regio: pars mundi damnata a rerum⁸⁰ natura, et densa mersa caligine: neque⁸¹ in alio quam rigoris opere, gelidisque Aquilonis conceptaculis.

11. Pone eos montes⁸², ultraque Aquilonem, gens felix

citur, regionem tenuerunt, qua Borysthenis orientale latus contingit: Ἀγαθήρσοι Mæotidis pludis flexum ambiunt inquit Mela, lib. II, cap. 1. Hos tamen longius submovere Plinius videtur. Unde nomen Basilidæ traxerint, disces ab Herod. lib. IV, Melpom. n. 20. HARD.

73. *Nomades*, etc. Νομάδες et Ἀνθρωποφάγοι, quos Ἀνδροφάγους vocat auctor Periplus Ponti Euxini, pag. 3, et Herod. Melpom. lib. IV, n. 18, pag. 231. HARD.

74. *Anthropophagi*. Eam maxime partem Tartariæ Russicæ, la Tartarie russe, tenere, quæ est versus Paporamisum fluvium, l'Obi. BROU.

75. *A Buge super*. Vet. ap. Dalec. « a Buge vero super. » ED.

76. *Et Essedones*. Ἰσσεδόνες Stephanò dicti. Ἀριμασποί, ἔθνος Ἰπερβορίων, Hyperboreorum gens, in Moscoviam borealem ableganda. HARD.

77. *Tanaim usque Mæotæ*. Dalec. « ad Tanaim usque Mæote. » ED.

78. *Riphæi*. « Ultra quos jacet ora, quæ spectat Oceanum » Septemtrionalem, inquit Mela in fine libri I, et initio libri II. Totidem

verbis a Plinio ea transcribere Solinus, cap. xv, pag. 35, et Capella, lib. VI, cap. de quarto Europæ sinu, pag. 214. H.

79. *Pterophoros*. Πτεροφόρος, quasi pennarum ferax, seu nivis pennarum instar decidentis. Hinc fabulæ data occasio, quam refert Ovidius, Metam. lib. XV, v. 356: « Esse viros fama est in Hyperborea Palene, Qui soleant levibus velari corpora plumis, Quum Tritoniam novies subiere paludem. » HARD.

80. *A rerum natura*. Sicap. Chiffi. Dalec. « a natura rerum. » ED.

81. *Neque in alio*, etc. Legitur ap. Dalec. in notis margini appositis: « neque in aliud quam in rigoris opera, gelidique Aquilonis conceptacula. » Alii: « in rigore operata. » ED.

82. *Pone eos montes*. Vet. ap. Dalec. *post eos montes*. ED. — Hæc a Plinio Solinus exscripsit, cap. xvi, pag. 36. Plinius ex Hecatæo, ut ipse innuit, lib. VI, cap. 20. Hecatæus ex Aristeæ Proconnesio, ut Herodotus docet, Melpom. lib. IV, pag. 229, n. 13, qui ab isto conficta omnia arbitratur, licentiâ poetica. HARD.

(si credimus) quos Hyperboreos⁸³ appellavere, annoso degit ævo, fabulosis celebrata miraculis. Ibi creduntur esse cardines mundi, extremique siderum ambitus, semestri luce, et una die solis aversi⁸⁴: non, ut imperiti⁸⁵ dixere,

83. *Hyperboreos appellavere.* Hyperboreorum nomen gloriamque exsuscitare nuper voluit Cl. BAILLY, laudavitque gentem cultissimam, artium doctrinarumque magistram, quæ a gradu 49 latitudinis ad gradum 70 exporrecta fuit. Crediderim aliqd antiquitatis latitare in iis Hyperboreis, vel fabulose a Plinio memoratis, indiciaque esse veteris famæ et antiquissimarum navigationum, qualem susceperunt Batavi anno 1596. Sed ea fusius hic persequi non licet. BRON.

84. *Solis aversi.* Rhodig. XVI, cap. 22: « Et una die ab æquinoctio verno in autumnum: non ut imperiti dixere, solis aversi. » Vide Bud, 1, de Ass. aliis: « Semestre luce et una nocte, non ut, etc. » DALEC. — Semestri illa luce, inquit, illa tantummodo continua constituitur, efficiturque dies: sole, dum occidit, per exiguum temporis spatium averso, sive abdito: nihil ut tenebrarum inter occasum exortumque solis senis illis mensibus intercedat. Aversum pariter una luce solem Solinus dixit, loc. citato: nec visustamen quid diceret intellexisse. HARD.

85. *Non ut imperiti.* Tamen certissima sphaeræ probatione constat, non solstitio illic soles oriri, brumaeque semel occidere: sed ab æquinoctio verno ad autumnale, semestrem illam lucem, utique si semestris est, adesse. Peritissime certe de

iis gentibus Mela, lih. III, cap. 5, pag. 53: « In Asiatico littore, inquit, Hyperborei super Aquilonem Riphæosque montes, sub ipso siderum cardine jacent, ubi sol non quotidie ut nobis, sed primum verno æquinoctio exortus, autumnali demum occidit: et ideo sex mensibus dies, et totidem aliis nox usque continua est. Terra angusta, aprica, per se fertilis, etc. » Ut ea esse vera existimem, quæ in hunc locum sunt a me prolata, in prioribus notis, alieum tamen a Plinii ingenio ac modestia videtur, ut imperitum appellasset Pomponium Melam, virum omnis elegantiae atque eruditionis, vel hac maxime in parte, plenissimum: qui ab eo vix toto de geographicis rebus opere latum unguem discedit: quem denique hoc ipso in loco vulgo creditur transcripsisse. Venit igitur aliquando in mentem, levi traiectione voculae molliri, seu refingi eam commode sententiam posse: « ut non imperiti dixere. » Moxque verborum sequentium, « semel in anno solstitio oriuntur iis soles, brumaque semel occidunt, » hic erit intellectus, semel in anno oriri iis soles, atque id illis esse solstitium, sole ab eorum oculis nunquam abscedente: semel occidere, eamque brumam esse iis, sole abdito. Nec conjecturae tamen ipse meæ plus quam par est, favèo: nisi viri eruditi faveant. HARD.

ab æquinoctio verno in autumnum. Semel in anno solstitio oriuntur iis soles, brumaque semel occidunt. Regio aprica, felici temperie, omni afflatu⁸⁶ noxio carens. Domus iis⁸⁷ nemora, lucique, et deorum cultus viritim gregatimque, discordia ignota et ægritudo omnis. Mors non nisi satietate vitæ, epulatis delibutoque senio⁸⁸ luxu, ex quadam rupe in mare salientibus. Hoc genus sepulturæ beatissimum. Quidam⁸⁹ eos in prima parte Asiæ littorum posuere, non in Europa, quia sunt ibi⁹⁰ simili consuetudine, et situ, Attacorum nomine. Alii medios⁹¹ fecere eos inter utrumque solem, Antipodum⁹² occasum exorientemque nostrum : quod fieri nullo modo potest, tam vasto mari interveniente. Qui non alibi⁹³ quam in semestri luce constituere eos, serere matutinis, meridie metere, occidente sole fetus arborum decerpere, noctibus in specus condi tradiderunt. Nec libet⁹⁴ dubitare de gente ea, quum

86. *Omni afflatu.* Chiffi. *omni flatu.* Ed.

87. *Domus iis, etc.* Mela, lib. III, cap. 5. A Plinio Solinus, cap. xvi, pag. 36 et 37. HARD.

88. *Delibutoque senio.* MSS. omnes : editi, *delibutisque senibus.* Mela id tantum, loc. cit. *hilares, redimitti sertis.* Solinus, *epulati delibutique.* HARD.

89. *Quidam.* Sic Mela Pomponius, loc. cit. HARD.

90. *Quia sunt ibi.* Ita recte vet. Dalec. cod. et Paris. cum Pintiano. Dalec. *qui sunt ibi similitudine et situs, Atacorum nomine.* In vet. ap. Dalec. *Atacori, non Atacorum* legitur. Ed. — Ratio, inquit Plinius, cur quidam Hyperboreos in prima parte Asiæ littorum posuerint, ea est, quoniam Attacori ibi degentes, similem vivendi moriendique con-

suetudinem, cum haud absimili quoque situ, teneant. De Attacoris dicemus, lib. VI, cap. 20. HARD.

91. *Aliis medios.* Solinus, cap. xvi, pag. 36. HARD.

92. *Antipodum.* Unde a nobis sol occidens pergit ad Antipodas. HARD.

93. *Qui non alibi.* In vet. ap. Dalec. Chiffi. et vet. omnibus dicitur *vocula non.* Ed. — Jocosè quidem, sed ingeniosè et vere dictum. Nam in Borealibus his regionibus, ut et in Canadensi, Petropolitana, aliisque, seritur mense maio, julio augustove metitur, septembri et octobri fetus arborum decerpuntur. BROX.

94. *Nec libet.* Sic ap. Chiffi. Dalec. *nec licet.* Ed. — Mela hæc quoque, lib. III, cap. 5. Ex Plinio Solinus accepit, cap. xvii, pag. 37. Omnes

tot auctores prodant frugum primitias solitos Delon mittere Apollini, quem præcipue colunt. Virgines ferebant 14 eas, hospitium gentium per annos aliquot venerabiles : donec violata fide⁹⁵, in proximis accolarum finibus deponere sacra ea instituere, hique⁹⁶ ad coeterminos deferre, atque ita Delon usque. Mox et hoc ipsum exolevit. Sarmatiæ⁹⁷, Scythiæ, Tauricæ, omnisque a Borysthene amne tractus longitudo DCCCCLXXX⁹⁸ M. latitudo DCCXVII⁹⁹ M. a M. Agrippa tradita est. Ego incertam in hac terrarum parte mensuram arbitror.

'XXVII. Verum instituto ordine, reliqua¹ hujus sinus¹ dicantur, et maria quidem ejus nuncupavimus². (XIII.) Hellespontus insulas non habet in Europa dicendas. In Ponto duæ, M. D. pass. ab Europa, XIV M. ab ostio, Cyaneæ³, ab aliis Symplegades appellatæ, traditæque fabulis inter se concurrisse : quoniam parvo discretæ intervallo, ex adverso intrantibus geminæ cernebantur, paulum-

ex Herodoto, in Melpomene, seu libro IV; pag. 135. De cultu Apollinis apud Hyperboreos, Diod. Bibl. lib. II, pag. 130. HARD.

95. *Violata fide.* Solini paraphrasis : « Quoniam hæ virgines perfidia hospitem non illibatæ revenissent. » HARD.

96. *Hique.* Vet. ap. Dalec. *indeque.* ED.

97. *Sarmatiæ, Scythiæ,* etc. Martianus iisdem fere verbis, lib. VI, cap. de quarto Europæ sinu, pag. 214. HARD.

98. *DCCCCLXXX M.* Chiff. *DCCCLXXX M.* ED.

99. *DCCXVII.* Martianus, *septingenta decem* : lege ex Plinio, *septingenta et septemdecim.* HARD.

XXVII. 1. *Reliqua.* Vet. ap. Dalec. *reliqua.* ED.

2. *Nuncupavimus.* Maria ante, inquit, ea indicavimus, quæ hoc sinu comprehenduntur : nunc insulas per singula sparsas persequemur. HARD. — Vet. ap. Dalec. *nuncupabimus.* ED.

3. *Cyaneæ.* Κυανίαι, Diodoro, Bibl. lib. V, pag. 322, et Straboni; lib. VII, pag. 319. A colore sic appellatas auctor est Schol. Apoll. ad lib. II Argon. Eædem συμπλεγάδες et συνδρομάδες πέτραι, a concursu appellatæ : unde a Juvenali *concurrentia saxa.* De ea fabula vide Apollodorum, de Diis, lib. I, pag. 61, et auctorem Periplus Ponti Euxini, pag. 15, et Melam, lib. II, pag. 7. H. — Cyaneæ saxa sunt potius, quam insulæ, haud procul Fanari, à l'entrée du canal de Constantinople. BROR.

que deflexa acie, coeuntium speciem præbebant. Citra Istrum, Apolloniatarum una⁴, LXXX M. a Bosphoro Thracio, ex qua M. Lucullus⁵ Capitolinum Apollinem advexit. Inter ostia Istri quæ essent, diximus⁶. Ante Borysthenem Achillea est supra dicta⁷, eadem Leuce, et Macaron⁸ appellata. Hanc temporum horum demonstratio a Borysthene CXL M. ponit, a Tyra CXX M. a Peuce insula quinquaginta M. Cingitur⁹ circiter decem M. passuum. Reliquæ in Carcinite sinu, Cephalonnesos¹⁰, Rhosphodusa¹¹, Macra. Non est omittenda¹² multorum opinio, priusquam digrediamur a Ponto, qui maria omnia interiora¹³ illo capite

4. *Apolloniatarum una.* In Ponto, inquit, infra Danubii ostia, insula est Apolloniatarum dicta, quoniam in ea urbs ipsa Apollonia est, ut docet Strabo, loc. cit. Hæc illa est Apollonia, de qua egimus, cap. 18. HARD. — Nunc *Keshik Adasi*, ante Apolloniam, nunc *Siseboli*, posita. BROU.

5. *Ex qua M. Lucullus.* Solinus, cap. XXX, pag. 38, ac Plinius ipse, lib. IV, cap. 18. Apollo Capitolinus dictus est, quoniam in Capitolio dedicatus a Lucullo. P. Victor, in descript. Romæ, regione octava: « Apollo translatus ex Apollonia a Lucullo, triginta cubitum. » HARD.

6. *Diximus.* Cap. 24. HARD.

7. *Supra dicta.* Cap. 26. HARD.

8. *Et Macaron.* Μακάρων, hoc est, Beatorum: quod fama esset Achillis ibi heroumque animas vagari per montium cava: quamobrem et Ἡρώων quoque νῆσος appellata. Ita Eustathius ad Dionysii Perieg. v. 545. HARD.

9. *Cingitur circiter decem M.* Ambitus ejus insulæ complectitur X M. pass. HARD.

10. *Cephalonnesos.* Ibi nunc *le cap et l'île de Tendra.* BROU.

11. *Rhosphodusa.* Ita libri omnes, etiam MSS. Libentius tamen *Rhodussa* agnoverim cum Pintiano. Macræ autem haud dubie nomen ipsa longitudo fecit. HARD.

12. *Non est omittenda.* Transcribit hæc de more Solinus, cap. XVIII, pag. 38. HARD.

13. *Maria omnia interiora.* Solinus recte interpretatur mediterranea maria: nam Internum mare Latini, Pliniusque ipse, lib. III, cap. 1, τὴν ἐντὸς θάλασσαν Græci, mediterraneum vocavere: ut frustra sint, qui inferiora hic nobis inculcant, reclamantibus omnibus libris. Macrobius in hoc ipso argumento accurate versatus, quamquam a Plinio diversus abit quadam ex parte, nostra maria reddidit, Saturn. lib. VII, cap. 12, pag. 622: « Quod si in Pontum, inquit, vel paleas, vel ligna, seu quæcumque alia natantia projeceris, foras extra Pontum feruntur in Propontidem, atque ita in mare quod alluit Asiæ oram: quum constet in Pontum effluere

nasci, non Gaditano freto, existimavere, haud improbabili argumento : quoniam æstus semper e Ponto profluens, numquam reciprocetur¹⁴.

Exeundum¹⁵ deinde est, ut extera¹⁶ Europæ dicantur, 3 transgressisque Riphæos montes, littus Oceani septemtrionalis in læva, donec perveniatur Gades, legendum. Insulæ complures sine nominibus eo situ traduntur. Ex quibus ante Scythiam, quæ appellatur Raunonia¹⁷, unam abesse¹⁸ diei cursu, in quam veris tempore¹⁹ fluctibus electrum ejiciatur, Timæus prodidit. Reliqua littora incerta 4 signata fama. Septemtrionalis Oceanus²⁰ : Amalchium²¹

maris aquam, non effluere de Ponto. Meatus enim qui solus de Oceano receptas aquas in maria nostra transmittit, in freto est Gaditano, quod Hispaniam Africamque interjacet : et sine dubio inundatio ipsa per Hispaniense et Gallicanum littora in Tyrrhenum prodit : inde Adriaticum mare facit : ex quo in Ægæum pergit, atque ita ingreditur in Pontum. • HARD.— *Inferiora* apud Senecam. • qui hunc locum explicat. DALEC.

14. *Nunquam reciprocetur.* Ita Solinus : hoc est, numquam ex interno mari vicissim aqua in Pontum refluat. Vide quæ diximus lib. II, cap. 100. HARD.

15. *Exeundum.* Exire interiore hoc e mari oportet, inquit ; ut quæ ambitur Oceano, Europæ ora lustretur, et insulæ. HARD. — Vet. ap. Dalec. *Adeundum.* ED.

16. *Extera.* Vet. ap. Dalec. *cætera.* ED.

17. *Quæ appellatur Raunonia.* Ita MSS. omnes, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et fere Parm. edit. In vet. ap. Dalec. et Chiff. *Baunoma*, In libris

cæteris hactenus editis, « quæ appellatur Bannomanna abesse a Scythia, diei cursu. » Miror viris doctis, Pelicerioque in primis, in notis MSS. facile persuasum ibi insulæ nomen latere, non continentis Scythiæ, quæ ex adverso est : neque animadversum illud a *Scythia*, glossema esse, quo carent MSS. H. — Scythia illa Raunonia, nunc *les Samoyèdes, la province d'Obodora, la Sibérie.* A celebritate (celebria sunt longinqua) dicta fuisse videtur Raunonia. Sic urbs *Nowogorod* antiquitus dicebatur *Runigard*, id est, urbs illustris. Vide Cl. ЛОМОНОСОВ, loc. cit. pag. 12. BROR.

18. *Unam.* Videtur esse quam nunc dicimus *Vaygatz.* BROR.

19. *Tempore.* Dalec. *temperie.* ED.

20. *Septemtrionalis Oceanus.* Frustra has voces suis sedibus movent Pintianus et Pelicerius in notis MSS. HARD. — *Septemtrionalis Oceanus*, nunc *la mer Glaciale.* BROR.

21. *Amalchium.* Hæc deinceps Solinus iisdem verbis, cap. XIX,

eum Hecatæus appellat, a Paropamiso²² amne, qua Scythiam alluit, quod nomen ejus gentis lingua significat congelatum. Philemon Morimarusam a Cimbris²³ vocari, hoc est, mortuum mare, usque²⁴ ad promontorium Rubeas: ultra deinde Cronium²⁵. Xenophon²⁶ Lampsacenus, a littore Scytharum tridui²⁷ navigatione, insulam esse immensæ magnitudinis, Baltiam²⁸ tradit. Eamdem Pytheas Basiliam nominat. Feruntur²⁹ et Oonæ, in quibus ovis avium³⁰ et avenis incolæ vivant. Aliæ, in quibus³¹ equinis

pag. 38, et auctor libri de mensura orbis terræ. HARD.

22. *Paropamiso*. Obium, credo, amnem Hecatæus intellexit, *Oby*, in Siberiæ finibus. HARD.

23. *A Cimbris*. Hoc est, a Cimbrorum peninsula, et a faucibus Codani sinus, usque ad promontorium Rubeas, quod nunc vulgo dicitur, *Noort Kyn*, vel *Nort Cap*, in extrema Norvegia versus septentrionem positum, Morimarusam Philemon ait id mare vocari: quod ultra Rubeas est, Cronium nominari. Ita fere Solinus, loc. cit. Promontorio huic ab amne Rhubone forte nomen est, in Oceanum influente, cujus meminit Ptolemæus in Sarmatias, lib. III, cap. 5. H.

24. *Usque ad promontorium Rubeas*. Vet. ap. Dalec. *inde usque*, etc. ED.

25. *Cronium*. Certe non ἀπὸ τοῦ Κρόνου, ut nugantur Veteres, hoc est, a Saturni frigidum sidere: sed potius ἀπὸ τοῦ Κρόνου ποταμοῦ, cujus in Sarmatia meminit Ptolemæus, lib. III, cap. 5, deducta hæc appellatio est: nam is in eum Oceanum irrumpit. HARD.

26. *Xenophon*, etc. Solinus, cap. XIX, pag. 39. HARD.

27. *Tridui navigatione*. Quam diei tantum unius cursu distare a continenti Timæus superius paulo prodidit. HARD.

28. *Baltiam*. Nunc *la Nouvelle-Zemble*. BROU.

29. *Feruntur*. Incerta hæc fama signari innuit: incerta hæc insularum nomina, incertumque situm. Oonæ, sive magis *Oonææ*, vel *Oænoææ*, Plinio insulæ sunt, Solinoque Plinium secuto. At Pomponio Melæ, lib. III, cap. 6: « ob alternos accessus, recursusque pelagi, et quod spatia queis distant, modo operiuntur undis, modo nuda sunt, alias insulæ videntur, Sarmatis adversæ, alias una et continens terra. » H. — Insulæ videntur esse quæ sunt in ostio Paropamisi fluvii, hodie *Oby*, quarum præcipua dicitur *Aloo*, *Βήλοϊ* vel *Ostrow*. BROU.

30. *Ovis avium et avenis incolæ vivant*. Vet. apud Dalecamp. *ovis avium advena et incolæ vivant*. Alii apud eundem *ovis avium et advenis*, etc. ED.

31. *Aliæ in quibus*. Mela, et Solinus, loc. citato. De Hippodibus vide August. lib. XVI, de Civit. cap. 8. HARD.

pedibus homines nascantur, Hippopodes³² appellati: Fa-nesiorum³³ aliæ, in quibus nuda alioquin corpora prægrandes ipsorum aures tota contegant.

Incipit deinde³⁴ clarior aperiri fama ab gente Ingævorum⁶, quæ est prima inde Germaniæ³⁵. Sevo mons³⁶ ibi immensus, nec Riphæis jugis minor, immanem ad Cimbrorum³⁷ usque promontorium efficit sinum, qui Coda-

32. *Hippopodes*. Fabula illa hominum Hippopodum, Faesiorum, nata videtur ex perversa interpretatione nominum, quibus appellabantur insulæ, aut ex eorum moribus. BRON.

33. *Fanesiorum*. Ita MSS. quoque ipsi, et sic in Solino etiam legitur: sed rectius utrobique cum Pintiano, *Panotiorum* legas. Sicuti enim superiores Oonæ, ab ovis quibus aluntur, sunt appellati: Hippopodes mox, ab equinis pedibus; ita hos, quoniam auribus toti fere constare viderentur, Græca voce Πανωρίους dictos, a πᾶν ὄτρα credere libet; Isidoro præsertim adstipulante, qui non aliunde hausisse quam ex Plinio videtur, Etymol. lib. XI, cap. 3: « Panotii, inquit, apud Scythiam esse feruntur, tam diffusa aurium magnitudine, ut eis omne corpus contegant. Πᾶν enim græco sermone omne: ὄτρα aures dicuntur. » Ἐνωτοκοίτους appellavit Strabo, lib. XV, pag. 711. Ὠτοκλίνοις non semel appellat Tzetzes, Chiliad. 7, vers. 533 et seq. Μεγάλα δ' οἱ ὠτοκλίνοι τὰ ὄτρα κερτημένοι. Ὁμοίως σκέπεισιν αὐτοὺς τρόπω τῶν σκιαδείων. In priore versu ὠτοκλίνοις legimus. Quominus tamen in Pliniano contextu quidquam immutem, facit Ptolemæus, lib. II, cap. 11, qui Scandiæ in Germanico

Oceano gentem quamdam Φιραΐσους appellat, forte pro Φανίσους. HARD.

34. *Incipit deinde*. Dalec. *incipit inde*, non *deinde*. ED. — Jam certiore, inquit, fama produntur gentes deinceps appellandæ. Solinus, cap. xx, pag. 40: « Sevonem montem, inquit, Ingævones tenent, a quibus primis post Scythas nomen Germanicum consurgit. » Auctor libri de mensura orbis terræ hunc locum paulo aliter ex suis codicibus legit: « Plinius Secundus de insulis Germaniæ: incipit deinde clariore aperiri fama ab gente Ingævorum, quæ est prima in Germania, mons Sevo ibi immensus: nec Riphæis jugis minor, immanem ad Cimbrorum usque promontorium efficit sinum, qui Codanus vocatur, refertus insulis, etc. » HARD.

35. *Inde Germaniæ*. Bene MS. Reg. 1, et editio princeps, *inde Germania*. BRON.

36. *Sevo mons*. Is a mari Albo et extremis Lappiæ finibus, lunato cursu ad fauces usque sinus Codani, versus Cimbrorum promontorium, ccc circiter passuum mill. procurrit, variis nominibus. HARD. — *Dophrines* vulgo dicitur hodie. ED.

37. *Cimbrorum usque promontorium*. Chiffi. *Cimbros usque promontorium*. ED.

nus³⁸ vocatur, refertur insulis : quarum clarissima Scandinavia est³⁹, incompertæ magnitudinis, portionem tantum ejus, quod sit notum, Hillevionum⁴⁰ gente quingentis incolente pagis, quæ alterum orbem terrarum eam appellat. Nec est minor opinione Eningia⁴¹. Quidam hæc habitari⁴² ad Vistulam⁴³ usque fluvium, a Sarmatis⁴⁴, Venedis, Sciris, Hiris tradunt. Sinum Cylipenum⁴⁵ vocari : et

38. *Qui Codanus.* Ac deinde Balticus, ab insula Baltia, est cognominatus. HARD.

39. *Scandinavia.* Quæ hodie Suecia Norvegiaque dicitur. Insulam Veteres credere : sinum Codanum rati cum Oceano septentrionali, sive Hyperboreo connecti, ad finem Suevonis montis, qua Russis nunc accolis Album mare, et alio nomine Granvicus sinus appellatur : qua ratione insulæ duæ efficiebantur, præcipua magnitudine, Scandinavia atque Finningia. H.

40. *Hillevionum.* Proximam hanc fuisse Scandinaviæ partem vel ex eo liquet, quod primam eam Romani nosse potuerunt. *Ἰ Αευωνοι* vocè, ut apparet, capite diminuta, pro *Ἰλλευωνοι* a Ptolemæo nominantur, in Scandiæ media regione, lib. II, cap. II. HARD.

41. *Eningia.* In MSS. *Epigia* : atque ita similiter auctor libri de Mensura orbis terræ : « Nec minor est opinione Epigia. » Sed utut est, Finningiam intelligit, inter Scandinaviam et Venedos sitam : ingens hodie peninsula, *la Finlande* : unde sinui proximo nomen, qui Finningiam a Livonia disterminat, *le golfe de Finlande.* HARD.

42. *Hæc.* Malebat Dalecampius hanc. ED.

43. *Vistulam.* Chiffi. *Visulam.* Pomp. *Istulam.* Etiamnunc *Vistule.* ED.

44. *A Sarmatis.* A Sarmatarum gentibus, quarum hæc sunt nomina : Venedæ, Sciri, Hirri. *Οὐενέδα* Ptolemæo, lib. III, c. 5, a quibus Venedicus sinus, *le golfe de Dantzic*, nomen olim habuit, Livoniam tenuere : ac Lithuanæ partem occidentalem : Sciri, quos Sidonius Apollin. Carm. 7, *Seros* vel *Sceros* appellat, Hirri, Curiam, *le duché de Curland*, Samogitiamque. « Venedorum nationes, inquit Tacitus lib. de Morib. German. cap. 46, Germanis an Sarmatis adscribam, dubito, etc. » Auctor libri de Mensura orbis terræ hunc Plinii locum exscribens, Hirros non agnoscit. « Quidam, inquit, hæc habitari ad insulæ usque ad fluvium (lege, ad Vistulam usque fluvium, sive Visulam) a Sarmatis, Venedis, Scirisque tradunt. » Ac valde metuo ne Hirri a repetitis temere Sciris accreverint. HARD. — Dalec. a *Sarmatis*, *Venedis*, *Scyris.* ED.

45. *Cylipenum.* Ita MSS. at editi, *Clylipenum.* Nunc sinus Livonicus dicitur, a celebri ejus regionis emporio, *le golfe de Riga* : quo in sinu antiquo vocabulo Latris insula, nunc *Oesel* vocatur. HARD.

in ostio ejus insulam Latrin. Mox alterum sinum Lagnum⁴⁶, conterminum Cimbris. Promontorium⁴⁷ Cimbri-
rum excurrens in maria longe peninsulam efficit, quæ
Cartris⁴⁸ appellatur. Tres et viginti inde insulæ Romano-
rum⁴⁹ armis cognitæ. Earum nobilissimæ, Burchana⁵⁰,
Fabaria nostris dicta, a frugis similitudine⁵¹ sponte pro-
venientis. Item Glessaria, a succino militiæ⁵² appellata :
a barbaris Austrania, præterque Actania.

XXVIII. Toto autem hoc mari¹ ad Scaldim usque flu-
vium, Germanicæ accolunt gentes haud explicabili men-
sura, tam inmodica prodentium² discordia est. Græci et
quidam nostri $\overline{\text{XXV}}^3$ M. passuum oram Germaniæ tradi-
derunt. Agrippa cum Rhætia et Norico longitudinem
DCLXXXVI⁴ millia passuum, latitudinem CXLVIII⁵ millium :

46. *Lagnum*. Is est qui Jutlan-
diam, Holsatiam, Ducatumque
Mecheloburgensem alluit. HARD.

47. *Promontorium*. Hodie *Skagen
Cap*, in Juttia septemtrionali,
Danici regni provincia, ad fauces
eas unde sinus Codanus erumpit
ex Oceano. HARD.

48. *Cartris*. Vet. ap. Dalec. *Car-
tris appellatur XXII M. pass. inde*,
etc. ED. — Aliis Cimbrica Cher-
sonesus, hodie *Jutland*; Daniæ regi
paret. HARD.

49. *Romanorum*. Druso Germa-
nico in Germania bellum admini-
strante. Strabo, lib. VII, p. 291.
HARD.

50. *Burchana*. Βυρχανίς Straboni,
loc. cit. Stephano Βούρχανίς in Cel-
tica. Existimant eruditi esse insulam
Borcum, in ostiis Amasii *Ems* am-
nis positam: aiuntque turrim etiam-
num ibi exstare, quam *Het boon
huys* incolæ vocent: quæ vox Ger-
manica lingua *Fabaram domum* so-

net. Vide quæ dicenda sunt lib.
XVIII, cap. 30. HARD.

51. *Similitudine*. Vet. ap. Dalec.
multitudinis. ED.

52. *Militiæ*. Non Romæ, domi-
que, sed foris ab exercitu, militi-
busque romanis. Nam a domesticis
vernaculisque, castrensia distingui
vocabula, in præfatione ad Vesp.
jam dictum est. In MSS. *Austera-
via*. De Glessariis dicemus c. 30. H.
XXVIII. 1. *Toto autem hoc mari*.
Septemtrionali, quod Europam al-
luit. HARD.

2. *Prodentium*. Rhenan. *traden-
tium*. ED.

3. $\overline{\text{XXV}}$. *M. pass.* Lineola super-
posita vicies quinquies centena
millia passuum significari admo-
net. HARD.

4. *DCLXXXVI* millia. Dalec.
DCLXXXVI. ED.

5. *CXLVIII*. Ita MSS. omnes,
Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, etc. HARD.
— Dalec. *CCLXVIII*. ED.

(xiv.) Rhætiae prope⁶ unius majore latitudine, sane circa excessum ejus⁷ subactæ. Nam Germania multis postea annis, nec tota, percognita est. Si conjectare⁸ permittitur, haud multum oræ deerit Græcorum opinione⁹, et longitudini¹⁰ ab Agrippa proditæ. Germanorum genera quinque: Vindili¹¹: quorum pars Burgundiones¹²,

6. *Rhætia prope.* Agrippam reprehendit, qui Germaniæ Rhætiaeque, et Norici latitudinem tam angustis definierit spatiis: quum Rhætiae unius prope major sit, quam quantam tergeminae illi regioni assignaverit: saltem qualis quantaque Rhætia cognita est, quum circa Agrippæ obitum Romanorum armis est domita. Nam Germania, ne multis quidem post annis, nec tota etiam, lustrari noscique potuit. Avulsa male hæc fuisse hactenus a præcedentibus, ante nos intellexit Rhenanus: evidens inscitiae eorum argumentum, qui Plinii libros in capita distinxere: quum sine illis constare antecedentia minime possint. Ridenda quoque hic, ut multis aliis in locis, Gallici interpretis hallucinatio, qui verba hæc paulo post sequentia, *circa excessum ejus*, non ad Agrippæ obitum, sed ad exitum Germaniæ nescio quem retulit. HARD.

7. *Circa excessum ejus.* Rhenan. *citra excessum.* ED. — Excessit e vivis Agrippa, Valerio Messala Barbato, P. Sulpicio Quirinio coss. anno U. C. DCCXLII, ut auctor est Dio, lib. LIV, pag. 541. Subacta per Drusum Tiberiumque, quos exercitui Augustus præfecerat, Rhætia, M. Druso Libone, L. Calpurnio Pisone coss. anno DCCXXXIX, ut idem refert, pag. 335. HARD.

8. *Si conjectare.* Si conjecturæ

locus datur, inquit, minor paulo erit, quam opinati sunt Græci, Germaniæ ora, vicies quinquies centena m. pass. ut paulo ante diximus, colligere ab his credita: nec multo etiam brevior, quam Agrippa prodidit, qui DCLXXXVI millibus passuum omnino definiit, Germaniæ cum Rhætia et Norico longitudo. Insignis autem ideo est utriusque mensuræ discrimen, quoniam per anfractus sinusque Germanici Oceani prior illa Græcorum excurrit: sequens vero Agrippæ, cuncta Germaniæ nondum explorata, mediterraneam tantum ejus cognitæ partem, tractu diverso metitur. HARD.

9. *Opinione.* Sic ap. Chiff. Dal. *opinion.* ED.

10. *Long. ab Agr. proditæ.* Vet. ap. Dal. *long. ab Agr. traditæ.* ED.

11. *Vindili.* Ita Reg. 1. At Reg. 2, Colb. 1, 2, Chiff. et Paris. *Vandili.* Tacitus Vandalios vocat, lib. de moribus Germ. pag. 123. In Notitia Dignit. Imp. Rom. cap. 18, Ala *Vandilorum.* Ex Vandalicis montibus Albion amnem effluere, et in Oceanum effundi, auctor est Dio, lib. LV, pag. 548. Vandali, inquit Mariana, Hist. Hisp. lib. V, cap. 1, p. 185, quibus ferme locis nunc Mekelburgenses sunt et Pomerani. HARD.

12. *Burgundiones.* Burgundiones pars Vandalorum, a burgis, hoc

Varini¹³, Carini¹⁴, Guttones¹⁵. Alterum genus, Ingævones¹⁶: quorum pars Cimbri¹⁷, Teutoni, ac Chaucorum gentes. Proximi autem Rheno, Istævones¹⁸: quorum pars Cim-

est, pagis in quos dissipati erant, appellationem sortiti sunt: et quam in Heduis consedissent, ut creditur, ei Galliæ provinciæ, Burgundiæ nomen fecerunt. Partem Poloniæ tenuere, ubi nunc *Gnesa*. H.

13. *Varini*. Varini Tacito, lib. de Morib. Germ. c. 40. Ptolemæo sunt Avarini, lib. III, cap. 5, in Sarmatia Europæa, ad Vistulæ fontes, ubi nunc Cracovia. Φουρυγουνθίωνες, inquit (pro Φουρυγουνθίωνες,) εἶτα Αὐαρηνοί, forte pro Οὐαρηνοί, παρὰ τὴν κερὰν τοῦ Οὐίρσουλα ποταμοῦ. Non hoc viderunt Cluverius, aliique, qui aliter statuunt: a quibus dissidere me sæpissime, sed certis adductum argumentis, profiteor. HARD.

14. *Carini*. Καρινοί hi Ptolemæi esse visi sunt Hermolao: frustra, quam ii Helvetiorum genti confines esse a Ptolemæo dicantur, lib. III, cap. 11, in Germania. Nisi ex incanta superioris vocis *Varini* repetitione nata conflataque ista sit, Vistulæ accolæ necesse est fuisse Carinos, perinde ac cæteras Vandalorum gentes, Burgundiones, Varinos, Guttones. HARD.

15. *Guttones*. *Gotones* vocat Tacitus, Annal. lib. II, cap. 62. *Gothones*, lib. de Moribus Germ. cap. 43. Ptolemæo, lib. III, cap. 5, Γούτωνες, ad Vistulam positi sub Venedis: quo ex situ colligimus ibi fuisse, ubi Varsovia est, et utraque Prussia, quam Regalem, et quam Ducalem vocant. Fuit horum oppidum primarium Gyto-

nium primo, mox a Getis Danisque Gedanum, a sinu Codanum, *Dantzic*. Inde Gothones, sive Gothi profecti, qui totam Europam exagitarunt armis, ac ditione diu tenuerunt. Vide Ægid. LACCARY, de Colonia Gallor. lib. I, cap. 9, pag. 69. HARD.

16. *Ingævones*. Ab extremo septentrionalis Oceani littore, ad amnis Amisii ostia, quidquid terrarum interjacet, Ingævones dicti tenuere Norvegiam, Sueciam, Daniæ, Finlandiam, Saxoniam, Frisiamque orientalem. HARD.

17. *Cimbri*. Holsatiam illi, Jutiamque tenuere. Mox Teutoni inferiorem Saxoniam: Brema civitate primaria: Denique gentes Chaucorum duæ, majores, atque minores, Καῦκοι οἱ μείζους, καὶ οἱ μικροί, Osnabrugensem ditionem isti ad Visurgim fluvium: illi Luneburgensem Ducatum, ad Albim: ex Ptolemæo, lib. II, c. 11. Tacitus, lib. de Moribus Germ. cap. 35, de Chaucorum situ: «Ac primo, inquit, statim Chaucorum gens, quamquam incipiat a Frisiis, ac partem littoris occupet, omnium quas exposui gentium lateribus obtenditur, donec in Cattos usque sinuetur, etc.» HARD. — Dalec. *Cauchorum*. Chiffi. *Baugorum*. ED.

18. *Istævones*, etc. Est ita legendum: non, *Istævones*, quorum pars Cimbri mediterranei. *Hermiones*, quorum, etc. Erunt enim etiam *Hermiones* Rheæo proximi? Erunt mediterranei Cimbri, quorum nul-

bri¹⁹ mediterranei : Hermiones²⁰ : quorum Suevi²¹, Her-
3 munduri, Chatti²², Cherusci. Quinta pars Peucini²³, Ba-

lum usquam vestigium est? Quanto commodius cadunt omnia emendatione nostra, quum apposite Hermiones mediterranei, hoc est, in media Germania positi, et Ingævonibus qui oceano, et Istævonibus qui Rheno sunt proximi, opponuntur? Sic enim Tacitus, lib. de Moribus German. pag. 123: « Proximi oceano Ingævones: medii Hermiones: cæteri Istævones vocantur. » Sic igitur manifeste hic locus interpungendus est. At non propterea inserendi huc sunt Sicambri, invitis ac repugnantibus libris omnibus, tum editis, tum manu exaratis; quum sententia hujus loci sit, tam inter Istævones, quam inter Ingævones, habitasse Cimbros, qui tractu utriusque partem occuparint. Nihil planius. HARD. — Herm. *Istævones, quorum pars Cimbri, et Mediterranei*, etc. ED. — A Rheni ostiis ad Coloniam Ubiorum amnis ejus accolæ, cum Frisiis occidentalibus, Istævones appellati. HARD.

19. *Cimbri*. Horum regio ibi fuit, ubi nunc Comitatus Marchiæ, Bergensis Ducatus, et Cliviensis pars transrhenana. Quæ quidem regiones in Prussica provincia, nunc *grand duché du Bas-Rhin* dicta continentur. HARD. et ED.

20. *Hermiones*. In media Germania positi, ultra Rheni Oceanique ripas. In Germaniæ populis medii a Tacito appellati, lib. de Morib. Germ. cap. 2. HARD.

21. *Quorum Suevi*. Hermionum gentes ex ordine perquam accurate

describit, ab iis exsursus, qui sunt ortui solis propiores, mox cursu inde versus occasum instituto. Horum igitur Suevi ii sunt, quos hodie Moravos appellamus, *la Moravie*, ut jam superius monuimus cap. 25. Neque enim Suevos ab istis alios Plinius agnovit, aut Ptolemæus, qui lib. II, cap. 11, ultra Albim Suevos summovet, versus ortum. Postea ad Danubii caput commigrarunt. Hermondurique fuere, qui nunc Bohemi, populique ab his fusi usque ad Danubii ripam. « In Hermunduris, inquit Tacitus, loc. cit. cap. 41, Albis oritur flumen inclytum: juxta Hermunduros Marcomanni et Quadi agunt... Ea-que Germaniæ veluti frons est, quatenus Danubio prætexitur. » Sentio convelli a me recentiorum Geographorum placita: sed hos nihil in præsentem moror. HARD.

22. *Chatti*, etc. Chattis Franconiæ, Brunswicensis Ducatus, circumjacentemque late regionem a Franconia ad Chaucorum fines Cheruscis adscribimus: hi enim inter Chattos Chaucosque medii, Tacito teste, lib. de Morib. Germ. cap. 36. HARD.

23. *Peucini, Bastarnæ*. Peucini, quos quidam Bastarnas vocant, inquit Tacitus, loc. cit. cap. 46. Strabo tamen Bastarnarum partem esse Peucinos putat, lib. VII, pag. 306. De horum situ diximus cap. 25. Gallos Livius semper appellat, lib. XLIV. Attamen Germani esse ducentur. Gruteri inscript. pag. 453, BASTARNÆ. HARD.

sternæ, supra dictis contermini Dacis. Amnes clari in Oceanum defluunt, Guttalus²⁴, Vistillus sive Vistula²⁵, Albis, Visurgis, Amisius, Rhenus, Mosa. Introrsus vero, nullo²⁶ inferius nobilitate, Hercynium²⁷ jugum præten- ditur.

XXIX. (xv.) In Rheno ipso, prope centum m. pas- suum in longitudinem, nobilissima Batavorum insula et Cannenufatum¹: et aliæ² Frisiorum, Chaucorum, Frisia-

24. *Guttalus*. Hunc eundem esse, qui Ptolemæo, lib. II, cap. 11, Οὔιδρος, aliis *Odera*, *l'Oder*, eru- dite probat Cluverius, adversus Junium, Germ. antiq. lib. III, cap. 49; Solino, cap. xx, p. 40, *Gothalus* est. HARD.

25. *Vistula*, etc. Rhenan. *Vistilus*, *Suevus*, *Albis*. ED. — Οὐϊςκόλα, Ἀλβεις, Οὐϊσσουργεις, Ἀμιάσιος, Pto- lem. loc. cit. Nostris, *le Veichsel*, *ou la Vistule*, *l'Elbe*, *le Veser*, *l'Ems*. HARD.

26. *Nullo*. Sic ap. Rhen. Dalec. nulli. ED.

27. *Hercynium jugum*. Quem Hercynium saltum appellavit cap. 25; Ὁρκύνιον δρυμόν Ptolem. lib II, cap. 11; Livius, lib. IX, c. 36, Germanicos saltus. Dionys. Perieg. v. 286, Ἐρκύνιον δρυμόν. HARD.

XXIX. 1. *Et Cannenufatum*. Voculam et, quam Dalecampius expunxerat, tum ex MSS. librorum, tum ex priorum editionum fide restituimus: ne Batavorum insulam, et Cannenufatum, geminam esse ac diversam, quisquam existimaret. Vide Cluver. German. antiq. lib. II, cap. 33. HARD. — Vet. apud Dalec. *Caninefatum*. ED. — Ea insula a Batavis et Cannenufatibus colebatur: illi quoniam majorem

insulæ partem tenere, nomen ei suum dederunt, dictaque insula Batavorum, sive Batavia est. In Tab. Peutling. *Patavia*. Isti apud Gruter. pag. 385, ΚΑΝΝΑΝΕΦΑΤΕΣ, apud Tacitum, Hist. lib. IV, cap. 15, et apud Velleium lib. II, n. 105, *Caninefates* appellati. Hodie *le Bétuve*. HARD.

2. *Et aliæ*. Quas quum sterni Plinius asseverat inter Helium ac Fle- vum, mari quod *Zuyderzee* nun- cupant, ab ortu, ab occasu Zelan- dia claudi omnes necesse est. Eo ordine a Plinio eæ recensentur, ut ab ortu et septemtrione auspicatus, progrediatur in occasum. A popu- lis in eas a continente progressis, nomen habent ex iis aliquæ: a Fri- siis certe, Chaucisque duæ priores, quos ultra Rhenum sedes habuisse constat. Frisios in hoc tractu Ta- citus quoque agnoscit, quos cum Caninefatibus copulat, Hist. lib. IV, cap. 79. Chaucos e patriis sedibus commigrantes, ac ducem natione Caninefaten secutos, infe- riorem Germaniam incurssavisse Claudii Imp. temporibus, idem auctor est, Annal. lib. XI, c. 19. De Frisiorum et Chaucorum insu- lis, quæ recedente maris æstu con- tinenti necterentur, Dio, lib. LIV,

bonum³, Sturiorum⁴, Marsaciorum, quæ sternuntur inter Helium⁵ ac Flevum. Ita appellantur ostia⁶, in quæ effusus⁷ Rhenus, ab septemtrione in lacus⁸, ab occidente in amnem Mosam se spargit : medio⁹ inter hæc ore, modicum nomini suo custodiens alveum.

XXX. (xvi.) Ex adverso hujus situs Britannia¹ insula, clara Græcis² nostrisque monumentis, inter septemtrio-

pag. 544. Nunc esse videtur Northollandia. Atque hunc quidem situm Chaucis præsertim adjudicant ea quæ Plinius de iisdem affert, lib. XVI, cap. 1. HARD.

3. *Frisiabonum*. In MSS. *Frisiavonum*. H. — *Leg. Frisiavonum*. Ita MSS. Reg. et ed. pr. Nunc *Amsteland*, *Rhinland*, et clarissima urbium *Amsterdam*. BAOT.

4. *Sturiorum*, etc. His vero meridionalem Hollandiam, *la Sud-Hollande*, Marsacis insulam assignamus, quam Mosam cum Rheno efficit, ubi Dordracum est in Zelandiæ confinio : unde Marsacios pro Mosatis credas appellatos. Marsacos Tacitus vocat, jungitque Caninefatibus, Hist. lib. IV, cap. 79. Μαυροσίτους, ut puto, Dio lib. LX, p. 670, pro Μαρσατίους. In MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, etc. *Tusiorum*, *Marsaciorumque*. HARD. — *Leg. Tusiorum*. Sine auctoritate in recentioribus editionibus, *Sturiorum*. Contermini fuere Frisiavonibus, et porrigebantur versus flumen Salam, *l'Issel*. BAOT. — Pro Marsaciorum legitur in notis ap. Dalec. margini appositis *Mattiacorum*. ED.

5. *Inter Helium*, etc. Helium Zelandiæ vicinum, ubi nunc castellum *Briel*. Flevum vero Frisiæ, ubi nunc insula est, quæ priscum

nomen retinet, *het Vlie*, sive *Fliis*. HARD.

6. *Ostia*. Et castella quoque ostium imposita. Tacitus, Annal. lib. IV, cap. 72. ED.

7. *In quæ effusus*. Per fossam a Druso in Salam *l'Issel*: alteramque ex parte læva a Civili, in Leccam, *le Leck*, Mosamque, deductum olim esse Rhenum sciunt eruditi. Vahlem hunc Rheni alveum accolis nominant, qui mox id quoque vocabulum mutat Mosam flumine, cujus immenso ore in Oceanum effunditur. HARD.

8. *In lacus*. Hi frequenti eluvione aquarum, in unum maris sinum abierunt, ea magnitudine, quæ Maris Australis, *Zuyderzee*, nomen hodie sustineat. Lacui nomen olim Flevo fuit, ut auctor est Mela, lib. III, cap. 2. HARD.

9. *Medio*. Quod a Schenckii, ut vocant, munimento, Arenacum delapsus, Ultrajectum ac Lugdunum alluit. HARD.

XXX. 1. *Situs Britannia*. Pint. *sita est Britannia*. ED.

2. *Clara Græcis*. Hanc cæsteris orbis totius insulis Græci præstulere: Dionys. Perieg. vers. 568, de Britannicis insulis: Τάων τοι μέγας περιώσιον · ἐὸ δὲ τις ἑλλήνη Νήσιος ἐν πάσῃσι Βρετανίσιον ἰσοπαρίζει. HARD.

et occidentem jacet : Germaniæ³, Galliæ, Hispaniæ, to maximis Europæ partibus magno intervallo⁴ ad a. Albion⁵ ipsi nomen fuit, quum Britanniæ vocarentur es : de quibus mox paulo dicemus. Hæc abest a Gesico⁶ Morinorum gentis littore, proximo trajectu⁷ quinginta m. circuitu⁸ vero patere tricies octies centena ti quinque m. Pytheas et Isidorus tradunt : triginta e jam annis notitiam ejus romanis armis non ultra itatem silvæ Caledoniæ⁹ propagantibus. Agrippa¹⁰,

Germaniæ, etc. Verius Strab. V, pag. 199, soli Galliæ prædixit. Plinio tamen Tacitus ribit, in vita Agricolæ, cap. IARD.

Magno intervallo. Vet. apud . *haud magno intervallo*. ED. atium intelligit, quo ab orientecum porrigitur: maximam ac celo Tacitus dixit, loc. IARD.

Albion. Ἀλουίων Ptolemæo, , cap. 3. Angliam, Scotiam-omplectitur; Scotorum etiam quum Britannia diceretur, atque Anglorum ignoto no-Britanniæ dicebantur, Hi- adjuncta, cum cæteris adja-ius insulis. HARD.

Gessoriac. Ptolem. lib. II, Γησορβίακον ἐπίκειον Μορίων, orum navale. Plinio ipsi, c. ajus libri, *Portus Morinorum* inicus, quod ex eo Gallis Ro- que usitatus erat in Britannos. Tab. Peut. *Gessoriac*, *unc Bononia*. Nostris *Boulogne*. HARD.

Trajectu quinquaginta millium. rm. edit. *quinquaginta millia* n. Hermolaus *millia minimum* psit. Nos hæc postremam

vocem, ceu spuriam, expungimus: abest enim a MSS. omnibus, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chifflet. etc. atque ex præcedenti vocula *millium* ea prodiit. Straboni porro, lib. IV, pag. 199, ab Icio Morinorum, unde solvit in Britanniam Cæsar, trajectus est cccxx stad. hoc est, LX m. pass. non L. HARD. — Pro *minimum* proponebat Dalec. *passuum*. ED.

8. *Circuitu vero*. Sic Martianus, a Plinio mutuatus, lib. VI, cap. *alia dimensio Europæ*, pag. 215. H.

9. *Caledoniæ*. Floro Saltus Caledonius appellatus: Grampio monte, *Grampian*, dividitur: in Scotiis, ubi et Caledonia regio, quam Julius Agricola Domitiani temporibus primum subegit. Καληδόνιος δρυμὸς est Ptolemæo lib. II, c. 3. At significare Plinius videtur, haud longe progressa fuisse arma romana, si spectetur spatium annorum triginta, ex quo bella ibi geri cæpta sunt. Quamobrem annon Caledonia silva verius fuerit in Comitatu quem vocant Essexiæ, quinque aut sex leucis supra Tamesim, ab amne Læa usque ad mare, amplius considerandum. HARD.

10. *Agrippa*, etc. Sic quoque

longitudinem DCCC M. pass. esse : latitudinem CCC M. credit. Eamdem Hiberniæ latitudinem, sed longitudinem CC mill. passuum minorem. Super eam hæc sita abest brevissimo transitu a Silurum¹¹ gente xxx M. pass. Reliquarum nulla CXXV mill. circuitu amplior proditur. Sunt autem XL¹² Orcades, modicis inter se discretæ spatiis. Septem Acmodæ¹³, et xxx Hæbudes¹⁴: et inter Hiberniam ac Britanniam, Mona¹⁵, Monapia, Ricina, Vectis, Limnus,

Martianus loc. cit. et Solinus, cap. XXXI, pag. 41 et 42. HARD. — Chifflet. « Agrippa longitudinem DCCC M. pass. credit : latitudinem CCC. Eamdem credidit Hyberniam, sed longitudinem, etc. » ED.

11. *A Silurum gente.* Σύλυρες a Ptolemæo appellantur, lib. II, c. 3. Silurum Tacitus meminit, Annal. lib. XII, cap. 32 seqq. Oram hi occidentem tenuere Valliæ principatus, cum Demetis, qui Silurum pars fuere. Solinus, cap. XXI, pag. 42, Silurum gentem sitam in Britanniæ ora contra Hiberniam, dum hunc Plinii locum transcripsit, insulam male credidit. Nec freti, quod interjacet, spatium summa fide retulit, quum latitudinem ejus scripsit in CXX mill. spatium diffundi, pro xxx; sic enim MSS. omnes habent Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiff. libri editi, perperam xx. HARD.

12. *Sunt a. XL.* Vet. ap. Dalec. « sunt autem XL M. pass. » ED. — Totidem Martiano, l. c. Pomp. Melæ, lib. III, c. 5, 6, « triginta sunt Orcades angustis inter se diductæ spatiis »; Jornandi xxxv; Ptolemæo, lib. II, cap. 3, *περι τριάκοντα*. Sunt eæ supra Scotiam positæ, modico ab ea freto disjunctæ. Earum maxima Pomona, *Mainland*. HARD.

13. *Acmodæ.* MSS. *Hæmodæ*. Alii *Hæmodes*. Vulg. *Hetland* et *Scheland*, in commune appellantur: Orcadibus proximæ, sed in boream longius submotæ. HARD.

14. *Hæbudes.* Leg. *Hebudes*. Ita MSS. Reg. et editio princeps. BAOR. — Vet. apud Dalec. *Hebrides*. ED. — Solino, cap. XXI, pag. 42, et Ptolemæo, lib. II, cap. 2, quinque tantum Ἑβούδα numerantur: Martiano quoque in Periplo, apud Stephanum, Αἰβούδα νῆσοι πάντα τῆς Βρεταννικῆς. Omnium verissime Plinius: sunt enim eæ pæne innumeræ haud procul Orcadibus supra Hiberniam, Scotiamque, ut docet Cluverius, German. antiq. lib. III, cap. 40. HARD.

15. *Mona*, etc. *Mona* Valliæ littori adjacet. *Μόνα νῆσος* Ptolemæo, loco citato, nunc *Anglesey*. Monapia, Ptolemæo *Μονάσιδα*, loco citato. Bedæ *Menavia*, nunc *Man* et *Monetha*, contra Cumberlandiam. Ricina, Ptolemæo *Ρικίνα*, loco citato. Vectim hanc, quæ in freto est quod inter Hiberniam Britanniamque interfluit, cave cum altera confundas quæ contra id Angliæ latus est, quod Galliæ obvertitur. Limnus, Ptolemæo *Λίμνος*, Andros Ἐδρος dicitur. HARD. — Apud Dalecamp. legitur

ros. Infra vero Siambis¹⁶, et Axantos. Et ab adverso¹⁷ Germanicum mare sparsæ Glessariæ, quas Electridas recentiores appellavere, quod ibi electrum nascitur. Ultima¹⁸ omnium, quæ memorantur, Thule: in qua initio nullas esse noctes indicavimus¹⁹, Cancrî²⁰ signum transeunte, nullosque contra per brumam dies. Hoc²¹ autem senis mensibus continuis fieri arbitrantur. Timæus

pro Ricina, *Silimnus*, pro *Sis*, ac denique in vet. apud *Edros* pro *Andros*. Parum *æ*, ut puto, Mannertus Lib. I, nunc esse *Saint-Patrick*, et *Lamby* conjicit, Ricinam inter *Hæbudas* relegat. ED.

Siambis. MSS. Reg. 1, 2, 1, 2, et Paris. *Amnis*, non *s*. HARD. — Illæ insulæ non majorem Britanniam, *l'Anglesey* ad minorem *Armoricam-Bretagne*, pertinent. *Siambis*, *Sian*. *Axanthos*, *l'île d'Ouessant*.

Et ab adverso. Superius mensuræ insulæ contra occidentale mariæ latus sunt positæ: hæ ex eo mari, in quo Britannia ad Germanico, seu parte us Baltici, quæ Germaniam supra Dantiscum, ubi insulæ *Jeland*, et *Gotland*, Glessariæ a succino, quod Germanis diceretur: id enim tum in iis, tum in opposito Gutonum, ubi Dantiscum est, legebat Plinius docet, l. XXXVII, Hæ duæ Glessariæ superius, 7, Austriana, Actaniaque apud HARD.

Ultima. Hæc iisdem verbis nus, loco citato, et Solinus,

cap. xxii, pag. 42. Thule Islandia nunc appellatur, ut recte Cluverius animadvertit, Germ. antiq. lib. III, c. 39. Schetlandiam vult esse *Cambdenus*, p. 850; at hæc non quinque dierum navigatione a Britannia, ut vult Solinus, immo vix unius, abest: nec senis mensibus dies ibi, ut in Islandia, et nox vices habent. Neque eos audimus qui ante annum Christi 874, ulli cognitam Islandiam negant. Fuerit sane hactenus incognita: incognitam fuisse, negamus. Partibus 63, seu gradibus ab Equatore distare Thulen ait *Agathemerus*, Geograph. lib. I, cap. 5. HARD. — Varias refert de Thule insula veterum scriptorum opiniones vir antiquæ Geographiæ peritissimus, *GOSSELIN*, *Géographie des Grecs analysée*, p. 48 seqq. et *Recherches sur la Géographie des Anciens*, tom. II, pag. 35, ubi egregie demonstrat diversam esse Pythæ Massiliensis et Ptolemæi, sive Marini Thulen; hancque unam esse ex insulis *Schetland*, illam vero Islandiam. Vide infer. notam 26. ED.

19. *Indicavimus*. Lib. II, cap. 77.

20. *Cancrî signum*. Volebat Dalec. ad *Cancrî signum*. ED.

21. *Hoc quidam*. Quos inter Pomponius Mela, ut diximus cap. 26. HARD. — Sic apud Chifflet. Dalec.

historicus²² a Britannia introrsus sex dierum navigatione abesse dicit insulam Mictim²³, in qua candidum plumbum proveniat. Ad eam Britannos vitilibus²⁴ navigiis corio circumsutis navigare. Sunt qui²⁵ et alias prodant, Scandiam, Dumnam, Bergos: maximamque omnium Nerigon, ex qua in Thulen²⁶ navigetur. A Thule²⁷ unius diei navigatione mare concretum, a nonnullis Cronium appellatur.

XXXI. (XVII.) Gallia omnis¹ Comata uno nomine appellata, in tria populorum genera dividitur, amnibus maxime distincta. A Scaldi² ad Sequanam Belgica. Ab eo

hæc quidam. Rhod. cap. xxii, 16, *hæc siquidem.* Ed.

22. *Timæus historicus.* Hoc loco non *Timæus*, sed *Pytheas*, legit auctor libri de Mensura orbis terræ: « Plinius Secundus, inquit, in quarto libro edocet, quod Pytheas Massiliensis sex dierum navigatione in septemtrionem a Britannia Thulen distantem narrat. » Sic Plinius ipse, lib. II, cap. 77, pag. 229. HARD.

23. *Mictim.* Quæ sit illa Mictis incompertum. At quum hæc proderet Timæus, forte insulam dixit partem illam Britannicæ, quam appellamus *Cornwal*, in qua candidum plumbum, *l'étain*, provenit. BRON.

24. *Vitilibus.* Vet. apud Dalec. *vitilibus.* Ed.—Vide quæ de iis dicturi sumus, lib. VII, cap. 57. HARD.

25. *Sunt qui.* Aliorum sententiam prodit, non suam. Scandia certe a Scandinavia, de qua supra, nihil differt. *Δοῦμναν* insulam juxta Orcadas habet Ptolemæus, lib. II, c. 3. HARD.—Hic ne quæsieris insulas. Antiqui, quum hæc loca satis explorata non haberent, terras multis quidem aquis interruptas pro insulis acceperere. Certum est partes

esse Norwegiæ; Scandiam, nunc *Scane*, vel *la Scanie*; Bergos, *Bergen*; Nerigon, *la partie septentrionale de la Norwège.* BRON.

26. *In Thulem navigetur.* Crediderim Thulen illam esse *l'Islande*, ultra quam est mare concretum Croniumve, *la mer Glaciale.* Antiquissimæ fuere enim navigationes descriptionesque, quarum promiscua tantum est memoria in veteribus scriptoribus. BRON.

27. *A Thule.* Solinus, cap. xxii, pag. 43, et Martianus, loco cit. H.

XXXI. 1. *Gallia omnis.* Extra provinciam Narbonensem. Galba nummus, TRES GALLIÆ. HARD.—De his omnibus vide D'ANVILLE, *Notice de la Gaule.* Ed.

2. *A Scaldi.* Ita MSS. Reg. et edit. princeps, et Elz. Harduinus autem ex Chifflet. *a Scalde*; cui quidem hic annuendum non putavimus, quod ipse fateatur, *a Scaldi* paulo inferius legendum fore. Ed.—Plinius Galliam a Scaldi, *l'Escaut*, non a Rheno determinat, quod provinciæ romanæ Germania superior et inferior a Rheno ad Scaldim protenderentur. BRON.

ad Garunnam³ Celtica, eademque Lugdunensis. Inde ad Pyrenæi montis excursum Aquitanica⁴, Aremorica⁵ antea dicta⁶. Universam oram⁷ XVIII M. pass. Agrippa : Gallia-

3. *Ad Garunnam.* Eandem Gallie divisionem Mela, sed *Garunnam* vocat, lib. III, cap. 2 : « Regio, inquit, quam incolunt omnis Comata Gallia, populorum tria summa nomina sunt; terminanturque fluvii ingentibus. Nam a Pyrenæo ad Garunnam, Aquitania : ab eo ad Sequanam, Celtæ : inde ad Rhenum pertinent Belgæ. » Ammianus Marcellinus expressius adhuc, atque eo audacius, l. XV, p. 59 : « Temporibus priscis quum laterent hæ partes ut barbaræ, tripartitæ fuisse creduntur; in Celtas eosdemque Gallos divisæ, et Aquitanos, et Belgas... et Gallos quidem, qui Celtæ sunt, ab Aquitanis Garumna disterminat flumen, a Pyrenæis oriens collibus, postque oppida multa transcurta in Oceano delitescens; a Belgis vero eandem gentem Matrona discernit et Sequana, amnes magnitudinis geminæ. » Tamen ex nominibus et situ Aquitanicæ populorum, quos Plinius paulo postea enumerat, cap. 33, Garunnam (sic enim habent MSS. quos vidimus, et alius e Bibliotheca Divio-Benigiana, et veteres editiones omnes a Romana anni 1470 usque ad Frobenianam; quæ prius Garunnam edidit :) *Garunnam*, inquam, appellasse Plinius videtur ipsum amnem Ligerim, ab Andegavensi regione; ubi jam multis auctus magnis fluminibus, deinceps solus in mare devolvitur, nullo alicujus nominis amne recepto. Noverat is haud dubie, Garunnam similiter, qui Garumna est in decur-

su, eundem per leucas quindecim, antequam se in mare exoneret, Garunnam desinere appellari, et Girundam vocari, ex quo Dordoniæ non impari sibi amnem recepit, et uno decurrere alveo ambo cœperunt. Non hunc igitur intellexit, quum Garunnam dixit; siquidem Girunda esset accolis, ut etiamnum est, non Garumna. Sic Danubius longe ante ostia, non Danubius, sed Ister fuit. Sic igitur recte Plinius innuit, Ligerim circa ostia sua Garunnam fuisse olim ab accolis vocitatum. Nam ab unius fluminis ostio ad aliud ducit mensuras, et fines populorum disterminat. HARD.

4. *Aquitanica.* Ita MSS. omnes : ut Belgica, Celtica. HARD.

5. *Aremorica.* Vet. *Arecomica*, sed perperam. Veteribus namque Gallis hodieque etiam Britonibus, Gallicæ populis, *ar-mor* significat *ad mare*, teste Camdeno Britan. p. 20. Vide et Pancirol. super Notic. lib. II, c. 86. DALEC. et HARD.

6. *Antea.* Dalec. *ante*, repugnante Chiffi. Ed.

7. *Universam oram XVIII M. pass.* Agrippa, etc. Libri hactenus editi hoc tantum, *Agrippa universarum Galliarum inter*, etc. Verum ex MSS. Reg. 1, 2, Colbert. 1, 2, Paris. et Tolet. lectione, quam secuti sumus, tres omnino apposite reddi mensuræ videntur, ex commentariis Agrippæ decerptæ : adnavigationis primum gallicæ oræ totius, per Oceanum a Scaldi fluvio usque ad Pyrenæum,

rum inter Rhenum et Pyrenæum, atque Oceanum, ac montes Gebennam et Juram, quibus Narbonensem Galliam excludit, longitudinem dccxx⁸ m. passuum, latitudinem cccxviii⁹ computavit. A Scaldi¹⁰ incolunt externa Toxandri pluribus nominibus¹¹. Deinde Menapii¹², Mo-

quæ colligat *XVIII*, hoc est, decies octies centena m. pass. Mediterraneæ deinde longitudinis, et latitudinis denique earumdem Galliarum. Sic paulo post, ubi Gebennam et Juram libri impressi habent, *Juras* multitudinis numero MSS. iidem repræsentant: quemadmodum lib. III, c. 5, *montibus Gebenna et Juribus* dixit. HARD. — Non multum autem a vero abest *XVIII* mill. pass. mensura, dummodo non Oceani tantum, sed interni etiam maris littora in ea recenseantur. ED.

8. *DCCXX M passuum*. MSS. omnes, *CCCXX*. Chiffletian. *CCCXXX*. HARD. *CCCXX*. Missi Theodosii: « Gallia Comata . . . juxta Plinium Secundum in quarto libro, in longitudinem dccccxx, in latitudinem cccviii. » Omnes istæ mensuræ multum a vero aberrant; nos autem MSS. omnes *CCCXX* habere animadvertentes, immutata prima littera *C* in *D*, *DCCXX* reponendum censuimus, nihil in hoc dubii admittentes, quum Rhenum inter et Pyrenæos, juxta Garumnæ fontes et nonnullas partes alias, vera sit dccxx m. pass. distantia. ED.

9. *CCCXVIII*. Dalecampius, *CCCXIII*. Chifflet. *CCCXXIV*. Missi Theodosii, ut modo diximus, *CCCVIII*. Paulum inter se differunt omnes istæ mensuræ; quamobrem nihil immutandum censuimus; animadvertendum tamen est illas

inter Gebennam et Oceanum æquo longiores esse, quum inter montes istos et Oceanum maximum sit cclxxii m. pass. intervallum: inter Juram autem et Oceanum breviores, quum minimum sit cccxvi mill. pass. intervallum, maximumque cccxc m. passuum. dcxv tandem m. pass. reperies, si maximam Galliæ latitudinem habere volueris, Gohæum promontorium inter, quod Galliæ maxime occidentale est, et Rhenum, atque etiam dcc m. pass. si usque ad Helvetiæ terminos pergere libuerit. ED.

10. *A Scaldi incolunt externa Toxandri*. Vet. apud Dalec. « A Scaldi incolunt externi Toxandri. » Hoc est, ut ait Harduinus, regionem ultra Scaldim, extraque Gallias positam, ad Mosam usque et quæ nunc *province d'Anvers* et *Brabant septentrional* vocatur; aut, ut vult Cluverius, paludosas regiones quibus nomen est *Zee-lande*. Certe deinceps Menapiorum regionis partem occuparunt, quam d'ANVILLE nominari dicit *la Campine*, et in qua fuit *Toxandria locus*. Ammiano Marcellino, libro XVII, memoratur, loco hodie dicto *Tessender-loo*. ED.

11. *Pluribus nom.* Hoc est, gens una illa Toxandrica plures populos complexa est. HARD.

12. *Deinde Menapii*. Jam hi deinceps citra Scaldim. Et Menapii quidem Morinis confines, juxta mare,

rini ¹³, Oromansaci ¹⁴ juncti pago, qui Gessoriacus vocatur : Britanni ¹⁵, Ambiani ¹⁶, Bellovaci ¹⁷. Intror-

non Plinio modo, sed etiam Straboni, lib. IV, pag. 194 : τοῖς Μεναπίοις δ' εἰσι συνεχεῖς ἐπὶ τῇ θαλάττῃ Μορίνοι. Tacitus quoque, Hist. lib. IV, pag. 94 : « A Rheno venientes transire Mosam jubet, ut Menapios et Morinos, et extrema Galliarum quaterent. » HARD. — Illos Cæsar, lib. IV, diversis locis, tum Morinis jungere videtur, tum ad Rhenum ponere, quum, cap. 4 : « Usipates, ait, et Tenchtheri ad Rhenum pervenerunt, quas regiones Menapii incolebant, et, ad utramque ripam fluminis, agros, ædificia, vicosque habebant. » Et in hoc etiam Strabonem ipsum Cæsari assentiri animadvertit eruditissimus vir, ΒΑΡΒΙΞ ΔΥ ΒΟCΑCΚ, in Cæsaris nostri Indice geographico, quem vide. Ex his omnibus hoc mihi constare videtur, nempe Menapios quondam in omnibus regionibus, quæ Oceanum inter et Rhenum jacent, dominatos fuisse, et a Germanis populis, Toxandris scilicet aliisque, a Rheno ad mare adactos, in ea tandem regione circumscriptos fuisse, quæ hodie *Flandre occidentale* appellatur. Vid. D'ANVILLE, *Notice de la Gaule*, verbo ΜΕΝΑΠΙ. ED.

13. *Morini. Extremique hominum Morini* Virgilio appellati. Ut Armo-rici, ita et Morini a voce celtica *Mor*, quæ mare significat, quasi Maritimi, nomen habuere. Menapii, ut vidimus, ab ortu confines : Ambianis, ab occasu, apud Ptolem. lib. II, cap. 9, qui Morinorum civitatem mediterraneam ait fuisse Ταρούαναν, olim *Térouane* : navale,

Gessoriacum, ut vidimus sup. cap. *Boulogne (départ. du Pas-de-Calais)*. HARD. et ED.

14. *Oromansaci. Oromarsaci*, quod a MSS. datur, legere mallet D'ANVILLE, qui eos inter urbes *Calais* et *Gravelines* habitasse putat, loco etiam nunc *terre de Marck*, seu *de Merk*, vocato, haud longe a Gessoriacum, de quo mox supra. ED. — Audax conjectura illius qui legendum suspicabatur, *Promont. Iccii, junctum pago*, etc. HARD. et ED.

15. *Britanni*. Quos in Gallia solus memorat Noster. An Britannorum fuerint colonia incertum, non tamen absurdum existimare videtur eruditissimus vir D'ANVILLE, qui eos ponit in meridionali ripa amnis hodiè vocati *la Canche (départ. du Pas-de-Calais)*. Cluverius, German. antiq. lib. IV, c. 27, hic *Briannos* legi mavult. ED.

16. *Ambiani*. Aquis *Sòmone* clari amnis abluuntur : habent oppida *Amiens, Abbeville (département de la Somme)*. HARD. et ED.

17. *Bellovaci*. In Edit *Parmens. Bellovaci, Bassi*. Frobenius, *Bellovaci, Hassi*. MSS. Reg. 1, *Bollovasi* tantum. Reg. 2, Colb. 1, 2, Paris. Chifflet. *Bellovasi*. HARD. — Addit Harduinus : *Bellovaci* solum exscriptissimus, expuncta voce *Bassi*, vel *Hassi*, quos in hoc terrarum tractu nullus agnoscit. Harduinum autem reprehendit D'ANVILLE, *Notice de la Gaule*, pag. 363, locum esse in Bellovacensi diocesi ostendens, qui Hassorum nominis vestigia servat, quum in mappis *Haiz*, sive *Hez*,

sus¹⁸, Catustugi¹⁹, Atrebates²⁰, Nervii liberi²¹, Veromandui²²,

scribatur; itaque vocem *Hassi* servandam putat, quam non reponendam curavimus. Bellováci autem fortissimi Belgarum memorantur a Cæsare, lib. II, c. 4, et a Strabone, lib. I, cap. 4, qui eos vocat Βελλοάκους. Ptolemæus: Μετὰ δὲ τούτους (Ἀτρεβατίους) Βελλουάκοι, ὧν πόλις Καισαρόμαγος, Cæsaromagus, postea Bellovaci, hodie *Beauvais*. Bellovacos ultra fines provinciæ nunc dictæ *département de l'Oise* processisse non censent d'ANVILLE et BARBIÉ DU BOGAGE, quamvis aliter videatur Harduino, qui eos usque ad Oceanum producit. Quod quidem Plinii fuisse opinionem indicare videtur sequens verbum *introrsus*, interprete eodem Harduino. ED.

18. *Introrsus*. Hactenus igitur recensiti populi oram tenuere: mediterranea, qui deinceps appellandi sunt. HÆRD.

19. *Catustugi*. Sic MSS. omnes. Nescio autem cur in libris editis omnibus legatur *Castologi*, quum nihil uspiam reperiatur quod lectionem istam confirmare possit. In Antonini autem Itinerario, Bagacum inter et Durocortorum reperitur *Catusiacum*, cujus nominis similitudo nos impulit ut crederemus hanc esse Catustugorum, sive forsan Catusiacorum urbem. Eam autem sitam fuisse putat d'ANVILLE loco dicto *Chaours*, ad transitum amnis *Serre*, haud longe a *Vervins*, *département de l'Aisne*. ED.

20. *Atrebates*. Straboni, lib. IV, pag. 194, Ἀτρεβατοὶ et Ἀτρεβατίοι; Ptolemæo, lib. II, c. 9, Ἀτρεβατίοι, quos errore ad Sequanam habitasse ait. Eorum urbs Ὀργιάκων fuisse ait,

hodie *Orchies* (*département du Nord*); Cæsar autem, lib. VIII, cap. 46 et 52, aliique Atrebatum urbem *Nemetocennam*, sive *Nemetacum*, fuisse nos docent: hodie haud dubie *Arras*, provinciæ ante an. 1789 dictæ *Artois*, nunc *département du Pas-de-Calais*, caput. ED.

21. *Nervii liberi*. De illis pluribus locis Cæsar meminit. Strabo, loco cit. Τριουάγροις δὲ συνεχεῖς Νερούοις; Ptolemæus, loco citato: « Sub prædictis gentibus (solicet Morinis, Tungris, et Menapiis) habitant maxime septentrionales Nervii, quorum civitas Baganum. » Ea autem civitas, hodie *Bavai* vocata (*département du Nord*), quarto sæculo, si eruditissimo viro d'ANVILLE credimus, dominatum in ea regione cessit duobus aliis, Cameraco scilicet, hod. *Cambrai* (*départ. du Nord*), et Turnaco, hod. *Tournay*, in provincia dicta *Hainault*, in regno quod Galli *Pays-Bas* vocant. Liberi porro dicuntur, inquit Hard. h. e. non, ut cæteri vectigales: et suis, non romanis utentes legibus. ED.

22. *Veromandui*. A Strabone, cui minus bene notam fuisse hanc Galliæ partem jam modo vidimus, silentio prætermissi, a Ptolemæo autem corrupte Ῥομάνδοις vocati, et eorum civitas Ἀγγύως αὐοερωμανδυῶν, quam hodie esse *Vermand* vicum, duobus circiter leucis ab urbe *St.-Quentin* (*départ. de l'Aisne*), nominis similitudo indicare videtur; cui quidem opinioni repugnant BELLEY, *Mémoires de l'Académie des Inscriptions*, tom. XIX, d'ANVILLE, multique alii eruditi viri, qui ipsam urbem *St.-Quentin*, cujus vicus an-

Sueconi²³, Suessiones²⁴ liberi, Ulmanetes²⁵ liberi, Tungri²⁶, Sunuci²⁷, Frisiabones, Betasi, Leuci²⁸ liberi, Treveri liberi

tiquissimus etiamnunc *Aouste* appellatur, Augustam fuisse contendunt. Circumjectus ager, ante ann. 1789, *Vermandois* vocabatur. ED.

23. *Sueconi*. In MSS. Reg. *Sucucconi*. Corruptum nomen videtur, et forte repetitum e sequenti *Suessiones*, quum de illis omnes conticecant. ED.

24. *Suessiones*. Regionem tenuerunt quæ, ante 1789, *Sôissonais* vocata, hodie provinciæ *département de l'Aisne* dictæ, pars est australis. De illis vide Cæsaris nostri Indicem geographicum, pag. 358, et D'ANVILLE, *Notice de la Gaule*, p. 620. ED.

25. *Ulmanetes*. Ita MSS. omnes et libri editi ante Hermolaum, qui *Ulbaneetes* ex Antonino rescripsit. D'ANVILLE haud dubium esse dicit quin iidem sint qui in quibusdam Ptolemæi MSS. Συμάνετροι, vel Συβάνετροι, latine *Subaneecti*, dicuntur. Correctum autem nomen *Silvanectes* esse addit, quod sic in libello provinc. Gall. et Imper. legitur; ubi quoque memoratur *civitas Silvanectum*, quæ, ut plerisque videtur, hodie est *Senlis (départ. de l'Oise)*, vasta silva fere undique circumdata; unde *Silvanectibus* nomen venisse videtur. ED. — In libris quibusdam editis, ante *Ulmanetes* adduntur *Veruni liberi*, quos nec MSS. codicum, nec scriptorum veterum ullus agnoscit. *Virodunos* novi, quorum ager *le Verdunois*, oppidum *Verdun (département de la Meuse)*; *Verunos* non novi. HARD.

26. *Tungri*. Sic vocabantur, auctore Tacito, de Mor. German. 2: « Qui primi Rhenum transgressi,

Gallos expulerunt »; Germaniam inferiorem cum *Agrippinensibus*, de quibus mox deinceps partiti sunt, secundum libellum Prov. Galliarum; sicque maximam tenuerunt partem regionum, quæ hodie vocantur provinciæ *de Namur, de Liège* et *de Limbourg*, ubi etiamnunc nomen *Tungrorum* servat *Tongres*, vetus eorum civitas. ED.

27. *Sunuci*, etc. Ita MSS. omnes, non *Runic*. Broterius *Sunici, Frisiavones* legit. Qui porro *Sunucorum, Frisiabonum, Betasorum*que sedes ultra Rhenum quæerunt, ii qui *Belgiæ Galliæ* fines fuerint, quibus hi omnes continebantur, ignorant. Nervios *Betasiosque Tacitus* simul jungit, *Histor. lib. IV, cap. 56 et 60*: « Occupatis, inquit, *Sunicis, Claudius Labeo Betasiorum, Tungrorumque, et Nerviorum* tumultuaria manu restitit, fretus loco, quia pontem *Mosæ* fluminis anteceperat. » Apud *Gruter. pag. 520*, reperta *Moguntinæ* inscriptio, *BETASII CIVIS. HARD.* — *Sunuci* inter *Mosam* et *Agrippinenses* habitasse videntur orientalem provinciæ *de Limbourg* partem; *Betasi* autem, si *Divæo*, quem *Ortelius* appellat, credimus, occidentalem, in confinio hujus provinciæ et illius quæ *Brabant meridional* vocatur, loco dicto *Beetz*, ad amnem *Gette*, inter *Leau* et *Haclen*, septem circiter leucis a *Louvain*, orientem versus. *Frisiabonum* locus ignoratur, nisi inter *Sunucos* et *Betasios*, ad septemtrionem *Tungrorum* requiratur. ED.

28. *Leuci liberi*. Oppida habuere, auctore *Ptolemæo*, lib. II, cap. 9,

antea²⁹, et Lingones³⁰ fœderati, Remi³¹ fœderati, Mediomatrici³², Sequani³³, Raurici³⁴, Helvetii³⁵. Coloniae : Equestris³⁶, et Rauriaca. Rhenum autem accolentes,

Τοῦλλων, hodie *Toul* (département de la *Meurthe*), et Νάσιον, hodie *Nais*, vel *Nays* (départ. de la *Meuse*). ED.

29. *Treveri liberi antea*. Qui liberi antea, inquit, iidem nunc sunt, ut et Lingones, fœderati. A Diocletiani principatu crebra sunt Augustorum nominibus percussa Treveris numismata. H. — Eorum civitas, una inter celeberrimas Galliae, etiam nunc *Trèves* vocatur, incolis *Trier*, in provincia dicta *Grand duché du Bas-Rhin*, Borussorum regi subdita. ED.

30. *Lingones*. Tacitus, Hist. lib. I, c. 78: « Otho Cæsar Lingonibus universis civitatem romanam dedit. » HARD. — Oppidum eorum hodie *Langres* dicitur (département de la *Haute-Marne*). ED.

31. *Remi*. Fœderatorum populorum potior, quam liberorum conditio fuit: neque enim qui liberi erant, iidem continuo fœderati. H. — Remorum autem oppidum hodie *Reims* dicitur (département de la *Marne*). ED.

32. *Mediomatrici*. Ptolemæo, lib. II, cap. 9, Μεδιομάτρικες. Tacito, Hist. lib. I, cap. 63, et lib. IV, c. 70, *Mediomatrici*. HARD. — Eorum oppidum hodie *Metz* dicitur (département de la *Moselle*). ED.

33. *Sequani*. Quorum oppidum apud Ptolemæum, lib. II, cap. 9, Οὐισόντιον. HARD. — Hodie *Besançon* (département du *Doubs*), usque ad Basileam, *Bâle*, Rheno appositam, eorum ditio pertinuuit. ED.

34. *Raurici*. Quorum mox dicen-

da Colonia Rauriaca: iidem Rauraci alias appellati. Inscriptio Gruteri, pag. 339: L. MURNATIUS. L. F. PLANGVS. COS. . . IN GALLIA. COLONIAS. DEDVXIT. LVGDVNVM. ET. RAVRICAM. Nunc vicus ignobilis, *Augst*, a Basilea VI M. pass. non ipsa Basilea, ut quibusdam visum. Civitatem Basileensium a Castro Rauracensi distinguit Libellus Provinciarum Galliarum. HARD.

35. *Helvetii*. Qui Cæsari, Plinio, cæterisque vetustioris ævi scriptoribus Helvetii vocantur, hos posterior ætas Sequanos appellavit. Tenuere ii quidquid fere a Dola Lugdunum usque, inter Ararim Rhodanumque, terrarum interjacet. Quos Galli *Suisses* appellitant, ultra Juram montem, Belgicæque Galliae limites positos, ii sibi quidem Helvetiorum nomen adsciscunt: veterum sedes non habent. Eutropius, de Cæsare, lib. VI, pag. 392: « Is primo vicit Helvetios, qui nunc Sequani appellantur. » Vide Nicolaum CHORIER, Hist. Delphin. lib. I, p. 10. HARD.

36. *Equestris*. Ptolemæo quoque Ἐκκουστρίης in Sequanis collocatur, l. II, cap. 9. Id nomen habet fortassis ab Equitibus Limitaneis eo deductis. Apud Gruterum, pag. 468, reperta inscriptio in pago *Versoye* agri Genevatis, COL. XQ. In Libello Provinciarum Galliarum, *Civitas Equestrium*, id est, *Noviduno*. Unde *Nyon* colligunt Guillimannus, Cluverius, Monetus, ad Lemanum lacum. HARD.

Germaniæ gentium in eadem³⁷ provincia, Nemetes³⁸, Tribochi³⁹, Vangiones⁴⁰ : hinc Ubii⁴¹, Colonia Agrippinensis, Guberni⁴², Batavi, et quos in insulis diximus⁴³ Rhœni.

XXXII. (XVIII.) Lugdunensis Gallia habet¹ Lexovios²,¹

37. *In eadem.* Galliæ Belgicæ contributi. HARD.

38. *Nemetes.* Νέμεις Ptolemæo, lib. II, cap. 9. In Libello Provinc. Civitas Nemetum Spira. HARD. — Gallis *Spire*, incolis *Speier*, præcipua urbs provinciæ dictæ *Cercle du Rhin*, Boiariæ regi subditæ. ED.

39. *Tribochi.* Τριβοχχοι Straboni, lib. IV, pag. 194. Ptolemæo, loco citato, Τριβοχχοι. Tacito, Hist. lib. IV, cap. 70, *Triboci*. HARD. — In Libello Provinciarum non apparet Tribochorum nomen, sed in eorum locum memoratur civitas *Argentoratensium*, hodie *Strasbourg*, præcipua urbs provinciæ dictæ *département du Bas-Rhin*, cujus maximam partem tenuisse Tribochi videntur. ED.

40. *Vangiones.* Quorum urbs præcipua apud Ptolem. loc. cit. Βορἐντόμαγος, hodie *Worms*, ad lævam Rheni fluminis ripam, principisque *grand-duc de Hesse-Darmstadt* dicti ditioni subjecta. Male addit Ἀργεντόρατον, quæ ut modo diximus, Tribochorum fuit. De Vangionibus Lucanus, lib. I, v. 430 : « Et qui te laxis imitantur, Sarmata, hraccis Vangiones. ED.

41. *Hinc Ubii.* Rheni fontibus, inquit, superius memorati : hi deinceps ostiis propiores, quorum primi Ubii, et in iis colonia Agrippinensis : de qua Tacitus, Annal. lib. XII, cap. 27 : « Agrippina

conjux Claudii, Neronis mater, quo vim suam sociis quoque nationibus ostentaret, in oppidum Ubiorum, in quo genita erat, veteranos, coloniamque deduci imperat, cui nomen inditum ex vocabulo ipsius. » Verius arbitramur ab Agrippina priore, Germanici Cæsaris conjuge, datum id ei coloniæ nomen esse : quoniam veluti Mater Castrorum, procurabat ex eo tractu annonam militibus, qui merebant in exercitu mariti sui : quamobrem et laureato capite pingitur in achate Tiberiano. Vetus inscriptio in Orthogr. Aldi : COL. CLAUD. AVG. AGRIPPINENSIVM. Falsa. HARD. — Colonia hodie incolis vocatur *Cæla*, Gallis *Cologne*, in provincia *de Juliers-Berg-Clèves*, quæ pars est regionis *grand-duché du Bas-Rhin* dictæ, Borussorumque regi subjectæ. ED.

42. *Guberni.* Inter Ubios Batavosque : regionem igitur tenuerunt quæ hodie vocatur *cercle de Clèves*, in provincia *de Juliers-Berg-Clèves*, Borussorum regi subjecta. Tacitus Cugernos, sive Gugernos, vocat, Hist. lib. V, quos pariter cum Batavis jungit. ED.

43. *Et quos... diximus.* Cap. 29. HARD.

XXXII. 1. *Gallia habet.* In ora primum positas gentes enumerat : mox mediterraneas. HARD.

2. *Lexovios.* Λιξόβιοι Ptolemæo,

Vellocasses³, Galletos⁴, Venetos⁵, Abrincatuos⁶, Osismios⁷: flumen clarum Ligerim. Sed peninsulam spectatorem excurrentem in Oceanum a fine⁸ Osismiorum circuitu DCXXV M. pass. cervice⁹ in latitudine CXXV M. Ultra eam Nannetes¹⁰. Intus autem¹¹ Hedui foede-

lib. II, cap. 8. *Lisieux (département du Calvados)*. HARD.

3. *Vellocasses*. Proponerat Dal. *Bellocassios*. ED. — Ptolemæo, loc. cit. Οὐνελοκάσιοι μέχρι τοῦ Σηκάρου, usque ad Sequanam, quorum oppidum Πατόμαχος, vel ut in MS. nostri Pariensis Collegii, Πατόμαχος, *Rouen (département de la Seine-Inférieure)*. Frustra sunt Pithœus, Scaliger, alique, qui Baiocasses hic signari putant. Caletos jungit cum Vellocassibus Cæsar, Bell. Gall. lib. II, c. 4. HARD. et ED.

4. *Galletos*. Ita libri omnes. Καλαί a Ptolemæo appellantur, loc. cit. cum oppido Ἰουλιόβουα, citra Sequanam, ad oram oceani positi. Oppidum tamen ipsum in ulteriore Sequanæ ripa situm est, unde et Caletensium nomen ultra eum annem posterior ætas transtulit. Nam Sigebertus ad annum 1163: «Juliabona, inquit, in Caletensi pago, juxta Sequanam est.» *Lillebonne (département de la Seine-Inférieure)*. Proponerat Dalec. *Cannetes*. HARD. et ED.

5. *Venetos*. Quibus oppidum *Vannes (département du Morbihan)*. Ab his profectos qui Venetias in Italia condiderunt, Strabo existimat, lib. IV, p. 195. HARD. et ED.

6. *Abrincatuos*. Qui australem partem tenere provinciæ nunc *département de la Manche* vocatæ, et quibus oppidum *Avanches*. ED.

7. *Osismios*. MSS. *Ossismos*. At Ptolemæo, loc. cit. Οσίσιμοι. Oram omnem Aremoricæ septemtrionalem ii tenuere. Post arctioribus clausi limitibus: ubi nunc oppidum *St.-Pol de Léon (département du Finistère)*, in Parlamento Alani ducis, an. 1088, *Osismii*, sive *Leonia*. HARD. et ED.

8. *A fine Osismiorum*, etc. Osismiorum fines juxta urbem *S.-Brievre* recte, ut mihi videtur, ponit *d'ANVILLE*; si autem inde peninsulæ excursus numeres, minime DCXXV M. pass. eum esse reperies, sed vix CCCCL, ut ad ostium Vicinaniæ, *la Vilvine*, pervenias. Rectius autem totum peninsulæ excursus summus ab urbe *Avanches* ad Ligeris ostium, qui quidem sic circiter DC M. pass. reperietur. ED.

9. *Cervice*, etc. Sic isthmum vocat, qui capitis instar reliquæ continenti Galliæ, ceu corpori, adhæret, atque annectitur. Ita cap. 5: «Angusta cervice Peloponnesum continet Hellas.» HARD.—XI autem M. pass. minor est, ab urbe *Avanches* ad Ligeris ostium, quam hic ait Noster. ED.

10. *Nannetes*. Quibus oppidum *Nantes (département de la Loire-Inférieure)*. ED.

11. *Intus autem*. Jam hi Galliæ Lugdunensis mediterranea obtinent, quorum alii aliis longius a mari secedunt. HARD.

rati¹², Carnuti¹³ fœderati, Boii¹⁴, Senones¹⁵, Aulerci¹⁶, qui cognominantur Eburovices, et qui Cenomani¹⁷, Meldi¹⁸ liberi, Parisii¹⁹, Trecasses²⁰, Andegavi²¹, Viducasses²²,

12. *Hedui fœderati.* In vetere codice Dalecampius se legisse dicit, *Esui*, haud dubie pro *Edui*. Ptolemæo, lib. II, cap. 8, Ἰδουοί. Et inscriptio apud Gruter. pag. 371, ΛΕΔΥΙ. MSS. Reg. 1 et editiones veteres *Ædui*. Straboni tamen, lib. IV, pag. 192, Ἐδοῦοι. *Ædui* Cæsari, lib. I et VII, passim. Tacitus, Annal. lib. XI, cap. 25: « Primi *Ædui* Senatorum in urbe jus adepti sunt. Datum id fœderi antiquo: et quia soli Gallorum fraternitatis nomen cum populo rom. usurpant. » Regiones tenuere quæ vocantur nunc *départemens de la Nièvre, de Saône-et-Loire, de l'Allier, part. orient; de la Loire et du Rhône, part. septentr.* Præcipuum eis oppidum fuit Augustodunum, nunc *Autun*, Druidarum disciplina inclytam. Memorantur et Cabillonum, nunc *Châlons-sur-Saône, Matisco, Mâcon, Nevirum, Nevers*, etc. Ed.

13. *Carnuti.* *Carnuteni*, MSS. R. 1, 2, Colb. 1, 2, etc. Vet. ap. Dalec. *Carnutes*. Hi regionem tenuere quæ nunc *département de Seine-et-Oise, part. S. O. département d'Eure-et-Loir; et département de Loir-et-Cher, part. S. O.* Oppidum eis *Chartres*. Ed.

14. *Boii.* Boii Borbonienses, a Borbonio Erchenhaldi castello, insequentibus sæculis dicti. Oppidum hodie eis *Moulins (département de l'Allier)*. Ed.

15. *Senones.* Quibus hodie oppi-

dum *Sens (département de l'Yonne)*.

16. *Aulerci, qui cognominantur Eburovices.* Vet. ap. Dalec. et qui nominantur. Oppidi eorum nomen hodie est *Passy-sur-Eure*, quod incolæ vocant *le vieil Evreux (département de l'Eure)*. Ed.

17. *Cenomani.* Dalec. *Cenomanni*. Ptolem. lib. II, cap. 8, Ἀλιπρῖοι οἱ Κενομάνοι, et Cæsar. Bell. Gall. lib. III; eorum oppidum vocatur hodie *le Mans (département de la Sarthe)*. Ed.

18. *Meldi.* Quorum oppidum hodie vocatur *Meaux (département de Seine-et-Marne)*. Ed.

19. *Parisii.* Dalecamp. *Parthisii*, quorum ea ætate oppidum *Lutetia*, ut Cæsar loquitur, Bell. Gall. lib. VII, cap. 4, « positum in insula fluminis Sequanæ. » Nunc *Paris*, Gallici imperii caput. Ed.

20. *Trecasses.* Seu *Tricasses* et *Tricassini*, quorum urbs hodie *Troyes* vocatur (*département de l'Aube*). Ed.

21. *Andegavi, aut Andecavi*, ut in MS. Reg. 1 legitur. Eorum urbs hodie *Angers* vocatur (*département de Maine-et-Loire*). Ed.

22. *Viducasses.* Dalec. *Vidugasses*. Βιδουασίοι Ptolemæo dicti, sed male inter Unellos et Osismios collocati. Eorum autem urbem loco hodie dicto *Vieux*, duobus leucis ab urbe *Caen (département de Calvados)*, sitam fuisse demonstrat D'ANVILLE, *Notice de la Gaule, p. 701 et suiv.* Ed.

Bodiocasses²³, Unelli²⁴, Cariosvelites²⁵, Diablindi²⁶, Rhedones²⁷, Turones²⁸, Atesui²⁹, Secusiani liberi, in quorum agro colonia Lugdunum.

23. *Bodiocasses*. Ita quidem MSS. omnes; sed vox ea Harduino Viducassium inepta videtur repetitio, forsitan non immerito; in libris post Hermolaum editis, pro *Bodiocasses*, *Vadicasses* legitur, qui quidem populus Ptolemæi lib. II, cap. 8, *Ὀβιδιάσσιοι πρὸς τῇ Βελγικῇ* essent, in ea provinciæ Isaræ, *département de l'Oise*, parte, quæ prius *Valois* vocabatur, præcipuamque urbem habebat *Vez*, haud longe a *Villers-Cotterets*. Fatendum est tamen mirum videri posse, quod illos inter populos tanto intervallo separatos nominaverit. Ed.

24. *Unelli*. Ptolemæo, loc. cit. *Οὐνέλοι*, haud procul Osismiis collocantur. Cæsar, *Bell. Gall. II, 34*: « Crassum, inquit, miserat ad Venetos, Unellos, Osisinios, Curiosolitas. » HARD. — Non tamen inde Britannicæ minori, ut vult Harduinus, sunt accensendi, sed, ut demonstrat D'ANVILLE, *Notice de la Gaule, p. 714*, ei provinciæ quæ prius *Cotantin* dicta, hodie *départ. de la Manche* vocatur. Ed.

25. *Cariosvelites*. MS. Reg. I *Coriosvelites*. Cæsar loc. cit. *Curiosolites*: quorum oppidum non *Quimper*, ut Harduinus ex ea oriundus ait, sed ut probat D'ANVILLE, *Notice de la Gaule, p. 258, Corseuil*, duobus leucis a *Dinan* (*département des Côtes-du-Nord*). Sagacissimi veteris Galliæ restitutoris conjecturam comprobaverunt innumera urbis antiquæ sub terra sepultæ vestigia, ab anno 1738 atque recentius etiam an. 1802 detecta. Ed.

26. *Diablindi*. Libellus *Provinc. Civitas Ossismiorum. Civitas Diablinitum*, in *Prov. Lugd. tertia*. *Διαβλινται* Ptolemæo dicuntur, lib. II, cap. 8, in mediterraneo Galliæ Lugd. multo Venetis orientiores, ut habet codex *Palat. at vetustiss. codex Collegii nostri Paris. δυσμικώτεροι, occidentiores*, habet, ut et vulgati libri. HARD. — Haud dubie eam provinciæ *département de la Mayenne* dictæ partem tenuerunt ubi invenitur vicus *Jublains*, duobus leucis ab urbe *Mayenne*, qui quidem eorum nominis haud obscura servat vestigia et Diablindorum, aut potius Diablinitum oppidum fuit, *Νοιόδουνον* ab eo dictum. Ed.

27. *Rhedones*. Ptolem. II, 8: *Παρὰ τὸν Δίγειρα ποταμὸν Ῥήδωνες, ἕν πόλις Κουδάτε*. Cæsar eos dinumerat « inter civitates quæ Oceanum attingunt, quæque Gallorum consuetudine *Armoricæ* appellantur: unde manifestum esset eorum regionem a *Ligeri* ad Oceanum patuisse; sed hic, ut in plurimis, erravisse videtur Ptolemæus; D'ANVILLE illis maximam provinciæ *département d'Ille-et-Vilaine* dictæ partem tribuit: eorumque urbem *Condate* hodie esse *Rennes*. Vid. *Notice de la Gaule, p. 542 et 235*. Ed.

28. *Turones*. Qui a Cæsare tum *Turones*, tum *Turoni* vocantur, male autem a Ptolemæo *Τουρουπίοι*. Hi provinciæ *département d'Indre-et-Loire* dictam tenuere; eisque urbs fuit *Cæsarodunum*, hodie *Tours*. Ed.

29. *Atesui, Secusiani*. Sic MSS.

XXXIII. (xix.) Aquitanicæ sunt Ambilatri¹, Anagnutes, Pictones², Santones³ liberi: Bituriges⁴ liberi cogno-

habent omnes, non *Itesui*. Sed neutram vocem, nusquam reprens, probo. Quid si scribatur, *Item Secusiani liberi*, quasi revocans orationem ad Secusianos nunc commemorandos, quos suo loco et ordine prætermiserat? HARD. — Secusiani, qui Segusiani a Cæsare vocantur, *extra provinciam, trans Rhodanum primi* sunt, eo auctore: sed tunc Æduorum clientes erant qui Plinii tempore *liberi* perhibentur. Eorum urbs præcipua non Lugdunum fuit primo, sed forum Segusianorum, quod etiam nunc vocatur *Feurs* in provincia *départ. de la Loire* dicta, cujus maximam partem, necnon vicinæ, hodie *département du Rhône* tenuerunt Segusiani. ED.—*Lugdunum*. Lyon. Nic. СНОРИЯ, Hist. Delph. l. II, p. 96, a *Lut* quod populum Celtarum lingua sonat, et *Dun* montem, vocis Lugduni originem repetit: quasi montis incolas ea vox significet. Aliam ejus nominis originationem ridet, quam apud Plutarchum Clitophon affert. Neutra nobis placet. Verius arbitramur *Lugdunum* emolitam vocem esse pro *Lucudunum*: quod lucum montis significat. Propterea enim in nummo vetere Rodulphi regis LVCVDVNVS scribitur. HARD.—De hac urbe videas D'ANVILLE, *Notice de la Gaule*, p. 423, et Cæsaris nostri indicem, pag. 353. ED.

XXXIII. I. *Ambilatri*. Lege *Ambilates*. Putoque vocem hanc tractam e superiori capite huic insertam imprudentia. DALEC. — Pro *Ana-*

gnutes volebat Dalec. *Aginnates*. *Ambilates* jungit cum *Nannetibus* Cæsar, Bell. Gall. lib. III, p. 34. Anagnutes ii esse videntur, qui Artemidoro apud Stephanum dicuntur Ἄγνώτες ἔθνος Καλιτικῆς παρὰ Ὠκεανόν. Ambo inter *Nannetes*, et *Pictones*, sedes habuere. Notabile interim est, quod quum in Belgica c. 31, tres sint populi fœderati, *Lingones*, *Remi*, *Treveri*: in *Lugdunensi* duo, cap. 32, *Carnuti*, et *Ædui*: in *Aquitanica* nulli sint. HARD. et ED.

2. *Pictones*. Qui regionem tenebant ex eorum nomine *Poitou* prius dictam, hodie *départements de la Loire-Inférieure et de Maine-et-Loire, partie S. départements de la Vendée, des Deux-Sèvres et de la Vienne*: oppidum eis *Limonum, Poitiers*. Illos *liberos* fuisse *Lucanus* innuit, lib. IV, v. 436: « *Pictones immunes subigunt sua rura.* » ED.

3. *Santones*. Hi sedem habuere regionem prius *Saintonge*, nunc *départements de la Charente et de la Charente-Inférieure*, oppidumque *Mediolanum*, hodie *Saintes*. ED.

4. *Bituriges liberi cognomine Ubisci*. Ptolemæo, libro II, cap. 7, Βιτούριγες οἱ Οὐβίσκοι, *Ausonius* lib. *Vivisca ducens ab origine gentem*: unde *Vivisci* potius quam *Ubisci* in mappa nobis appellandi visi sunt. Hos *Strabo* male Ἰσκούς vocat, addit autem recte, ut videtur, Μόνον δὴ τὸ τῶν Βιτουρίγων τούτων ἔθνος ἐν τοῖς Ἀκουϊτανοῖς ἀλλόφυλον ἴδρυται καὶ οὐ συντελεῖ αὐτοῖς. Septemtrionalem vero partem

mine Ubisci : Aquitani⁵, unde nomen provinciæ, Sedi-
boniates⁶. Mox in oppidum contributi Convenæ⁷, Be-
gerri⁸, Tarbelli⁹ Quatuorsignani, Cocosates¹⁰ Sexsignani,
Venami¹¹, Onobrisates¹², Belendi¹³, saltus Pyrenæus. Infra-

tenuerunt regionis, quæ nunc *dé-
partement de la Gironde, partie N.*
vocatur; oppidum eis Burdigala,
Bordeaux. Ed.

5. *Aquitani*. Tertia pars Galliæ;
Plinius, IV, cap. 31 supr. • Gallia
comata in tria populorum genera
dividitur... Aquitania, Aremorica
antea dicta •; vulgo *Guyenne*, quasi
Aquienne. — Solus Plinius Aquitanos
peculiarem provinciæ Aquitanicæ
populum facit, quem sedes habuisse
credunt ubi postea reperiuntur
Tarusates, quorum urbs Atures
hodie vocatur *Aire* ad Aturem
fluvium (*département des Landes*).
Ab aquis salubribus, quibus ea
regio scatet, et populus, et regio
nomen accepisse videntur. Ed.

6. *Sedib.* Omnino ignorantur.

7. *Convenæ*. Sic vocati a verbo
convenire, quod Pompeius rediens
ex Hispania, confecto Sertoriano
bello, illos linqere Pyrenæos sal-
tus jussit, unde in finitimas regio-
nes incursum faciebat, et in urbem
convenire; unde Nostro in oppidum
contributi dicuntur; quod quidem
oppidum Lugdunum Convenarum
dictum hodie vocatur *S.-Bertrand
de Comminges* (*département de la
Haute-Garonne, partie S. O.*) Ed.

8. *Begerri*. Qui Bigerriones a
Cæsare, lib. III, c. 27, dicuntur;
eorum nomen servabat regio dicta
prius *Bigorre*, hodie *département des
Hautes-Pyrénées*; oppidum eis Tur-
ba, hodie *Tarbes*. Ed.

9. *Tarbelli*. Dalec. *Tarbeli*. Vi-
dentur hi a Romanis Quatuorsig-
nani cognominati, ut et Cocosates
Sexsignani, quod hi sex signa mi-
litum apud se haberent in præsidio,
illi quatuor. Horum oppidum Aquæ
Tarbellicæ, *Acqs*, sive *Dax* (*dé-
partement des Landes, partie S. O.*)
Vide inferius lib. XXXI, cap. 2.
HARD. et Ed.

10. *Cocosates*. Hard. *Cocossates*;
nos ex MSS. Reg. 2 *Cocossates*, quod
in Cæsare, lib. III, c. 27, legitur.
Male Dalec. *Cocossates*, *Sexsignani*.
Supra Tarbellos ad septemtrionem
ponendi sunt, ex Itinerario Anto-
nini, et eorum oppidum Cocosæ
loco dicto *Marensin*, octo leucis ab
urbe *Dax*. Ed.

11. *Venami*. Omnino ignoran-
tur. Ed.

12. *Onobrisates*. Quod *Onobusates*
legere vellet d'ANVILLE, qui regio-
nem exiguam *Nébousan* vocatam,
juxta Bigerriones (*département des
Hautes-Pyrénées*), eorum sedem
fuisse opinatur, oppidumque situm
fuisse loco dicto *Cloutat*, inter am-
nes hodie *Adour* et *Neste* vocatos.
Vet. apud Dalec. pro *Onobrisates*,
Olobrisates legit. Ed.

13. *Belendi*. Superest ejus no-
minis vestigium in pago *Belin*, ad
amnem *Leriam* in agro Boiorum,
cui agro nomen est hodie *le Buch*
(*département de la Gironde, partie S.*)
Ita Vales. in Notit. Gall. p. 524.
HARD. et Ed.

que Monesi¹⁴, Osquidates¹⁵ montani, Sibyllates¹⁶, Camponi¹⁷, Bercorcates¹⁸, Bipedimui¹⁹, Sassumini, Vellates²⁰, Tornates²¹, Consoranni²², Ausci²³, Elu-

14. *Monesi. Moneins*, inquit idem Vales. locus est hodieque haud ignobilis in Benearnensi agro (*département des Basses-Pyrénées*): cujus forte incolæ Monesi dicti. HARD.

15. *Osquidates*. Hi montani, mox etiam alii dicti campestris, a situ dispari. In MSS. R. et Colb. *Oscidates*. Minime probat d'ANVILLE Valesii conjecturam qui eorum nomen *Osdatii* facit, ut in eis Ptolemæi Δάτιοι, lib. II, cap. 7, inter Gabalos et Auscitanos reperiantur. Rectius, ut opinor, putat ipse d'ANVILLE Osquidates Montanos regionem montuosam tenuisse quæ *vallée d'Ossun* vocatur, Pyrenæos inter et urbem Oléron (*département des Basses-Pyrénées*). ED.

16. *Sibyllates*. Male, ut opinor, illos Hard. cum Cæsaris Sibusatibus, l. III, c. 27, confundit, antepone-ndaque videtur opinio, quam exponit d'ANVILLE, *Notice de la Gaule*, p. 605, ubi illos in regione *vallée de Soule* dictam (*départ. des Basses-Pyrénées*) sedem habuisse. ED.

17. *Camponi*. Locus *Campon* (*département des Hautes-Pyrénées*) in Bigerrionibus, quod a Pâpirio Massono describitur, in Geogr. Franc. pag. 513, ut similitudinem vocis, sic veterum incolarum sedem forte refert. HARD. et ED.

18. *Bercorcates*. Dal. *Bercorates*. Animadvertit Valesius Not. Gall. pag. 524, eorum nomen referre quodam modo vicum *Biscarosse*, haud longe a tête de Buch, meridiem versus (*département des Landes*). ED.

19. *Bipedimui, Sassumini*. MSS. Reg. Colb. et Chiff. *Pimpedumni, Lassumni*. Nihil de illis reperi, nisi tamen Sassumini oppidum habuerint *Sarrum*, quod in tabula Theodosiana inter Condate, *Cognac*, et Vesunnam, *Périgueux*, ponitur, fortasse loco hodie dicto *Charmans* (*département de la Dordogne*). ED.

20. *Vellates*. Iidem videntur fuisse qui a Ptolemæo, lib. II, cap. 7, Ούλαυνοι vocantur ὑπὸ τοῦς Ἀύσκίους, sub Ausciis, quorumque civitas Ρυτίσιον hodie est fortasse *Rieumes* (*département de la Haute-Garonne*), ut mihi videtur. Minime hic solitum ducem d'ANVILLE sequor, qui Velannos Ptolemæi eundem populum habens ac Cæsaris Vellavos, lib. VII, cap. 75, « qui sub imperio Arvernorum esse consuerunt », miratur quod Ptolemæus eos sub Ausciis ponat: quum autem ille in hoc cum Nostro concordare videatur, ego diversos esse populos non existimare non possum. ED.

21. *Tornates*. Tornates ejus loci incolæ ait fuisse Valesius, cui loco nomen hodieque *Tournay*, in Bigerrionibus (*département des Hautes-Pyrénées*). ED.

22. *Consoranni*. Quos eosdem esse diximus ac Consuarani, lib. III, cap. 5, nota 10, quam vide. ED.

23. *Ausci*. Cæsari, lib. III, cap. 27, *Ausei*. Ptolemæo, ὑπὸ δὲ τοῦτους (Δατίους) Ἀύσκιοι, πόλις Ἀγούσα. Straboni, libro IV, Καλὴ δὲ καὶ ἡ (χώρα) τῶν Ἀύσκιων. Oppidum Augusta prius Climberris di-

sates²⁴, Sottiates²⁵, Osquidates²⁶ campestris, Succasses²⁷, Tarusates²⁸, Basabocates²⁹, Vassei³⁰, Sen-

ctum, hodie est *Auch* provinciæ *département du Gers* vocatæ metropolis. ED.

24. *Elusates*. Quorum oppidum *Elusa*, *Euse*, vel *Eause* (*département du Gers*). Inscriptio apud Gruter. pag. 708 : CIVI. ELVSENSI. Apud Cæsarem, *Bell. Gall. lib. III*, pag. 38, *Flustates*, pro *Elusates*, ut alii ante nos viderunt. In concilio Arelat. I : « Mamertinus Episcopus, de civitate Elosatium. » In Agathensi : « Clarus Episcopus de civitate Elusa. » HARD. et ED.

25. *Sottiates*. Ita libri omnes. Cæsari, *lib. III*, pag. 37, *Sontiates*. Nunc est *Soz* in *Novempopulania* (*département de Lot-et-Garonne*). Oihenart. in *Notit. Vascon.* pag. 446. HARD. et ED.

26. *Osquidates campestris*. « Quant aux *Osquidates campestris*, inquit D'ANVILLE, *Notice de la Gaule*, pag. 510, dont il est fait mention à l'écart des autres; si on juge de leur position par celle des peuples au milieu desquels leur nom se rencontre... leur demeure doit avoir été sur la frontière commune des diocèses d'Auch, de Basas et d'Aire. La distinction de *campestris* dans ce canton en pays très-uni est aussi convenable à ceux-ci que celle de *montani* se rapporte à l'emplacement des autres. » Mihi autem sic *campestris Osquidates* a *montanis* remotiores videntur, eorumque sedem agnoscere mallet in vico cui nomen est *Ossun*, duabus leucis ab urbe *Tarba*, *Tarbes* (*département des Hautes-Pyrénées*), in-

ter hanc urbem et supra dictos *Onobusates*. — *Oscidates* Colbert. et MSS. Reg. ut paulo supra. ED.

27. *Succasses*, etc. *Succassium* appellationem servat pagus *Cestas*, inter *Garumnam* *Leriamque* amnes, leucis ab urbe *Burdigalensi* tribus. Auctor *Valesius*, pag. 524. HARD.

28. *Tarusates*, *Basabocates*. *Prius Latusates* corrupte legebatur. *Tarusatum* meminit Cæsar, *Bell. Gall. lib. III*, cap. 23 : « Armis obsidibusque acceptis, Crassus in fines *Varusatum* et *Vocatium* profectus est », et paulo post, cap. 27 : « Magna pars *Aquitaniæ* sese dedit, obsidesque ultro miit : quo in numero fuerunt *Bigerriones*, *Preciani*, *Vocates*, *Tarusates*, etc. » Pagum hi tenuere, cui nomen hodieque *priscum*, *le Turson* (*département des Landes*), ut quidem existimat *Mariana*, *Hist. Hisp. lib. III*, cap. 18, p. 118, cui assentitur D'ANVILLE. ED.

29. *Basabocates*. Ita libri omnes. Qui autem pro *Basabocates*, *Basatæ*, *Boates* legi putant oportere, *Boatiumque* civitatem olim *Boium* fuisse ex libello *Provinciarum Rom.* afferunt, teste utuntur *dubiæ* admodum fidei, sua somnia sæpe pro vero obrudente, cuius mendacium hac in parte detegit *Valesius* in *Notit. Gall.* pag. 329. *Basabocates* a Cæsare *Vocates* dicuntur loc. cit. Mox *Vasatæ*, *Basatæque* iidem appellati; illis oppidum fuit *Cossio*, postea *Vasates*, hodie *Bazas* (*département de la Gironde*). H. et ED.

30. *Vassei*. Forte *Vasarii*, *Obasii*

31, Cambolectri³² Agesinates Pictonibus juncti. Hinc riges³³ liberi, qui Cubi appellantur. Dein Lemo-
34, Arverni liberi³⁵, Gabales³⁶. Rursus Narbonensi
inciæ contermini Ruteni³⁷, Cadurci³⁸, Antobro-

olemæi, lib. III, cap. 7. Ga-
proximi. HARD. — Istos ta-
Ptolemæi Vasarios eosdem
im Vasatibus, de quibus mox
us, putat D'ANVILLE, *Notice*
Gaule, pag. 677. ED.
. *Sennates*. Nihil de illis re-
ED.

Cambolectri. Hi cognomine
iatum, ab aliis Cambolectris
juuntur, qui Atlantici cogno-
tur, in Narbonensi, ut dixi-
lib. III, cap. 5. HARD. —
rduinus, qui, ommissa virgula,
lectri Agesinates legit; alii
Cambolectri, Agesinates. Cam-
rorum nullum exstat vesti-

Agesinatum autem nomen
ere non immerito vult D'AN-
, *Notice de la Gaule*, p. 39
I. in *Aisenay* aut potius *Aze-*
quod nomen est vici leucis
r distantis a *Bourbon-Vendé-*
ement de la Vendée). Forsitan
nensis Cambolectri cogno-
sunt Atlantici quod ab iis,
ibus nunc agitur, Atlantici
accolis, originem duce-
ED.

Hinc Bituriges. Nam et gentes
æ Ligeri amne et Garumna,
que clauduntur, debent
unicæ accenseri. Horum no-
ni Bituriges, Βιτούργες οί
Ptolemæo, lib. III, cap. 7.
sem prius *Berry* dictam, nunc
mans de l'Indre, du Cher et
Ulier, partie O. tenuerunt:

eisque oppidum Avaricum, hodie
Bourges. ED.

34. *Dein Lemovices*. In regione
prius *Limosin*, hodie *départements*
de la Creuse, de la Haute-Vienne et de
la Corrèze, dicta; oppidum Augu-
storitum postea Lemovices, *Ei-*
moges. ED.

35. *Arverni liberi*. Lucanus, lib.
I, v. 427: « Arvernique ausi La-
tio se dicere fratres. » In regione
prius *Auvergne*, nunc *départements*
de l'Allier, partie S. du Puy-de-Dôme
et du Cantal: oppidum Augustone-
metum postea Arverni, hodie *Cler-*
mont. ED.

36. *Gabales*. Sic libri omnes. In
regione prius *Gévaudan*, nunc *dé-*
partement de la Lozère, dicta. In
nummo Justini Aug. apud Paulum
Petavium, GABALORVM. Civitas
Gabalorum in eo stetit loco, ubi
nunc oppidulum *Javouls*, a Mima-
te; *Mende*, leucis quatuor dissitum.
Ita G. DE CATEL, *Hist.* lib. II, p.
306. HARD. — *Gabali*. Vide lib.
XXXI, cap. 42. ED.

37. *Ruteni*. Dalec. *Rutheni*. Strab.
lib. IV, pag. 191, Ρουθηνοὶ δὲ καὶ
Γαβαλοὶ τῆ Ναρβωνίτιδι πλησιάζουσι.
Jam de Rutenis provincialibus di-
ximus lib. III, cap. 5, nota 82:
hi autem provinciam prius *Rouer-*
gue, hodie *département de l'Aveyron*
dictam, tenuerunt: oppidumque
illis Segodunum, postea Ruteni, *Rho-*
dez. ED.

38. *Cadurci*. Dalec. *Cathurci*. In

ges³⁹, Tarneque⁴⁰ amne discreti a Tolosanis Petrocori⁴¹. Maria circa⁴² oram : ad Rhenum septemtrionalis Oceanus, inter Rhenum et Sequanam Britannicus, inter eum et Pyrenæum Gallicus. Insulæ complures⁴³ Venetorum, quæ et Veneticæ appellantur, et in Aquitanico sinu Uliarus⁴⁴.

XXXIV. (xx.) A Pyrenæi promontorio Hispania incipit, angustior non Gallia modo, verum etiam semetipsa¹,

regione prius *Querci*, hodie *départements du Lot et de Lot-et-Garonne, partie N.* Oppidum eis Divona, postea Cadurci, *Cahors*. ED.

39. *Antobroges*. Sic libri omnes, a quibus discedere mihi religio est, inquit Harduinus; legebat tamen Jos. Scaliger : « Nitiobriges Tarne amne discreti a Tolosania. Petrocori » : quam lectionem reprehendit merito D'ANVILLE, *Notice de la Gaule*, pag. 517 et 485, ubi Harduini conjecturam confirmat, qui Antobroges Nitiobriges esse putat, quorum oppidum apud Ptolem. lib. III, cap. 7, Ἀγίμων est, hodie *Agen*, et regio circumjacens *l'Agénois*, hodie *département de Lot-et-Garonne*. ED.

40. *Tarneque*. Tolosanos, inquit, a Petrocoris, Tarnis amnis determinat, Petrocoris Cadurcos, Agenenses, et Albienses usque ad Tarnem amnem, armis et vi sibi subjicientibus. HARD. — Sic Harduinus; cui quidem opinioni minime assentitur D'ANVILLE, *Notice de la Gaule*, pag. 516, qui merito nihil in historia reperiri ait, quod istam conjecturam confirmet : agnoscendum est igitur hic errasse Plinium. Eam autem regionem tenuerunt Petrocori, quæ prius *Périgord* dicta, nunc *département de la Dordogne*

vocatur : oppidum iis *Vesanna*, postea Petrocori, hodie vocatur *Périgueux*. ED.

41. *Petrocori*. Dal. *Petrogori*. ED.

42. *Maria* circa. *Maria* quibus ora Galliarum alluitur. HARD.

43. *Insulæ complures*, etc. Sunt ferme ducentæ, quarum præcipuæ sunt *Vindilis, Belle-Ile*, nomine suo digna, *Groaix, Houat, Hoedic*; pleræque autem desertæ sunt et incultæ. ED.

44. *Uliarus*. A *Sidonio*, ad *Namac*. lib. VIII, ep. 6, *Olariensis insula*. HARD. — Vet. ap. *Dalec.* et *Funxense* exemp. *Ularus*. Hodie *Oléron*. ED.

XXXIV. 1. *Semetipsa*. Nempe ubi cuneatur angustiis inter duo maria, unde deinde paulatim se pandit versus ulteriorem Hispaniam, ut dictum est lib. III, cap. 3. Adeo ut dimidio minor sit, qua Galliam tangit, quam ubi ad occidentem littus exporrigit, ut recte *Mela*, lib. III, cap. 1, pag. 49. HARD. — *Pyrenæi autem promontorium*. Quod *POINSENET Cabo Aiso*, *Pint. Cabo Brentq* esse dicunt, idem nobis videtur esse cum eo quod a *Ptolemæo Οίασώ ἄσπον Πυρήνης* vocatur, et quo terminari Hispaniam dicit ipse et qui eum sequitur *Mariana*, *Hist. lib. I, c.*

ut diximus, immensum quantum hinc Oceano, illinc Iberico mari comprimentibus. Ipsa Pyrenæi juga ab exortu² æquinociali fusa in occasum brumalem, breviores latere septentrionali³ quam meridiano Hispanias faciunt. Proxi-

2, pag. 3; haud dubium autem est quin, ut doctissimo Mannerto videtur, illud sit promontorium hodie *Cabo de la Higuera* vocatum. Ed.

2. *Ab exortu.* A Ruscinone, usque Gades. Ipsa, inquit, Pyrenæi juga Hispaniam sic irrumpunt, ut ab exortu æquinociali quasi cœpto cursu, per totam provinciam longa serie immissa, perveniant demum in occasum brumalem, et ad ea Bæticæ provinciæ littora, quæ occidenti sunt adversa: atque ita Hispaniæ partem quæ a Ruscinone Gades euntibus dextera est ac septentrionalis, faciunt breviorē, et angustiorē, quam meridiana est. Hanc esse scriptoris sententiam prodit apertissime tum ipsa oratio, tum Mela Pomponius, lib. II, c. 6, pag. 40: « Pyrenæus primo hinc (ab Eliberi et Ruscinone) in Britannicum procurrit oceanum: tum in terras fronte conversus, Hispaniam irrumpit, et minore ejus parte (nempe quæ septentrionem respicit) ad dexteram exclusa, trahit perpetua latera continuus, donec per omnem provinciam longo limite immissus, in ea littora quæ occidenti sunt adversa, perveniat. » Hactenus Mela: cujus ex oratione intelligitur, non de tota illa montis Pyrenæi latitudine ac serie nunc agi, quæ ab oceano Cantabrisque, ad Ibericum mare pertinet, qua in Gallias ab Hispania

iter est: sed de eorundem montium per mediam Hispaniam ductu ac veluti cursu in oceanum usque Gaditanum. Hoc vero quum minime perviderint viri alias eruditi, Pintianus et Sepulveda, mirum quantas inter se lites de vero hujus loci intellectu moverint: quem aliter assequi se non posse ambo confessi sunt, quam Plinii verbis immutatis, atque in contrariam plane sententiam detortis: dum ille in Plinianis Observationibus, « ab exortu brumali, in occasum æquinocialem »: iste lib. III, Ep. 46, p. 184, « ab exortu æquinociali in occasum æstivum », censet legi oportere, reclamantibus libris omnibus, tum editis, tum manu exaratis: atque adeo ipso reclamante Plinio, cujus mentem Mela planam facit. HARD.

3. *Latere septentrion.* Perpetuo montium tractu a Ruscinone ducto usque Gades bifariam divisa Hispania latere septentrionali, quod oceano alluitur, angustior ea est, quam meridiano, quæ Iberico mari. Abest ea vox *septentrionali* a Reg. codd. Sed incuria amanuensium, ut arbitror, prætermittitur: nam et orationis series id postulat signari, quod meridiano adversum sit: et ipse Mela, a quo creditur hæc Plinius mutuatus, loco proxime citato, geminum illud latus agnoscit: « Tarracoenensis, inquit, altero capite Gallias, altero Bæticam, Lusita-

ma ora citerioris est⁴, ejusdemque⁵ Tarraconensis situs : a Pyrenæo per Oceanum⁶, Vasconum saltus : Olarso⁷ : Vardulorum⁸ oppida : Morosgi, Menosca, Vesperies, Amanum⁹ portus, ubi nunc Flaviobriga colonia. Civi-

niamque contingens, mari latera objicit nostro, qua meridiem, qua septentrionem Oceano. » HARD.

4. *Citerioris*. Nunc incipit Hispania citerior, eademque Tarraconensis, ubi Aquitanica Gallia desinit, ad proximam Aquitanie oram oceani. HARD.

5. *Ejusdemque*. Vet. apud Dalec. ejus quoque. ED.

6. *Per oceanum*, etc. Per oceani oram ducto itinere, occurrunt Vasconum saltus, quæ hodie regio Guipuzcoa nominatur. H. — Vet. apud Dalecamp. *prope oceanum*. ED.

7. *Olarso*. Martiano Iarso dicitur; nunc pagus *Oyarzun*, leucis a *Fuenterabia* duabus. Οίασὼ πόλις est Ptolemæo, lib. II, c. 6, in Vasconum oppidis maritimis, ubi etiam supradicti promontorii mentio fit, Οίασὼ ἄκρον Πυρήνης, quod, ut diximus, *Cabo de la Higuera* nunc vocatur. ED.

8. *Vardulorum oppida*, etc. Οὐάρδουλοι Ptolemæo, loco citato. Hi, inquit eruditus Mannertus, angustam tenuere regionem a maris litore ad Ebrum, occupantes orientalem partem provinciarum, quæ nunc *Vizcaya* et *Alava* dicuntur, et occidentalem illius quæ *Reyno de Navarra* vocatur; quibus, ut mihi videtur, addenda est, magna ex parte, *Guipuzcoa* provincia. Oppidum autem Morosgi, quantum ex situ conjicimus, inquit Harduinus, hodie est *San Sebastian*. Menosca, quæ Ptolemæo, in Vardulis Μήνο-

σκα est, hodie, si Mannerto credimus, *Bermeo* est; ab eo autem hic non dissentiri non possum : Ptolemæus enim Menoscam nominat ante flumen *Απόδα*, quod certe idem est quod in oceanum influit, juxta urbem *Deba*, quæ in provincia *Guipuzcoa* est; *Bermeo* autem sex leucis a *Deba*, occidentem versus sita est, in *Vizcaya* provincia. Menoscæ igitur locus aut, ut vult Harduinus, ad ostium fluminis *Orio*, quod haud dubie *Menlascus* fluvius est a nonnullis memoratus, aut inter hujus fluminis et *Devæ* ostia. Vesperies oppidum, quod a Mannerto prætermittitur, ego eruditi D'ANVILLE opinionem sequens, in urbe *Bermeo* agnoscere non dubito. ED.

9. *Amanum portus, ubi nunc Flaviobriga colonia*. A Flavio Vespasiano imperatore cognominatam putant. Vide GARIWAY, lib. VII, cap. 10. Φλαουιδέριγα Ptolemæo, lib. II, cap. 6, in confinio Caristorum et Autrignonum. Hunc portum Mariana, Hist. Hisp. lib. IV, cap. 4, p. 143, et Oihenart. in Notit. Vascon. pag. 153, et cum eis Harduinus *Bermeo* esse contendunt; nonnulli *Bilbao* esse dicunt, quos inter ΠΟΛΙΣΙΝΕΤ, qui Flavio in *Bilbao* agnoscere vult; hanc opinionem sequi videtur D'ANVILLE, qui illum *Portugalete* vocat, qui portus ad ostium fluvii *Ubaychalval*, qui urbem *Bilbao* influit, reperitur; Mannertus autem hanc *Santander* esse dicit, quod mihi

tatum IX¹⁰ regio Cantabrorum, flumen Sanda¹¹, portus Victoriae¹² Juliobrigensium. Ab eo loco fontes Iberi quadraginta millia passuum. Portus Blendium¹³. Orgenomesci¹⁴

videtur optimum; hic enim portus maxime omnium insignis fuit in hoc littore, dignissimusque videtur qui coloniam romanam acceperit. Ed.

10. *Civitatum IX*. Præpostera interpunctio prius omnia miscebat. « Flaviobriga, colonia IX civitatum, regio Cantabrorum. » Quis coloniam novem civitatum umquam inaudivit? Ipsam regionem Cantabrorum civitatibus novem constare ait: sic lib. III, c. 3: « In Autrigonum decem civitatibus: Carietes et Venenses quinque civitatibus, etc. In Vaccæorum XVIII civitatibus, etc. » Et libri hujus c. 7 similiter: « Regio Messenia duodeviginti montium. » HARD. — Cantabrorum autem regionem hic magis extendit quam Ptolemæus, qui usque ad flumen Nervam, de quo mox dicemus, not. 12, Autrigones ponit, quorum non meminit Noster, et qui tamen occidentalem provinciarum *Vizcaia* et *Alava* dictarum partem, orientalem provinciae *de la Montana*, septemtrionalemque provinciae *de Burgos*, tenuisse videntur, auctore Ptolemæo, qui Cantabris occidentalem provinciae *de la Montana*, septemtrionalemque provinciarum *de Palencia* et *de Toro* partem assignare videtur. Ed.

11. *Sanda*. In MSS. Reg. *Sauga*, Colb. 1, 2, et Parm. edit. *Sanga*. Haud dubium mihi esse potest quin hodie sit fluvius *Rio de Suancès* dictus, quem Mannertus *Saya* vocat, et in quem alius influit, qui etiam nunc *Besanga* vocatur. In mappis

non reperi nomen *Nervio*, quod huic flumini nunc esse ait Harduinus. Ed.

12. *Portus Victoriae*. Si flumen Sanda cum eo, quod hodie *Suancès* vocatur, idem est, non potest Portus Victoriae hodie esse *Puerto de Santander*, ut ait Oihenartus in *Notitia* utriusque Vasconiae, pag. 9, et ab eo Harduinus: in nostra opinione requirendus est inter flumina *Suancès* ostia et portum dictum *Ensenada de Ballota*, quo in spatio reperiuntur nonnulli portus et ostia triplicis fluvii nomine *Tina*. Eruditissimus Mannertus qui fluvium *Tina del medio*, quem etiam *Nansa* vocat, Ptolemæi *Νερούαν* flumen esse censet, in ejus ostio Portum Victoriae ponit; forsitan tamen requirendum est leucis circiter duabus, orientem versus, in portu *San Vicente de la Barquera* dicto, qui etiam nunc nonnihil veteris nominis servare videtur. Ed.

13. *Blendium*. Sic MSS. non *Blendium*. HARD. — Hodie, ut opinor, *Ensenada de Ballota*, vel *Puerta de Pá*. Ed.

14. *Orgenomesci e Cantabris*. In MSS. Reg. 1, *Orgenonensci e Cantabris*. Colb. 1, *Orgenomisci*. Colb. 2, *Origenomisci*. Plinii editores inde nobis Origenos commentum sunt, *Origeni mistis Cantabris*, quos nec libri, nec auctores ulli agnoscunt. Fuit aliquando quum scribendum putarem, *Curgionii mistis Cantabris*: quoniam Curgionios a Cantabris fatigatos crebris incursionibus scribit

e Cantabris. Portus eorum¹⁵ Vereasueca. Regio Asturum¹⁶, Noega oppidum¹⁷: in peninsula¹⁸, Pæsici. Et deinde¹⁹ conventus Lucensis, a flumine²⁰ Navia, Albiones,

Florus, lib. IV, cap. 12, pag. 198. Sed indubitata deinde visa emendatio est, *Orgenomesci e Cantabris*, quam totidem pæne apicibus libri omnes conditivi exhibent, firmatque egregie Ptolemæus, lib. II, c. 6, ubi in oppidis Cantabrorum mediterraneis prope Astures, Ἀργενόμεσκον appellat, haud dubie pro Ὀργενόμεσκον. HARD. — Orgenomesci, quorum etiam meminit Mela, qui, lib. III, cap. 1, eos Origenomescos vocat, hanc regionem tenuisse videntur, quam, nota 10, a Ptolemæo Cantabris assignatam diximus. ED.

15. *Portus eorum Vereasueca*. Ita MSS. non *Vesci*, *Veca*. Hic Orgenomescorum portum, quem Harduinus *Villaviciosa* esse putat, requirendum potius mihi videtur inter ostia fluvii *Ria de Cella* vocati, cuius meminit, ut opinor, Mela, apud quem, lib. III, cap. 1, legitur: « Per Autrigones et Origenomescos Nanasa descendit. » ED.

16. *Regio Asturum*. Maximam partem provinciarum *Principado de Asturias* et *Provincia de Léon* dictarum partem tenuisse videtur. ED.

17. *Noega*. Νόγα Οὐξεία Ptolem. lib. II, cap. 6, in Cantabris; Melæ, lib. III, c. 1: « In Asturum littore Noega est oppidum. » Hanc urbem Harduinus et Mannertus hodie esse dicunt *Navia*, aut, ut in mappis lego, *Nava*, sex ab *Oviedo* leucis, orientem versus: qui locus mediterraneus et valde obscurus, ut animadvertit Mannertus, minime con-

fundendus est, ut a pluribus fait, cum oppido *Navia* multo remotiore occidentem versus, ad fluvii cognominis ostium. Ego tamen Noegam Ucesiam in *Villaviciosa* agnoscere mallet. ED.

18. *In peninsula Pæsici*. In peninsula scilicet, ut eruditissimis viris D'ANVILLE et Mannerto videtur, quæ a promontorio *Cabo de Peñas* dicto terminatur, in provincia de *Asturias*. Pæsici Πασιχοὶ Ptolemæo, lib. II, cap. 6, dicuntur; unde erat manifeste Dalecamp. qui *Pesici* scribit. ED.

19. *Et deinde conventus Lucensis*. Vet. apud Dalec. et inde. Conventus autem Lucensis oppidum præcipuum fuit *Lugo*, oppidum haud ignobile, ad flumen *Mino* in *Gallicia* provincia. Ad hunc conventum pertinent insequentes populi, sed proprius cujuscumque situs ignoratur. ED.

20. *A flumine Navia, Albiones*, etc. Harduin. a flumine *Navilubione*. Ita quidem reposuerat Barbarus, ex Ptolemæo, lib. II, cap. 6, apud quem Ναυιλιοῦνος amnis mentio, in Callaicis, sive Gallæcis Lucensibus. At, ut animadvertit ipse Harduinus, idem Ptolemæus et Ναβίου ποταμοῦ meminit, juxta *Navilubionem*, qui etiam nunc ab incolis *Navia* vocatur; unde certe defendenda vetus lectio codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Parmens. edit. a flumine *Navia, Albiones*, quam reponendum haud cunctanter censuimus. Id etiam opinionem nostram confirmavit,

Cibarci²¹, Egovarri cognomine Namarini, Jadoni, Arrotrebæ²², promontorium²³ Celticum. Amnes²⁴: Florius, Nelo. Celtici cognomine Nerisæ²⁵, superque Tamarici²⁶, 3

quod vicinum promontorium occidentem versus, etiam nunc *Cabo Blanco* dicitur, quod nomen ab Al-
bionibus accepisse non improbabile est. Navilubio autem, de quo Pto-
lemæus, nobis hodie esse *Rio Canero*, in quem influit *Rio Labio* videtur. Ed.

21. *Cibarci*, *Egovarri* cognomine *Namarini*, *Jadoni*. In MSS. proxime appellatis legitur: «Cibarci, *Æguiarri* cognomine *Narini*, *Jadoni*, *Arro-*
ni. » Supervacuum videtur locorum ab istis populis occupatorum præsentia requirere nomina, quum ne de veteribus quidem constet; spatium illud certe tenuerunt quod inter fluvium *Naviam* et promontorium Celticum, hodie, ut modo dicemus, *Cabo de Finisterra* vocatum, jacet. Corruptior autem, quam vulgo putatur, mihi videtur locus iste; parum etiam verisimile est Plinium nullo modo meminisse nec *Trileuci* promontorii, hodie *Cabo Ortegal*, nec *Callaicorum* magni portus, ad quem hodie reperiuntur oppida *Ferrol*, *Betanzos* et *la Coruña*, quæ omnia cum multis aliis in Ptolemæo memorantur. Ed.

22. *Arrotrebæ*. Quos et *Ἀροτρήβας* et *Ἀροτρήβους* appellatos ætate sua prodidit Strabo, lib. III, pag. 154, nonnullaque oppida habuisse dicit *Ἀροτρήβων λιμένας* vocata, in eo sinu qui a Ptolemæo *Ἀροτρήβων λιμὴν* appellatur, et a Nerio, seu Celtico promontorio, *Cabo de Finisterra*, ab oceano dividitur. Artabrorum etiam meminit Mela, qui eos primos

in septemtrionali Hispaniæ ora nominat, « in ea primum Artabri sunt, etiamnunc Celticæ gentis. » Ed.

23. *Promontorium Celticum*. Quod etiam Nerium vocatur, Ptolemæo, lib. II, cap. 6, *Νέριον ἀρωτρήβων*, a quo Nerisæ mox appellandi; aliquando etiam Artabrorum prom. a supradictis Artabris. Hodie est, ut jam non semel diximus, *Capo de Finisterra*. Ed.

24. *Amnes: Florius, Nelo*. Ex ordine quem hic sequitur Noster, non judicari potest qui sint hi amnes; quum inter Celticum promontorium et Tamaricos, de quibus mox dicemus, unus tantum reperiatur fluvius, ab aliis *Jallas*, ab aliis *Lezaro* vocatus; qui quidem si Plinii *Nelo*, ut opinor, fuit, ante promontorium Celticum certe requirendus est Florius amnis, qui, mea sententia, idem est cum eo qui a Ptolemæo *Ὀδίρ* vocatur; necnon cum illo cui hodie nomen est *Rio Allones*. *Mannertus*, qui *Florium* amnem prætermittit, *Nelonem*que hodie *Allones* esse dicit, in hoc saltem mecum consentit, quod Ptolemæi fluvium *Ὀδίρ* quem eundem esse cum *Nelone* ait, hodie *Allones* vocari affirmat. Ed.

25. *Nerisæ*. Ii apud Melam, in eo tractu pariter ultimi; accolæ nempe promontorii, quod diximus, *Cabo de Finisterra*. HæRD.

26. *Superque Tamarici*, quorum in peninsula, etc. *Tamarici* a fluvio *Tamari*, qui a Ptolemæo *Ταμάρια*, hodieque *Tambre* vocatur, nomen

quorum in peninsula tres aræ Sestianæ²⁷ Augusto dicatæ : Capori²⁸, oppidum Noela²⁹. Celtici cognomine

certe habuerunt, et ripas ejus haud dubie incoluerunt. Mela, quem hic sequi videtur Noster, iisdem fere verbis et fluminis, et populi meminit, lib. III, cap. 1 : « Cætera super Tamarici Nerique incolunt in eo tractu ultimi. » Verbum *super*, quod in utroque legitur, Tamaricos in mediterraneo positos fuisse indicare videtur; nempe supra populum, qui urbem Noelam, hodie *Noya*, tenuit, ad Tamaris ostium. Quæ igitur fuerit ista Tamaricorum peninsula, in qua Aræ Sestianæ, minime liquet. Ararum illarum, præter Plinium, meminere idem Mela, apud quem legitur : « In Asturum littore Noega est oppidum : et tres aræ, quas Sestianas vocant, in pæne insula sedent, et sunt Augusti nomine sacræ, illustrantque terras ante ignobiles : » et Ptolemæus, a quo, lib. II, cap. 6, pariter in septentrionali Hispaniæ latere ponuntur, non tamen in Asturibus, sed in Callaicis Lucensibus, inter Nerium promontorium et flumen *Vir*. Si, illis adjuvantibus, Plinii verba, quæ fortasse transposita fuerunt, interpretamur, requirenda nobis erit Ararum peninsula in littore septentrionali, id est, supra promontorium Celticum, fortasse, ut Mannerto videtur, juxta ea, quæ nunc *Cabo Taurinæ*, et *Cabo Villano* dicuntur; ultimum ego mallet, quod in peninsula includitur. Ed.

27. *Aræ Sestianæ*. Mariana, Hist. Hisp. lib. III, cap. 25, pag. 133, ubi de Augusti Cæsaris in

Hispaniam adversus Cantabros expeditione verba facit : Aræ Sextianæ, inquit, Melæ, Plinii, ac Ptolemæi litteris celebratæ, atque in honorem Augusti constitutæ in peninsula, pyramidum forma, cochlea ab imo ad summum pertinente, creditæ sunt a nonnullis, hujus belli monumenta fuisse (vestigia earum ad oppidum *Gijon*, in littore septentrionali, leucis septem ab *Oviedo* exstare affirmant) : conjectura neque contemnenda prorsus, neque prorsus constanti : quum alii Aras Sextianas a Sexto Apuleio excitas malint, eo quem per hosce annos, de Hispania triumphasse Tabulæ Capitolinæ docent. Ita vir ille sane pereruditus : cui quidem de Ararum causa assentior, de situ non item : quum ex Pliniana serie haud procul Celtico Neriove promontorio statutæ videantur. HæRD. — Hæc quidem Harduinus, cui et ego assentior; notandum tamen est quod hæc Marianæ opinio, de situ Ararum, cum supra relatis Melæ verbis, mirum in modum concordet. Ed.

28. *Capori*. Dalec. *Capori*. Ptolemæo, lib. II, cap. 6, Κάποροι, quorum oppida mediterranea *Iria Flavia* et *Lacus Augusti*, hodie *Santiago de Compostella* et *Lugo* esse a plerisque putantur. Ed.

29. *Noela*. In MSS. Reg. et Colb. *Noeta*; hodie, ut jam diximus, *Noya*, ad amnem Tamarim, cuius utramque ripam tenuere Celtici Præamarci : sic enim habent libri vulgo editi : at MSS. et Parm. edit. Præ-

Præsamarci, Cileni³⁰. Ex insulis nominandæ, Corticata³¹, et Aunios. A Cilenis³², conventus Bracarum, Heleni, Gravii³³, castellum Tyde, Græcorum sobolis omnia. Insulæ Cicæ³⁴. Insigne oppidum Abobrica³⁵. Minius³⁶ amnis, IV M. pass. ore spatiosus. Leuni³⁷, Seurbi. Bracarum³⁸ oppidum Augusta, quos supra Gallæcia. 4

stamartii. Mela, lib. III, cap. I, *Præsamarchi*. ED.

30. *Cileni*. Ptolemæo, lib. II, c. 6, Κιλιοί, quorum oppidum Ἰδατα θαρμά, *Aquæ calidæ*, quæ Antonino *Aquæ Celinæ* appellantur. In Conc. Tolet. I, apud Loaisam, pag. 38: « Exuperantius Ep. de Galicia, Lucensis conventus, municipii Celenis. » H. — Tenuisse Cileni videntur a Tamari ad amnem *Tenorio*, quo in spatio etiam nunc reperiuntur aquæ calidæ quas *Caldas de Contis* et *Caldas de Rey* vocant; quod non satis animadvertit Mannertus, qui Aquas calidas hodie esse *Orense* putat: quæ quidem civitas etiam calidis aquis inclyta est, sed ut ipse dicit in meridionali Minii ripa sita est, dum Aquas calidas occidentem versus fuisse nobis constat. ED.

31. *Corticata et Aunios*. Hodie, quantum ex situ conjectamus, insulæ *Carreira* dictæ, ad ostium amnis *Ulla* et *Islas de Ons*, ad ostium fluvii *Tenorio*. ED.

32. *A Cilenis*. Post Cilenos, inquit, pertinent jam ad conventum Bracarensem, de quo diximus lib. III, cap. 4. Heleni, sive Helleni, quorum oppidum in Gallæcia apud Strabonem, lib. III, pag. 157, Ἑλληνες appellatum esse, quoniam a Græcis conditum erat, auctor est Asclepiades Myrleanus. Hod. *Pon-*

tevedra, teste Mariana, in *Histor. Hispan.* hoc eat, Pons vetus. H.

33. *Gravii*. Quasi Graii dicti. Silius Ital. lib. III: « Et quos nunc Gravius violato numine Graium OENÆ misere domus, Ætolaque Tyde. » Ptolemæo sunt Γροβίοι, lib. III, cap. 6, quorum oppidum Τοῦδα. Melæ, cæterisque Tyde, hodie, *Tuy*. In MSS. Reg. et Colb. *Grovii*. HARD.

34. *Insulæ Cicæ*. Abest id nomen *Cicæ* a codd. Reg. In quibusdam *Siccæ* legas. Deorum insulæ alias a nonnullis appellatæ: hodie etiam *Islas de Scyas* sive *de Bayona*. H. et ED.

35. *Abobrico*. Nunc *Baiona*, sex circiter leucis a Minii ostio, septemtrionem versus. ED.

36. *Minius*. Accolis *Minho*: nomen, si Justino credimus, a minio, quod in ripa profert. At minium amnis Sil, qui in Minium labitur, aquarum copia eo major, solus edit. HARD.

37. *Leuni, Seurbi*. Vet. apud Dalec. *Lebuni, Seurbi*. Tractum eum tenere ii cum Bracaribus, qui inter Durium, Miniumque patet: quem ab utroque amne quo ea regio clauditur, *Entre Douro y Miño* appellant. H. et ED.

38. *Bracarum*. Et Bracares, inquit, ad oram usque pertinent: oppidum a mari semotum Augu-

Flumen, Limia³⁹ : Durius⁴⁰ amnis ex maximis Hispaniæ, ortus in Pelendonibus⁴¹, et juxta Numantiam lapsus, dein per Arevacos⁴² Vaccæosque, disternatis ab Asturia Vettonibus⁴³, a Lusitania Gallæcis, ibi quoque Turdulos a Bracaris arcens. Omnisque dicta regio a Pyrenæo metallis referta, auri, argenti, ferri, plumbi nigri albiq̄ue.

XXXV (XXI.) A Durio Lusitania incipit¹ : Turduli veteres², Pæsuri³ : flumen Vacca⁴. Oppidum Talabrica. Oppidum, et flumen Æminium⁵. Oppida : Conim-

stam habent: hodie *Braga*, ad *Cavado* flum. Apud Gruter. Inscript. pag. 324, BRACARAVGVSTANI. H.

39. *Limia*. Διμίαις Ptolemæo, lib. II, cap. 6, juxta Minii amnis ostia. *Mela*, lib. III, cap. 1 : • Et cui oblivionis cognomen est Minia. • Sed falli Melam, quod ad oblivionis cognomen attinet, infra discemus ex Plinio. Hodie *Lima*. HARD.

40. *Durius*. Accolis *Duero*. De his, qui mox appellantur, populis, quos Durius alluit ac disternat, egimus superiore libro. Præter Numantiam labi auctor est etiam Strabo, lib. III, pag. 153. HARD.

41. *Pelendonibus*. Vet. apud Dal. et Chiff. *Pelondonibus*. De illis insequentibusque populis superiore libro egimus, cap. 3. ED.

42. *Arevacos Vaccæosque*. De his populis dixi in fragmento lib. XCI Titi Livii, quod illustravi in altera mea Taciti editione, tom. IV, pag. 570. BROR.

43. *Vettonibus*. Vet. apud Dal. *Vectonibus*. ED.

XXXV. 1. *A Durio Lusitania incipit*. Ubi se in mare, Durius, *Duero* exonerat, ad oppidum *Porto* : ex quo cum adverso ei ad Austrum *Cale*, factum est Portucalliæ no-

men : quod recentiores euphoniæ causa in Portugalliam mutavere : non a Gallis, ex Terræ sanctæ peregrinatione appellentibus, ut fabula refert : nam neque illac ad nos ex Oriente reditur; neque tunc Galli appellabantur, sed Franci. H.

2. *Turduli veteres*. Ab his prodisse significat eos qui eodem nomine in ulteriore Hispania superius sunt appellati, lib. III, cap. 3. H.

3. *Pæsuri*. Dalec. *Pesuri*. Gruteri inscriptio, pag. 162, PÆSVRES. Hi cum Turdulis a Durio ad Vaccam tenere, ubi nunc oppida *Lamego* et *Arouca*. HARD.

4. *Vacca*. Dalec. *Vaccia*. MSS. Reg. et Colbert. *Vagia*. Marcianus Heracl. pag. 74 : Οβάκοβα ποταμός. Nunc Lusitanis *Vouga*, infra oppidum *Aveiro*, e Talabricæ ruderibus excitatum, in mare devolvitur. Tæ Talάβριγα Appiano, in Iber. pag. 295, et Ptolemæo, lib. II, cap. 5. H. et ED.

5. *Æminium*. Prius *Minium* legebatur. At est Διμίσιον oppidum Lusitanæ Ptolemæo, lib. II, cap. 5, item Antonino. Et in Conc. Tolet. III, apud Loaisam, pag. 228, Possidonius Eminiensis ecclesiæ episcopus subscripsit. In MSS. Reg. et

brica⁶, Collippo⁷, Eburobritium⁸. Excurrit deinde in altum vasto cornu promontorium⁹ quod alii Artabrum appel-

Colb. et in edit. Parm. *Eumenium*. H. — Oppido amnique, ut Harduino placet, commune, hodie nomen est *Agueda*, sive potius *Vouga*. Vix credendum autem errorem admittit vir cæteroquin sane per-eruditus, Broterius, qui flumen *Æminium*, nunc *Guadaleta* vocari dicit. Ed.

6. *Conimbrica*. MSS. Reg. et Colb. *Cinumbriga*. Oppidum fuit, nunc dirutum : *Condeja la veja*, *Condexa* vetus. Tribus ab ea leucis, ex illius ruderiibus excitata nova *Conimbrica*, *Coimbra*. HARD.

7. *Collippo*. Vet. apud Dalec. *Collippo*. Ex ejus ruinis crevit civitas *Leirinensis*, *Leiria*, quæ Collippo nova dici potest, inter *Olisiponem* et *Conimbricam*, in ea *Lusitaniæ* parte, quam *Estremaduram* vocant. Inscriptio Gruteri, pag. 313, *COLLIPPONENSIVM*. Et pag. 1155, *EX LVSITANIA. MVNICIPI. COLLIPPO- NENSI*. H. et Ed.

8. *Eburobritium*. Sic apud Ortel. *Eburobritium* uno vocabulo; Dalec. *Eburo*, *Britium*; vet. autem apud Dalec. *Britoleum*, alii *Britticum* pro *Britium*. Hodie, ut Harduino placet, *Ebora de Alcobaza*, decem circiter leucis a *Leiria*, occidentem inter et meridiem. Ed.

9. *Promontorium*, etc. Hodie *Cabo de la Roca*, leucis septem a *Lisboa*, occidentem versus. Pelicerius in notis MSS. cum Pintiano, Casaubono, Resendio, Salmasioque in Solin. p. 276, insigni nunc errore Plinium, et illum secutos Solinum *Martianumque*, magnum promon-

torium, sive *Olisiponense*, idem cum *Artabro* existimasse aiunt : quanquam si error est, non in Plinium ipsum, sed in eos conjici potius oportuit, quos ejus sententiæ appellat auctores. Est autem simile veri, etsi id nullus Veterum prodatur, esse *Artabrum* promontorium, sumpto ab incolis *Artabris*, aut dato his nomine, illud quod Celticum cap. sup. Plinius Pomponiusque, *Nerium* Strabo, ac Ptolemæus vocarunt. Verum isto disternari cælum, terras, maria, non *Olisiponensi*, atque adeo defendi a culpa Plinium minime posse, ut Pelicerius aliique contendunt, tam falsum est quam quod falsissimum. Quid *Hispaniæ* latus esset, quid frons, nesciisse ii videntur : nos suo loco aperuimus, interpretationemque nostram hæc Plinii Pomponiique loca egregie constabiliunt. Ille enim de hoc ipso promontorio *Olisiponensi*, lib. II, cap. 112 : « Promontorium *Artabrum*, inquit, quo longissime frons procurrit *Hispaniæ*. » Et hoc ipso libri hujus cap. « Promontorium *Sacrum* e media prope *Hispaniæ* fronte prosilit. » Quibus verbis prodit apertissime tribus omnino frontem eam effici promontoriis : a *Junonio*, quod est circa *Gaditanum* fretum, incipere : in *Sacro*, quod *S. Vincentii* vocant, esse mediam, ubi caput *Europæ* statuitur a *Dionysio Perieg.* v. 562 : ad *Artabrum* denique longissime procurrere, in quo desinat. Inde versus *Gallæciam* facto circuitu, latus incipere se-

lavere, alii Magnum, multi Olisiponense¹⁰, ab oppido, 2 terras¹¹, maria, cælum disterrinans. Illo finitur Hispaniæ latus¹², et a circuitu ejus incipit¹³ frons (xxii): septemtrio hinc, Oceanusque¹⁴ Gallicus, occasus illinc, et Oceanus Atlanticus. Promontorii excursus LX¹⁵ m. prodidere, alii xc m. pass. Ad Pyrenæum inde non pauci xii¹⁶ quinquaginta millia, et ibi gentem Artabrum, quæ numquam fuit, manifesto¹⁷ errore. Arrotrebas enim, quos ante Celticum diximus promontorium, hoc in loco posuere litteris permutatis.

3 Erratum et in omnibus inlytis. Ab Minio, quem supra¹⁸ diximus, cc m. pass. (ut auctor est Varro) abest Æmi-

ptemtrionale Hispaniæ Lusitaniæque. Namque ut Pomponius tradit, lib. II, cap. 6: « Lusitania oceanum tantummodo objecta est: sed latere ad septemtrionem, fronte ad occasum. » HARD.

10. *Olisiponense*. Dalec. *Olyssiponense*. ED.

11. *Terras*, etc. Ad terras certe quod pertinet, citra id promontorium est pars Lusitaniæ hactenus descripta, quod est Hispaniæ latus, et Lusitaniæ, septemtrionale: ultra, occidentalis ora. Ad cælum, hinc ipse septemtrio, inde occasus. Ad maria, Gallicus, vel si mavis, Callaicus ab eo latere oceanus: ab illo Atlanticus. HARD.

12. *Hispaniæ latus*. A promontorio Celtico ad Artabrum, sive Olisiponense. HARD.

13. *Incipit frons*. Ab Olisiponensi promontorio ad Gaditanum fretum. HARD.

14. *Oceanusque Gallicus*. In Chiffli. cod. *Callaicus*, seu potius *Callaicus*, a gente Callaica, hæc est, Gallæcis.

At vulgatam scripturam defendunt codices Reg. et Colbert. Martianus quoque, lib. VI, cap. de Hispania, p. 202. Quin ipse Plinius lib. IX, cap. 3, oceanum hunc Gallicum vocat, ut suo loco monebimus.

15. *LX M.* Vet. ap. Dalec. *XL M.* ED.

16. *xii quinquag.* Hoc est, duodecies centena et quinquaginta millia passuum. Mensura enim hæc est adnavigationis per sinus, recessusque sinuum, a promontorio isto ad Pyrenæum. HARD.

17. *Manifesto errore*. Qui tamen ævo Strabonis invaluerat, ut diximus, sup. cap. H. — *Manifesto errore*. Errant ergo et illi qui Olisiponensi promontorio nomen Artabrum indidere, ab Artabris, qui, ut nunc ipse dicit Plinius, nunquam hic habitaverunt, sed ad promontorium Celticum, quod ut sup. cap. diximus, Artabrum aliquando nomen habet. ED.

18. *Quem supra diximus*, etc. Cap. sup. HARD.

nus¹⁹, quem alibi quidam²⁰ intelligunt, et Limæam²¹ vocant, Oblivionis antiquis dictus, multumque fabulosus²². Ab Durio Tagus ccc m. passuum, interveniente²³ Munda. Tagus auriferis²⁴ arenis celebratur. Ab eo clx m. passuum promontorium Sacrum²⁵ e media prope Hispaniæ fronte prosilit : xiv m. pass.²⁶ Inde ad Pyrenæum²⁷ medium colligit Varro tradit. Ad Anam²⁸ vero, quo Lusitaniam a Bætica

19. *Æminius*. De quo hoc cap. diximus : ad ea verba, « Oppidum et flumen Æminium. » HARD.

20. *Quem alibi quidam*. In his est Mela, ut indicavimus sup. cap. ad ea verba, *Flumen, Limia*. Is enim Limiam cum Æminio, qui Oblivionis amnis est appellatus, confundit: recte distinguit Appianus in Iber. pag. 295. HARD.

21. *Limæam*. Volebat Dalecamp. *Lethæum vocant ab oblivione antiquis dictum, multumque fabulosum*. ED. — *Limia Melæ loco cit.* Straboni, lib. III, pag. 153 : ὁ τῆς Λήθης, ὅν τινας Λιμαίαν καλοῦσιν. « Oblivionis fluvius, quem quidam Limæam vocant. » HARD.

22. *Fabulosus*. Origo ea fabulæ fuit. Lusitani Celtici, qui Anam seu *Guadiana* fluvium accolebant, inita cum antiquis Turdulis amicitia, copias junxere paribus in eandem expeditionem armis. Transvecti amnem, sive Limiam, sive Æminium, orta ibi seditione, communem amisere ducem. Tum vero et simultatum obliiti, et soli amœnitate illecti, suas ibidem sedes posuere. Imperitum deinde vulgus credidit, insita aquis illis ea virtute, et expeditionis susceptæ, et patriæ oblivionem simul potasse. Ea vero fama in posteros sic invaluit, ut amnis postea sive vitibus, quum

Decimus Junius Brutus, romani exercitus Imperator, ad eum amnem venisset, nullo posset imperio milites romanos adigere, ut fluvium transmitterent; quum id esset animis omnium persuasum, se patriæ suæ æterna statim obliviam subituros. Vide Florum, lib. II, cap. 17, pag. 71; Strabon. lib. III, p. 153; Plutarch. in Quæst. Rom. pag. 272, Appian. in Iber. p. 294. Anno U. C. 618, Brutus ibi proconsul fuit. HARD.

23. *Interveniente Munda*. Inter Durium et Tagum fluens amnis, *Mondego*, Conimbricam alluit: aurifer ipse perinde ac Tagus. Ptolem. lib. II, cap. 5, *Μόνδα*. HARD.

24. *Tagus auriferis*. Vide quæ dicemus lib. XXXIII, cap. 21. H.

25. *Sacrum*. Nunc S. Vincentii, *Cabo de S. Vincente*. De fronte Hispaniæ superius egimus, hoc cap. H.

26. *XIV M. P.* Hoc est, quatuordecies centena millia pass. per mediam Hispaniam facto itinere, a promontorio Sacro ad medium Pyrenæum. HARD.

27. *Inde ad Pyrenæum, etc.* Vet. apud Dalec. *inde et ad Pyrenæum medium colligit, ut Varro tradit*. ED.

28. *Ad Anam*. Dalec. *ab Ana vero*. In codd. Tolet. et Chiffi. nec cccxvi, nec cxxvi, sed cxxi. ED. — Ab Ana fluvio, inquit, distat

discrevimus²⁹, cxxvi m. passuum : a Gadibus cii³⁰ m. pass. additis. Gentes³¹ : Celtici, Turduli, et circa³² Tagum Vettones. Ab Ana ad Sacrum, Lusitani³³. Oppida memorabilia a Tago in ora, Olisipo³⁴ equarum³⁵ e Favonio vento conceptu nobile : Salacia³⁶ cognominata urbs Imperatoria :

Sacrum Promontorium cxxvi m. pass. Sic MSS. Reg. et Colb. etc. non, cxxvi. HARD.

29. *Discrevimus*. Lib. III, c. 2. H.

30. *Cii m. pass.* Sicerunt omnino a promontorio Sacro ad Gades, cccxxviii m. pass. HARD.

31. *Gentes*. Ultra Tagum positæ, versus austrum, in provincia quam *Alentejo* vocant : Celtici, Turdulique : de quibus egimus lib. III, cap. 3, cognomines, finitimi, affines. Turdulorum civitas Emerita fuit, de qua inferius, teste Strabone, lib. III, pag. 151. Unde colligas Vettonum Turdulos clientes fuisse. Celticorum, Pax Julia fuit, aliæque, ut mox dicemus. Dalec. *Varduli*, non *Turduli*. H. et Ed.

32. *Circa Tagum*. Nam utramque Tagi ripam, omnemque circum regionem late Vettones, sive Vectones tenuere : oppida habuere insignia, citra Tagum, Salmanticam, apud Ptolem. lib. II, cap. 5 ; ultra, Augustam Emeritam, quam *claram Vettoniæ coloniam* Prudentius vocat, hymno 9, in Enlalam, v. 186 : « Nunc locus Emerita est tumulo Clara colonia Vettoniæ, Quam memorabilis amnis Ana Præterit, etc. » Supra Anam Vettones habitasse etiam auctor est Strabo, lib. III, pag. 139. Inscriptio Gruteri, pag. 591, PROVINCE VETTONIÆ. II.

33. *Lusitani*. Ubi fere provincia est *Algarve* vocata. Ed.

34. *Olisipo*. Ulysem venisse in Hispaniam, atque in Lusitaniæ littore urbem Ulyssiponem condidisse, Strabo, Solinus, Martianusque censent, ipsoque ex nomine conjectura ducta confirmant. Refellunt quidam tum nominis argumento : nam Olisipo ex antiquis monumentis, et lapidum inscriptionibus nominari, scribique debet : et quoniam Ulyssis aræ supra mare Armoricum in Belgis non uno loco exstabant. Nempe ex græca vanitate, quem in Deorum numero habebant, ei templa atque oppida consecrabant : quod Hispanis contigisse etiam non inepte prorsus arbitrantur. Ita fere Mariana lib. I, cap. 12, sub finem, p. 21. Apud Gruter. inscriptio, pag. 252, 261 et 273 : FELICITAS. IVLIA. OLISIPO. Ptolemæo, lib. II, cap. 5, Ὀλισσιπών. Nunc incolis *Lisboa*, Gallis *Lisbonne*. HARD.

35. *Equarum*. Dicemus ea de re, lib. VIII, cap. 67. Cf. Virg. Georg. III, vs. 271, sqq. ubi vide quæ sunt adnotata. HARD. et Ed.

36. *Salacia*. Inscriptio Gruteri, p. 13, ΜΥΝΙCΙΠΙ. SALACIEN. Hod. si HARD. quem sequuntur D'ANVILLE et UCKERT, credimus, *Alcazar do Sal*, inter *Evora* et Oceanum, medio ferme intervallo ; et si Mannertio, *Setuval*, ad Oceanum. Hanc autem veterem Cetobrigam esse ait D'ANVILLE. Ed.

Merobrica³⁷ : promontorium Sacrum : et alterum Cuneus³⁸.
Oppida³⁹ : Ossonoba, Balsa, Myrtilis.

Universa provincia dividitur in conventus tres, Eme-⁵
ritensem, Pacensem, Scalabitanum. Tota populorum
XLVI⁴⁰, in quibus coloniæ sunt quinque, municipium civium
rom. unum : Latii antiqui tria : stipendiaria, XXXVI. Co-
loniæ : Augusta Emerita⁴¹, Anæ fluvio apposita : Metallin-
ensis⁴², Pacensis⁴³, Norbensis⁴⁴, Cæsariana⁴⁵ cognomine.

37. *Merobrica*. Grut. inscriptio, pag. 442, ORDO. MEROBRIE. sed suspecta mihi. Oppidum interiit : e ruderibus proximè excitatum alterum, cui nomen est *Santiago de Cacem* : medio ferme itinere inter *Lisboa* et *Cabo de San Vincente*. H.

38. *Cuneus*. Chiffi. *Cæneus*. Hodie, ut omnes volunt, *Cabo de Santa Maria* : ut tamen ego malle *Punta de Sagres*, juxta Sacrum promontorium, *Cabo de San Vincente* ; vicina enim fuisse inter se ista promontoria ex Plinii verbis mihi videntur. Cuneus a Mela vocatur, lib. III, cap. 1, ager omnis inter Anam et Sacrum promontorium ; hodie, ut diximus, *Algarve*. ED.

39. *Oppida*. Pomponius Mela, loco citato : « in Cuneo agro, inquit, sunt Myrtilis, Balsa, Ossonoba. » Eodem ordine Marcianus Heracl. pag. 73 : ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ἄνα ἐπὶ Βάλσα... ἀπὸ δὲ Βάλσων εἰς Ὀσσόνοβα... ἀπὸ δὲ Ὀσσόνοβα ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἀκρωτήριον. Sic enim hic locus legendus. H. — Ossonobam, quam Harduinus *Estombar* esse dicit, haud longe a *Faro* requirendam esse ait D'ANVILLE ; illam leucis circiter decem a *Faro*, occidentem versus, ponit Mannertus, ad Oceanum. — Balsa, quam Harduinus et D'ANVILLE *Tavira* esse putant,

haud longe a *Faro* fuisse Mannerto videtur. — Myrtilis tandem, quæ Ptolemæo, lib. II, cap. 5, Ἰουλιὰ Μυρτίλις est, hodie, ut omnes confitentur *Mertola* est, ad Anam in Mediterraneo. ED.

40. XLVI. Dalec. XLV. ED.

41. *Augusta Emerita*. Vestigia tantum supersunt : loco nomen est *Merida*, ad Anam. Veteranos milites eo deductos Augusti jussu, auctor est Dio, lib. LIII, p. 514. Nummos duos profert Pativus in familia *Garisia*, pag. 65, hujus deductæ coloniæ indices ac testes ; Gruter. inscriptionem, pag. 13, COLONIAE EMERITENSIS. HARD.

42. *Metallinensis*. Metallinum ; hodie *Medelin*, in provincia *Extramadura* dicta, ad Anam fluvium, ubi falso creditus, post leucarum aliquot occultationem, amnis emergere. Antonin. in itinere a Corduba Emeritam, Metellinum ab Emerita M. P. XXIV distare prodidit. HARD. et ED.

43. *Pacensis*. Civitas olim *Pax Julia*, Παξιουλία Ptol. I. II, c. 5, in Turdulis, sive Turdetanis : eadem Augusta cognominata : Παξαγοῦσα Straboni, I. III, p. 151, in Celticis Lusitanis. Nunc *Beja* in provincia *Alentejo* dicta : in ejus oppidi forocippum esse Gruterus ait, p. 261, cum inscriptione COL. PAX: IVLIA.

Contributa⁴⁶ sunt in eam Castra Julia, Castra Cæcilia. Quinta est Scalabis⁴⁷, quæ Præsidium Julium vocatur. Municipium civium rom. Olisipo, Felicitas⁴⁸ Julia cognominatum. Oppida veteris Latii : Eborā⁴⁹, quod item Liberalitas Julia : et Myrtilis, ac Salacia, quæ diximus⁵⁰. Stipendiariorum, quos nominare non pigeat, præter jam dictos⁵¹ in Bætica cognominibus, Augustobrigenses⁵², Ammienses⁵³, Aranditani⁵⁴, Arabricenses⁵⁵, Balsenses, Cæ-

Pacis Augustæ deinde nomen ad Badiocenses transiit, quorum oppidum in Turdulis fuit. Vide Resendium, in epistola de Colonia Pacensi. Ulpianus, Dig. de Censibus, lib. III, tit. 15 : « In Lusitania Pacenses, sed et Emeritenses juris Italici sunt. » H. et ED.

44. *Norbensis*. Νόρβα Καισάρια Ptolemæo, lib. II, cap. 5. Hodie *Alcantara*, in *Extramadura* provincia, ad Tagum, ponte ibi Trajani nobile : aut certe ex *Norbensis* ruderibus haud procul id conditum.

45. *Cæsariana*. Chiff. *Cæsarina*.

46. *Contributa*. Norbensi jurisdictioni obnoxia, seu jura Norbam petere coacta. Castra Julia, nunc *Truxillo*, quasi *Turris Julia* : in *Extramadura* provincia : haud procul a Castris Cæciliis, quibus nomen est *Caceres* : non, ut quibusdam visum est, *S. Maria de Guadalupe*. Pro *Castra Julia*, MSS. Reg. et Colb. *Castra Servilia*. Cæcilia Ptolemæo memorantur, lib. II, cap. 5. Antonino Cæciliana dicta, in Lusitania, itinere ab Olisipone Emeritam, quod per viarum anfractus plurimos agebatur. HARD.

47. *Scalabis*. Chiff. *Sallabis*. ED. — A Diva Irene virgine, nomen habet hodie *Santarem* : apud Ptol.

lib. II, cap. 5, Σκαλαβίσκος, Τοκουβίς, etc. forte pro, Σκαλαβίς κελ. hoc est, κολωνία. HARD.

48. *Felicitas*. De eo cognomine paulo ante egimus. HARD.

49. *Eborā*, quod item *Liberalitas Julia*, etc. *Evora*, inter Anam et Tagum. Apud Resend. de Ant. Eborā, inscriptio quam Gruterus refert, pag. 489, LIB. IVL. EBORA. Hoc est, *Liberalitas Julia Eborā* : non *Libertas*, ut Scaligero visum in Indice Gruteri. HARD.

50. *Quæ diximus*. Plane modo, hoc cap. HARD.

51. *Præter jam dictos*. Præter eorum oppidorum cives, quos in Bætica Lusitanis esse cognomines diximus, lib. III, cap. 3, iis verbis : « Celticos a Celtiberis ex Lusitania advenisse manifestum est, sacris lingua, oppidorum vocabulis : quæ cognominibus in Bætica distinguuntur. » HARD.

52. *Augustobrigenses*. Augustobriga Ahtonini, ab aliis hodie *Villar del Pedroso*, ad Tagum : ab aliis vero *Ponte del Arçobispo* esse existimatur. HARD.

53. *Ammienses*. Vet. apud Dalec. *Emienses*. ED. — Ptolemæo, lib. II, c. 5, in Lusitania, Ἀμαία. MSS. Ἀμαία. Nunc *Portalegre*, in Lusi-

sarobricenses⁵⁶, Caperenses, Caurenses⁵⁷, Colarni, Cibiliani⁵⁸, Concordienses⁵⁹, Elbocorii⁶⁰, Interannienses⁶¹, Lancienses⁶², Mirobrigenses, qui Celtici⁶³ cognominantur:

taniæ finibus inter Heluas et Tagum amnem: quo in oppido reperta inscriptio, ΜΥΝΙCΙP. ΑΜΜΑΙ. hoc est, *Ammitanum*, quod refert Gruterus pag. 257, ex Schotti schedis. H.

54. *Aranditani*. Vet. apud Dalec. *Aranitani*. Alii *Pranitani*. ED. — Ἀρανδις Ptolemæo, lib. II, cap. 5, in Celticis Lusitanis; Arannin Antoninus, in itinere de Esuri Pacem Juliam, pro Arandi habet. Situs horum incertus, ut et proxime sequentium. HARD.

55. *Arabricenses*. Dalec. *Azabricenses*. Alii *Taxabricenses*. ED. — Ab Arabriga Ptolemæi, lib. II, c. 5, juxta Scalabam sita. Apud Grut. inscriptio exstat p. 162, ΑΡΑΒΡΙCENSIS. HARD.

56. *Balsenses*, *Cæs.* etc. Vet. ap. Dal. *Blacenses*; mox in cod. Chiffi. *Cæsarobrienses*, non *Cæsarobricenses*. ED. — Hi ab oppido Balsa supra dicto: *Cæsarobricenses* ab oppido, ut patet cognomine, sed incerti admodum situs: *Caperenses*, a Capara, cujus meminit in Lusitania Antoninus, itinere ab Emerita Cæsaraugustam. Ptolemæo, lib. II, cap. 5, Κάπαρα: nunc dicitur *Las ventas de Capara*, inter *Alcantara* et *Coria*. HARD.

57. *Caurenses*, etc. Horum oppidum Καύριον Ptolemæo, lib. II, cap. 5, in mediterraneis Lusitanis civitatibus: nunc recentioribus dicitur *Coria* in *Extramadura*: Colarnorum, Κόλαρνον. Apud Gruterum inscriptio, pag. 162, COLARNI.

58. *Cibiliani*. Apud Gruter. p.

362, ΜΥΝΙCΙPΙ CΙVΙLΙTΑΝ. ad hunc locum non pertinet. HARD.

59. *Concordienses*. Horum oppidum Κογκορδία, apud Ptolem. l. cit. Nunc *Tomar* aiunt appellari. H.

60. *Elbocorii*. In MSS. Reg. Colb. etc. et in edit. Parm. *Concordienses*, et *Coccori*. Ipso elementorum ordine admonitus Hermolaus reposuit, *Concordienses qui et Boccori*: ratus hoc loco Boccoros per se non posse nominari. Ego vero sinceram hujus loci arbitror lectionem, quam attuli. Nam apud Ptolemæum in oppidis Lusitanis mediterraneis, lib. II, capite 5, Ἐλκοβορίς recensetur, litteris permutatis pro Ἐλκοβορίς. HARD.

61. *Interannienses*. In MSS. Reg. Colb. Chiffi. Paris. etc. *Interansenses*. Editi libri *Interausenses*. Nostram emendationem defendit Gruteri vetus inscriptio, pag. 162, ΙΝΤΕΡΑΝΙΕΝΣΕΣ: et multo magis Phlegon Trallianus, de Longævis, cap. 1, pag. 113, scribens, Ἰντεραννισία πόλις Λουσιτανίας. HARD.

62. *Lancienses*. LANCIENSES apud Gruter. pag. 160 et 199; apud Ptolem. lib. II, cap. 5, Λαγκία ἐπιδήνα. H. — Lanciam urbem Manneris in septentrionali Lusitanis parte sitam fuisse putat, ad Durium, prope *Zamora*. ED.

63. *Qui Celtici*. Ut eo cognomine a Mirobricensibus Turdulis, de quibus dictum est lib. III, cap. 3, Celtici secernerentur. Alii *Ciudad Rodrigo* esse volunt, urbem provincis de *Salamanca*. Ambr. Morales

Medubricenses⁶⁴, qui Plumbarii: Ocelenses⁶⁵, qui et⁶⁶ Lancienses: Turduli qui Barduli⁶⁷, et Taponi⁶⁸. Lusitaniam cum Asturia et Gallæcia⁶⁹ patere longitudine DXL M. passuum: latitudine DXXXVI ⁷⁰ M. Agrippa prodidit. Omnes autem Hispaniæ, a duobus Pyrenæi promontoriis per maria, totius oræ circuitu passuum XXIX XXII M.⁷¹ colligere existimantur, ab aliis XXVI ⁷² mill.

XXXVI. Ex adverso Celtiberiæ complures sunt insulæ, Cassiterides¹ dictæ Græcis, a fertilitate plumbi: et e re-

locum esse ait, cui hodieque nomen est *Malabriga*, prope eam Rodericopolim. Illam insequenti vicinam fuisse putat Manvertus. Ed.

64. *Medubricenses, qui Plumbarii.* Medobregam in Lusitania oppidum, prope montem Herminium, quo Medobregenses confugerant, habet Hirtius in Com. de Bel. Alex. pag. 216. Olim oppido nomen *Aramenha*: nunc rudera, teste Resendio, lib. Antiq. ap. Maruanum castrum visuntur, prope Amæam, quæ Portus Alacer, ut diximus, appellatur. Plumbarii, a plumbo quod ibi effoditur, cognominati. HARD.

65. *Ocelenses.* Ὀκελλων Ptolemæo, lib. II, cap. 3, juxta *Capara*. H.

66. *Qui et.* Hæc duo vocabula, qui et in MSS. non habentur. DAL.

67. *Qui Barduli.* Turduli Tarraconensem attingunt, ut dictum est lib. III, cap. 3, qua in provincia et Vardulos, sive Bardulos, Ptolem. agnoscit, lib. II, cap. 6. HARD.

68. *Taponi.* Genus est a Turdulis diversa. In lib. omnibus, *Taponi.* At in inscriptione Grut. p. 162, nisi vitium marmorarii sit, cum Medubricensibus TALORI junguntur. H.

69. *Gallæcia.* Chiffi. *Gallicia.* Ed.

70. *Latitudine DXXXVI.* Lati-

tudinis hæc mensura justo sane amplior videtur, ac longitudini ipsi fere par. HARD.

71. XXIX XXII M. Ita MSS. Reg. Colb. Chiffi. etc. Hoc est, vigesies novies centena, et viginti duo millia passuum. H. — Lege: XXXIX XXII M. Ita MS. Reg. 1, in editione principe, XXIX XII . Sic et MSS. Reg. 5, 6. Frustra in recentioribus editionibus emendavit XXIX XII . Certe totus oræ circuitus a promontorio Pyrenæo, *le cap de Creus*, ad alterum promontorium inter urbes *Saint-Sébastien* et *Fontarable*, si sinuum anfractus numerentur, plus colligitur, quam XXXIX XXII M. pass. Brot.

72. *Ab aliis XXVI.* Vigesies sexties centena millia. HARD. — Dalec. XXVII mill. Brot. XXV . Ed.

XXXVI. 1. *Cassiterides.* E regione Celtiberorum, sive Celticorum Lusitaniam, positas esse Cassiteridas insulas decem, unde stannum, quod $\kappa\alpha\sigma\sigma\acute{\iota}\tau\epsilon\rho\nu$ Græci vocant, ad nos adveheretur, communis Veterum error fuit: quem et Ptolemæus sequitur, lib. II, cap. 6; Strabo, lib. II et III, aliique. Caute admodum Herodotus, cujus verba recitat Eustathius in Dionysio, vers. 563, p.

gione Arrotrebarum² promontorii, Deorum sex³, quas aliqui Fortunatas appellavere. In ipso vero capite Bæticae, ab ostio freti⁴ passuum xxv⁵ mill. Gadis, longa (ut Polybius scribit) xii mill. lata iii mill. passuum. Abest⁶ a continente proxima parte minus pedes dcc, reliqua⁷ plus septem m. passuum. Ipsius spatium⁸ xv m. passuum est. Habet oppidum civium romanorum⁹, quod¹⁰ appellatur Augusta¹¹ urbs Julia Gaditana. Ab eo latere, quo Hispaniam spectat, passibus fere centum, altera insula¹² est longa iii m.¹³ pass. lata, in qua prius oppidum Gadium

81, negat sibi Cassiteridas esse notas: et merito sane, quod eæ nusquam fuere. Fabulis Plinius ipse eas accenset, lib. XXXV, cap. 47.

2. *Arrotrebarum prom.* Quod Celticum promontorium appellavit, cap. 34. HARD.

3. *Deorum sex.* Duæ Ptolemæo, lib. II, cap. 6, si tamen eædem. H.

4. *Ab ostio freti.* Gaditani. H.— Vet. apud Dalecamp. *mor ab ostio.*

5. *XXV mill.* Dal. *LXXV mill.*

6. *Abest a continente... minus pedes DCC.* Sincera hæc omnium codicum lectio est, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chifflet. et Parm. edit. Frobenius prior, quem secuti deinde sunt cæteri, *passus DCC* reposuit. Verum a continente angusto spatium, et veluti flumine abscissam Gadium insulam auctor est Mela: Polybius, et Solinus cap. xxiii, p. 44, cum Plinio, pedibus septingentis: Strabo, lib. III, p. 167, stadio definit, hoc est, cxxv passibus, pedibus vero dccxx. HARD.

7. *Reliqua plus septem.* Nempe septem millibus et d pass. ut dictum est lib. II, cap. 112.

8. *Ipsius spatium XV M. pass.* Ita quidem libri omnes: at longitudine

insulæ Gadium, et latitudine jam signata, reliquus tantum videtur esse ambitus: qui, si longitudo est xii m. pass. fieri non potest, quin fere xxx passuum millia colligat. H.—Volebat Pint. *XXXV M.*

9. *Civium rom.* Gaditanum oppidum civitatis jure donatum a Jul. Cæsare, quum Hispaniam subegit, auctor est Dio, lib. XLI, p. 264. Inscriptio Grut. p. 258, *MVN. AVG. GAD.* Gadibus reperta. HARD.

10. *Quod appellatur.* MSS. Reg. et Colb. sincerius, « qui appellantur Augustani urbe Julia Gaditana. »

11. *Augusta.* Dalec. *Augustana.*

12. *Alteri insula.* Ἐπίθεια Straboni, lib. III, pag. 167, a Gadium insula unius stadii, seu passuum cxxv, freto divulsa: nunc hausta mari, ut ne vestigium exstet, ut Mariana prodit Hist. Hispan. lib. I, cap. 21, pag. 39. Salazar tamen, de Antiq. Gadit. lib. I, cap. 4, vocari etiamnum, *Isla de Léon* asseverat, ipse patria Gaditanus. HARD.

13. *Longa III M.* Sincerius codd. Reg. « in longum mille passibus lata, » ut latitudo pæne par longitudini intelligatur: aut latitudinis certe mensura deest. HARD.

fuit. Vocatur ab Ephoro et Philistide¹⁴, Erythia¹⁵; a Timæo et Sileno, Aphrodisias¹⁶; ab indigenis, Junonis. Majorem¹⁷ Timæus Cotinussam¹⁸ apud eos vocatam ait: nostri Tartesson¹⁹ appellant, Pœni Gadir²⁰, ita Punica lingua sepem significante. Erythia²¹ dicta est, quoniam Tyrii Aborigines eorum²² orti ab Erythræo mari fereban-

14. *Philistide*. Dalec. *Phylistide*.

15. *Erythia*. Vetus apud Dalec. *Erythria*. Brot. *Erythea*. Ed.

16. *Aphrodisias*. Cen Veneri sacra. Stephanus, Ἀφροδισιάς, νῆσος, πρότερον Ἐρύθεια, μεταξύ Ἰβηρίας καὶ Γαδείρων, inter Hispaniam et Gades.

17. *Majorem Timæus*, etc. Hoc est, Gadium insulam, cui Erythia proxima fuit. HARD.

18. *Cotinussam*. Ab oleastris, quos Græci κοτινοὺς vocant. H. — Vereor ut illud apud eos Plinianum sit. Certe in libris manu exaratis, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiff. et Parm. edit. legitur *Potinussam a puteis*. Et de puteis quidem in Gadium insula frequentibus, prolixam concertationem Strabo instituit, ex Polybio, lib. III, p. 173. Quamobrem a veterè scriptura discedere Hermolaum fortasse non oportuit: quamquam ei scriptores nec pauci favent, nec ignobiles: nam Festus Avienus, in Descriptione orbis (vide Poet. Lat. Min. nostræ ed. t. V, p. 218), vs. 611: « Gadir prima fretum solida supereminet arce: Hæc Cotinussa prius fuerat sub nomine prisco, Tartessumque dehinc Tyrii dixere coloni: Barbarâ quin etiam Gades hanc lingua frequentat: Pœnus quippe locum Gadir vocat undique septum Aggere præducto. » Dionysium Festus expressit, qui vs. 456: Κολυζομένην

Κοτινοῦσαν, ἐρημίξαντο Γάδειρα. Adde Tzetzen, Chiliad. 8, Histor. 216, vs. 687: Ἡ νῦν νῆσος ἡ Γάδειρα τὴν κληθῆσιν καλουμένην, τὸ πρόνυ ὠνομάζετο τὴν κληθῆσιν Κοτινοῦσα.

19. *Tartesson*. Sic Arrianus, de Exped. Alex. lib. II, pag. 126. H. — Vet. apud Dalecamp. *Post Tyrii Tartesson appellavere*. Ed.

20. *Pœni Gadir*. Quod ut Hispaniæ sepes, septumve (id enim Hebræis etiam גָּדִיר *Gheder* est), objecta marinis fluctibus esset. Hæc Solinus iisdem verbis, cap. xxiii, p. 44. Hesychius, p. 207, Γάδειρα, τὰ περιφράγματα. Φοίνιχος. HARD. — Baptista Egnatius cap. 25, Racem. « Pœni Gadiram. Nam Gadir Punica lingua sepem significat. » DAL.

21. *Erythia*. De majore hactenus: nunc de altera insula, quæ minor est. HARD.

22. *Aborigines eorum*. Hoc est, Pœnorum conditores, ac velut parentes: sic enim Dionysius Halic. Aborigines interpretatur γέναρχας ἢ πρωτογόνους. Aborigines, ut Festus indicat, sunt proprie qui ab origine, seu patriis sedibus profecti, exterarum regiones occupaverunt. Origines eos appellare Sallustius videtur in bello Jug. p. 67 (hujus ed. p. 179), ubi de Phœnicibus: « Urbes, inquit, in ora maritima condidere: hæcque brevi multum auctæ, pars

tur. In hac Geryones²³ habitasse a quibusdam existimantur, quorum armenta Hercules abduxerit. Sunt qui aliam²⁴ esse eam, et contra Lusitaniam arbitrentur, eodemque nomine quondam ibi appellatam.

XXXVII. (XXIII.) Peracto ambitu Europæ, reddenda consummatio est, ne quid non in expedito sit, noscere volentibus. Longitudinem ejus Artemidorus atque Isidorus a Tanai usque Gades $\overline{\text{LXXXII}}$ XIV M. prodiderunt. Polybius latitudinem Europæ ab Italia ad Oceanum scripsit XI L mill.² esse, etiam tum incomperta³ magnitudine ejus. Est

originibus suis præsidio, aliæ decori fuere. Aborigines hoc Plinii loco, pro *ab origine*, quod in vet. apud Dalecamp. legitur, primus restituit Pintianus. A Tyria classe Gadium oppidum conditum fuisse auctor est Velleius, lib. I, cap. 2, § 5. H.

23. *In hac Geryones.* Multitudinis numero protulit Geryones, ob tres fratres: unde tricornis Geryonis fabula apud poetas. Sic libri omnes incredibili consensu, tum manu exarati, tum editi etiam ante Frobenium, qui numero singulari legit *existimatur, cujus armenta*, etc. Satis audacter id quidem, libris refragantibus. Nec tamen sum nescius a Græcis dici promiscue Γηρυών, Γηρυόνος, et Γηρυόνης, Γηρυόνου. Et Tzetzes, Chiliad. 4, vers. 351: ὁ Γηρυόνης βασιλεὺς ὑπέρχεν Ἐρυθραίας, etc. De ipsa re Pausanias consulendus, Attic. lib. I, pag. 67, et Mythologi omnes. HæRD.

24. *Sunt qui aliam.* Solinus iisdem verbis, loco cit. Pomponium Plinius modo signat, qui insulam in qua Geryones habitarent, contra Lusitaniam posuit, Erythiamque item vocavit, lib. III, cap. 6. H.

II.

XXXVII. 1. $\overline{\text{LXXXII}}$ XIV M. Hoc est, bis et octuagies centena, et quatuordecim millia pass. H. — Ita libri omnes. At si octuagies quinquies centena et sexaginta octo millia pass. auctore Artemidoro patet longitudo ipsa totius terræ, ab ortu ad occasum, hoc est, ab India ad Herculis columnas Gadibus sacratas, ut lib. II, cap. 112, Plinius prodidit: quo pacto Europæ unius longitudini octuagies et bis centena et quatuordecim millia idem assignare potuerit Artemidorus, non sane video: nisi si hæc adnavigationis per sinus omnes, intimosque sinuum recessus a Tanai Gades usque instituta mensura est. HæRD. — Leg. $\overline{\text{XXXII}}$ XIV M. perperam in libris scriptis et editis $\overline{\text{LXXXII}}$ XIV M. aut in Dal. $\overline{\text{LXXXIV}}$ XIV M. Emendandum fuit XXXII, ut recte monuit eruditus RICCIOLI, Geographia reform. pag. 84. Id patet ex ipso Plinio, lib. II, cap. 112. BROU.

2. *Scripsit XI L. mill.* Ita libri omnes: hoc est, undecies centena et quinquaginta millia. HæRD.

3. *Etiam tum incomperta.* NUUÉ

25*

autem ipsius Italiae (ut diximus) $\bar{x}i \bar{x}x^4$ M. ad Alpes.
 2 Unde per Lugdunum ad portum Morinorum Britannicum,
 qua videtur mensuram agere Polybius, $\bar{x}iii^5$ M. XVIII.
 Sed certior mensura ac longior ad occasum solis æstivi
 ostiumque Rheni per castra legionum⁶ Germaniæ ab iis-
 dem dirigitur Alpibus, $\bar{x}v^7$ XLIII M. passuum. Hinc deinde
 Africa atque Asia dicentur.

autem quum est comperta diligen-
 tius, inquit, magnitudo terrarum,
 est ipsius Italiae longitudo, $\bar{x}i \bar{x}x$,
 mox Galliae, $\bar{x}i$ L. HARD.

4. *Ut diximus, $\bar{x}i \bar{x}x$ M.* H. e.
 undecies centena et viginti millia
 pass. H. — Ita libri omnes manu
 exarati, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris.
 etc. vulgati $\bar{x}iii \bar{x}x$. Pelicertus in
 notis MSS. et Pintianus $\bar{x} \bar{x}x$,
 quoniam Plinius ipse eo loco quem
 nunc spectat, lib. III, cap. 6: « pa-
 tet Italia, inquit, longitudine ab
 Alpino sine Prætoris Augustæ per
 Urbem Capuamque cursu meante
 Rheim oppidum, in humero
 ejus situm, a quo veluti cervici in-
 cipit flexus, decies centena et vi-
 ginti millia passuum. » Verum
 quum idera his verbis statim ista

subjungat: « Multoque amplior
 mensura fieret, Lacinium usque,
 si talis obliquitas in latas digredi
 videretur: » hanc ipsam mensu-
 ram ampliorem superiori adjici
 modo perspicuum est, quam cen-
 tum millium passuum esse, tum ex
 cap. 10, tum ex 15 ejusdem libri
 colligimus. HARD.

5. $\bar{x}iii$ M. XVIIII. Ita libri om-
 nes MSS. editique ante Frobenium,
 qui $\bar{x}i$ M. LXVIII, nullo auctore
 suffragante, reposuit. HARD.

6. *Per castra legionum Germaniæ.*
 Per castra vetera, nunc *Santen*,
dans le duché de Châres. Vide Tacitum
 Hist. IV, 18. BROU.

7. $\bar{x}v$ XLIII. Quindecies cen-
 tena. Prius $\bar{x}ii$, hoc est, *duodecies*,
 legebatur. HARD.



.....



LEDOX LIPRAE



Bancroft Collection
Purchased in 1893.

